



Qvadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum

In Hoc Opere Per Singvlos Qvadragesimæ dies habetur bina Concio cum Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm Indicibvs, Sacræ Scriptvræ, Et Rervm notabilium, cum Summa Concionum & Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hæe Conciones Ad Vsvm Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Qvæ Dicitvr In Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

Bellintani, Mattia

Coloniae Agrippinae, 1626

[1]

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55873)



DOMINICA IN CAPITE Quadragesimæ.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu vt tentaretur à Diabolo,
vsque, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei.

Matth. 4.

ARGUMENTVM.

Agitur de solitudine Christi, de Ieiunio ipsius, & de Pugna. Ostenditur quam apta sit ista solitudo & ieiunium ad pugnandum cum Diabolo. Christi exemplar nobis proponitur. Finis huius est auocare nos ab amore huius mundi, ad amorem Dei; & è contra Diaboli.

re: Omnes nos quasi oues errauimus, vnus-
quisque declinauit in viam suam, recedens
videlicet à via recta iustitiæ & defectens
ab ea ad desideria cordis praua, & inutilia.
Hæc autem regulatam nobis necessaria,
nihil est aliud, quam lex Domini immaculata,
conuertens animas, easq; dirigens
per semitas rectas, quibus ad salutem peruenitur.
Hoc nobis Deus voluit esse testatum per id,
quod operatus est cum veteri populo, eo potissimum tempore, quando illum sibi adsciuit in populum peculiarem, & in gentem sanctam. Cuius iter per desertum, quo ad terram promissionis tendebatur, satis aperta figura est vitæ nostræ, quæ nobis concessa est, vt per eam perueniamus ad vitam æternam. Etenim huic populo mox, vt ingressus est in desertum, dedit Dominus Deus legem suam. *Moysi enim tertio egressions Israel de terra Egypti, illi de monte promulgauit legem suam, qua in omnibus agendis plene instrueretur; tunc videlicet quando non vltra sollicitus de Egyptiaca persecutione tutam iam, & in loco tuto ducebat vitam. Rursus in fine totius itineris, in quo semper Deus ductor eius fuit, ad legem sic reuersio. Scribitur enim: Quadragesimo anno, unde-*

Isai. 53. 6s

Exod. 19. 1.

Exod. 2. 1.

Deut. 1. 3.

1
Matth. 4. 1.



DUCTVS est Dominus Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo, &c. Tota hæc vita nostra, cum sit cursus quidam, & motus perpetuus, qui si non reguletur, debitos limites facile transgreditur, regulâ dirigente, ac viam commonstrante in primis indiget: alioqui de nobis merito dicitur, quod sanctus Thadæus in sua Epistola Catholica scribit de impiis, vocans illos, sydera errantia. Vnde quia sæculum vetus, imo vniuersi, qui de Adam primo errante sunt procreati, debent dice-

Tom. I. Belliniani.

Iuda. 16.

no, undecimo mense, prima die mensis, locutus est Moyses omnia, qua praeceperat illi Dominus, ut diceret eis: quod expressum est per totum librum Deuteronomij; in quo totum continetur, quod gestum erat per annos quadraginta, & quod docuerat illos iussus à D E O. Vbi etiam apparet, quod totum illud iter consumptum est in populo ipso instituendo, & exercendo in obseruatione legis. Ergo tota vita, quam agimus in mundo; qui vere desertus locus est, dirigenda est per legem mandatorum: quam necessitatem considerans Dauid humiliter deprecatur; *Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua.* Fallax, inquam, est via hæc, vana est vita terram incolentium, vbi puluis terrenarum occupationum atque curarum, & fumus vanitatum & falsarum insaniarum oculos mentis humane iugiter obscurant, & obsecant. Necessarium est igitur præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Ne igitur, tu Domine, quamuis id exigant iniquitates, & ignorantia meæ, abscondas à me mandata tua, subtrahendo splendorem tuæ illuminationis, & claritatem legis tuæ; sed oppositum magis fac ex tua misericordia, ostendens viam bonam; per quam ambulem secundum iustissimum præscriptum præceptorum tuorum. Quoniam vero & hoc sacrum tempus ieiunii quadragenarii idem nobis iter representat, simul instituens, quid in eo nobis sit operandum, ac perficiendum, magna sapientia, atque Dei instinctu decretum est, ut lex Domini in eo populis proponatur. In cuius initio, quod toto illo tempore fecit Dominus, nobis proponitur; nempe quod ieiunauit, quin & quod nouissime fecit simul declaratur; nempe quod pugnavit, & vicit; quæ quomodo faciant ad legis obseruationem, attendenda à nobis sunt, ita ut tria de Domino consideremus, quatenus ad legem, quam ipse postmodum tulit, ordinantur; quæ sunt, solitudo, ieiunium, pugna.

Et hæc consideranda sunt primo, ut respiciunt Legislatorem. Secundo vero, ut nos respiciunt, ad quos pertinet legem obseruare. Ut respiciunt Legislatorem, con-

siderantur primo in ordine ad tēpus, quādo videlicet illa operatus est. Secundo in modo, quo ad legem ordinantur. Tempus, quo Christus ductus est in desertum, quo ieiunauit, quo tentationem deuicit, duo respicit; nempe præcedentia, & sequentia: præcedentia sunt illa, quæ illi euenerunt in Iordane; sequentia sunt illa omnia, quæ faciunt ad legem Euangelicā promulgandam. Quæ igitur præcellerunt, ostendunt tria illa opera admodum esse præstantia, atque insignia, quæ faciunt ad communem omnium salutem. Postquā enim intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam; nempe quando baptizato Iesu aperti sunt cæli, & vox Patris intonuit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Et Ioannes Baptista pariter testatus est: *Quia hic est Filius Dei;* tunc Dominus Iesus, ut nos doceret ad quid ita & in cælo, & in terra fuerat præconizatus, mox à turba subtraxit se, & se abdidit in desertum ieiunaturus quadraginta diebus, & cum Diabolo pugnaturus: nempe, ut scirent homines, quod illa opera, & in primis ieiunium illud, non erant ad propria abstergenda peccata, cum esset Filius Dei; verum ad nostra delenda; atque ita intellexeremus Christi maiestatem, & excellentiam ordinari ad bonum nostrum: ita quod quanto maior est, tanto illius opera nobis proficiunt ad medelam, æternamque salutem; eademque illius opera suspiciamus tanquam diuina, nempe facta à Filio Dei, qui est verus Deus; atque per imitationem suscipiamus, tanquā nobis salubria, multumque efficacia. Quamuis enim Dominus Iesus, ut verè Saluator, semper operatus sit salutem nostram in medio terræ, & nunquam destiterit ab operibus bonis, quibus saluaret mundum; quædam singularia tamen voluit nobis esse peripicua magis, atque explorata. De quibus dixit aliquādo. *Multa bona opera ostendi vobis: Non solum feci, inquit, sed ostendi vobis, ut illorum euidencia vobis esset & clarior instructio, & fortior impulsio ad imitationem.* Huiusmodi ergo opera sunt hæc; quod post tantam sui laudem solemniter suscepit, & euidenter.

Matt. 3. 16
Mar. 1. 10.
Luc. 3. 21.
Ioan. 1. 33.

Ps. 118. 19.

Disiſſo.

Ioan. 10. 32.

In specie

CONCIO PRIMA.

5 In specie autem, quod baptizatus opera magna perfecit, nos docet, quoniam pacto aggredi debeamus opera iustitiæ atque virtutis. Quamuis enim per baptismum non fuerit ipse purgatus; nam sanctus sanctorum est, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vt sanctificaret per suū sanguinem populum, purgationem peccatorum faciens, Agnus sine macula; exemplo tamen suo nos docuit, vt nos, qui sumus immundi, ante ieiunium mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus per baptismum, & lauacrum penitentia, vt fiat obsequium nostrum acceptabile coram Domino. Etenim Christus, vt docet Paulus, *emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti.* Emundat, inquam, à peccatis, non vt domus nostra scopis mundata, dimitatur vacua, verum vt plena sit operibus bonis ad seruendum Deo viuenti. Quare viuenti? Quoniam peccata, sunt opera mortua, quæ mortui in delictis operantur. At Deo, qui viuus, & regnat, operibus viuus seruendum est, ex motione aquæ viæ profectis. Qui enim biberit ex aqua hac, quæ est gratia Dei, erit tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. At vero ex mortuis non est assumptio vitæ, & arbores infructuosæ, & mortuæ, qui sunt impii, vt docet sanctus Thadaus; nihil edunt viuum. Si vis ergo ieiunium tuum, & quodcunque aliud opus virtutis, esse viuum, accede ad aquam viam per baptismum penitentia: nam dedit Deus gentibus penitentiam ad vitam; & tunc veniens offeres munus ieiunii tui. Ficus arbor ex ligno veteri producit grossos suos, quos vocamus flores, qui inutiles sunt. At verò, vt vtilem edat fructum, quem verè ficum dicimus, nouum lignum, aut ramum profert, ex quo, & in quo dulces producit fructus. Hæc similitudo nos docet, quod quæ ex veteri homine procedunt, tanquam inutilia, & corruptibilia abiiciuntur. Vetus autem homo ex peccato est: vt ergo opera sint vtilia, ex nouo homine procedant, necesse est.

Dan. 9. 24.
Ioan. 10. 36.
Heb. 13. 12.
Heb. 1. 3.
Heb. 9. 14.
Ioan. 4. 13.
Psal. 1. 3.
Iuda. 12.
Apost. 11. 18.
Eph. 4. 20.

centis gentium sceleribus, dicit fidelibus: *Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen in illo edocti estis.* Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Aduerte, quod dicit fidelibus: Vos non ita dedicistis Christum, vt operemini sicut gentes, si tamen in illo edocti estis: inueniens, non fideles omnes doctrinam Christi suscipere, quæ docet, vt ab-
Rom. 13. 12
iciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Et heu! quot huiusmodi sunt? Isti induunt veterem hominem secundum mundanam conuersationem, & ideo opera eorum sunt opera inutilia, quæ non manent; sola enim iustitia manet in sæculum sæculi, quia immortalis est. Nam peribunt omnes cogitationes eorum; ideo dixit de veteri homine, quod corrumpitur secundum desideria erroris, id est, desideria errantia, quibus errantes, quæ sibi sunt noxia, cupiunt. Hæc vestra sit instructio, vt initio huius ieiunii, & temporis Quadragesimalis, in quo potissimum bonis operibus vacare nos conuenit, per veram contritionem & integram confessionem deponatis, quæ male operati estis, tanquam vestimentum, quod comeditur à tinea, & veterascit; vt induat stola candida stetit ante thronum DEI, & Agni. Ita & Aaron, antequam ingrederetur ante DEVM, deponebat communia, & quotidiana vestimenta, & sacris vestibus decorabatur. Hæc est iustitia, de qua scriptum est: *Sacerdotes tui induantur iustitiam.* Vnde corona illa aurea, quam Aaron ingrediens ante DEVM gestabat in capite, dicebatur opus virtutis: *Corona aurea, inquit, super mitram eius, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, opus virtutis, & desideria oculorum ornata.* Ecce in vestimentis sacris sanctitas, & pulchritudo: nihil enim pulchrius virtute, ac sanctitate. Talibus ergo ornetur Christianus
A 2 indu-

Rom. 13. 12

Sap. 1. 15

Psal. 111. 9
Prou. 1. 22

Leuit. 16

Psal. 31

Eccl. 45
glo. 14

induens hoc pacto nouum hominem, qui factus est ad imaginem Dei, qui est Christus Dominus; cuius imaginem portare debemus, vt Paulus etiam iubet.

1. Cor. 15.
49.

Considerauimus opera ista Domini Iesu, solitudinem videlicet, ieiunium & pugnam in ordine ad præcedentia, vbi baptizatus fuit, & præconizatus. Ea nunc consideremus in ordine ad sequentia; quatenus videlicet præcesserunt prædicationem Euangelii, eiusdemque, vt est noua lex, promulgationem. Hinc n. & dignitas prædicandi processit, & eius dignitatis manifestatio, & legis obseruatio, & ipsius tum prædicandæ tum obseruandæ continuatio.

Psal. 2. 6.

Quamuis enim esset Filius Dei, & ideo constitutus Rex ab eo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum Domini; voluit tamen etiam meritis hæc regiam, & legis ferendæ autoritatem obtinere. Quod in Psalmo satis constat, vbi ait: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu.*

Psal. 2. 8.

Postula à me, & dabo tibi gentes. Si filius Dei, & filius naturalis, ergo naturalis hæres est regni Dei Patris; atque ita constitutus Rex ab eo, cui propterea naturaliter conuenit legem statuere in regno suo. Hoc tamen iubetur etiam meritis obtinere, dū illi dicitur: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Quapropter veluti merita tantæ dignitatis, solitudinem præmittit, ieiunium, & conflictum. Ita quoque meruit vt subditos haberet, qui legem suã & susciperent, & obseruarent. Hac enim ratione dedit illi Pater gentes: nam ait

Ioan. 6. 44

Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Traxit verò Pater gentes, vt filii essent hæreditas, & possessio multifariam, multisque modis, sed potissimum declarans illum, atque protestans verum esse, atque legitimum Legislatorem;

Mat. 17. 5.

tum clamans de cælo: *Hic est filius meus dilectus; ipsum audite;* tum in eo manens, & faciens opera mirabilia, tum etiam virtutem nobis infundens, qua confortati legem ipsam obseruare & possimus, & studeamus. Ac tandem eiusdem ipsis meritis obrinuit, vt essent in Ecclesia sua semper qui legem eandem prædicarent. Quos-

Ioan. 14. 12.

dam enim dedit Apostolos, alios Euange-

Eph. 4. 11.

listas, alios Pastores, & Doctores, qui sunt

tanquam oculi in capite eius; quibus & aures adiecit, ne inanis esset prædicatio eorum, sed vt audientes verbum retinerent, ac fructum referrent in obedientia, & perseuerantia, quæ patientia dicitur ab ipso. En consideratio operum Christi secundum tempus, quo illa fecit.

Luc. 8. 15.

Nunc iam illa ipsa consideremus secundum modum, quo ad legem ipsam per se ordinantur. In quo apparet, Christo, quem Pater Legislatorem instituit, apta admodum illa fuisse, atque accommodata. Id quod apte videmus, si illa sigillatim dispiciamus. Atque à solitudine, quæ prima est, exordientes, videmus, quod

8

potissimum hac de causa ductus est Iesus in desertum, vbi ieiunauit, seipsum affligens, & pugnatit hostem confringens, vt inde postmodum prodiens exciperetur ab vniuersis, veluti, vt vere erat missus à Deo laturus Euangelicam legem. Sacerdos quidem in veteri lege ingressus ante Arcam Domini audiebat sermones Domini, quos egressus populo renunciabat.

Moyse item dicit de se: *Ego sequester, & medius fui inter Dominum, & vos, vt annunciarer vobis verba eius.* Dominus enim loquebatur illi quæ ad populum postea referret. De quo propterea dixit

Deut. 5. 4.

DEVS: *Qui in omni domo mea fidelissimus est; oro enim ad os loquor et, & palam.* Sic itaque D. Iesus, doctus à Patre,

Num. 12. 7

exit Legislator, & venit in mundum, tanquam qui exit seminare semen suum, quod est verbum Dei; vt excipiant illud, non vt quid humanum, sed, vt est vere,

Luc. 8. 5.

1. Thes. 1. 13

verbum Dei. Nam qui vos audit, inquit, me audit. Proclamatus quidem fuerat Dominus Iesus, & declaratus filius Dei, quo dignus demonstrabatur, qui diuinam legem ferret, & missus ostendebatur, & destinatus ad hanc nobilissimam functionem.

Luc. 10. 16

Attamen antequam progrediretur, abdidit se in latebras, veluti a terra abstractus, & Deo agglutinator, vt iam dicere posset:

9

Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me; vt opere confirmaret, quod verbo fuerat auditum. Neque vere ob id solum

Ioan. 7. 16.

conue-

conuenit solitudo, vt Legislatori conciliaretur auctoritas; verum, vt & ijs, qui legem essent audituri, intelligerēt, ipsius legis obseruationi multum prodesset, si se à secularibus tumultibus semouerent. Hominum namque consuetudo, & necessitudo plurimum à Deo remouet, & elongat infirmam mentem, vt vix tot cadentibus se contineat, imo præceps cum alijs ruat. Id docuit experientia, quando sic omnis caro corruperat viam suam, vt vnus reperiretur Noë, qui iustus, atque perfectus cum Deo ambularet; vt merito canatur cum lamentatione: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* & forte hoc dicit Propheta, quia multos videt male agentes, sicut Elias conquerebatur: *Domine, altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio: derelictus sum ego solus.* At Deus, qui intimus videt, & omnia perlustrat, respondet illi: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.* Huic electioni respondet hic Psalmus: *Dominus de caelo prospexit, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Deus ipse, cuius oculis nihil absconditum est, de alto prospiciens, vt nihil illum lateat, vidit quod omnes declinauerunt, & non est qui faciat bonum, neque vsque ad vnum. Esto, dictum sit per excessum, sicut & illud: *Nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cenam meam.* Certe ita ostenditur, quod pauci sunt, qui saluantur; quia pauci inueniunt viam, quæ ducit ad vitam. Tanta ergo multitudo pereuntium, exemplo, & pondere suo, te, qui carnalis es, & pronus ad malum etiam ab adolescentia tua, quomodo non trahet secum in ruinam? Heu quanto studio opus est, ne pariter cum impijs pereamus! *Recedite* (clamat Moyses) *à tabernaculo impiorum, & nolite tangeri, quia ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* Si hoc dixit quando modica admodum pars multitudinis infinitæ exterminio erat destinata, quid dicendum, & quid faciendum est; vt

bi totus mundus in maligno positus est? Quid, inquam, vbi repleta est terra iniquitate, & non est qui faciat bonum? Territus est omnis populus ad clamorem pereuntium, & fugit; & nos incuncti manemus ad perditionem tanta multitudinis? Ibi scribitur: *At vero omnis Israel, qui stabat per egyptum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne forte & nos terra deg' uisat.* At nos neque timemus, neque fugimus, neque ab his, quæ sunt mundi abstinemus, sed iis quotidie magis inhæremus. Noë monitus, & iustus à Deo cauit diluuium aquarum multarum. Ecce continua vox dicentis: *Cauete ab hominibus,* & nemo tamen cauet. Vide quid faciant illi; quid operetur Noë. Laborabant illi, vt hærent terræ: Plantabant enim, & ædificabant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias; quod & de Sodomis dicitur. Laborabat Noë, vt abstraheretur à terra, plantabant illi, vt inde comederent, euellebat iste, vt inde Arcam faceret, & illos arboris fructus non seruauerunt, ipsum Noë arborum vsus præseruauit. *Ædificabant illi domos lapideas, & innumeras; ligneam iste arcam fabricauit: ipsi in lapidibus perierunt, iste in ligno salutem consecutus est.* Vacabant illi commellationibus, & ebrietatibus, cubilibus, & impudicijs, iste ambulabat coram Domino; ac proinde quia non adhæsit mundo, à diluuiio liberatus est. Quid ergo, miser, tu hæres terræ? Quid adhæsit pavimento anima tua? Vile videtur tibi, ac contemptibile lignum, quod apprehendit iustus? An necis, quia infirma, ac contemptibilia elegit Deus, vt confundat fortia? Paupertas voluntaria, libera in pauperes, ac liberalis erogatio, abstinere a curis, à litibus, à voluptatibus, à molestijs, & ab ijs, quæ sunt mundi, securos nos faciunt. Arca illa lignea nunquid non plus valuit, & iuuuit, quam totus mundus? *Non proderunt diuitiæ in die ultionis; iustitia autem liberabit à morte.* Arca igitur sit lex, sit iustitia, sit veritas. Hanc docuit Deus Noë: *Fecit, inquit, tibi Arcam.* Quæ carnales illi faciebant laborantes, propria voluntate faciebant. At Noë iussu Dei laborat, & labor eius non

Gen. 6. 11.

Gen. 6. 9.
Ps. 13. 3.

3 Reg. 19.
14.

Rom. 11. 4.

Ps. 13. 3.

Luc. 14. 24.
Mat. 7. 14.

Num. 16.
26.

1. Ioan. 5. 19

Gen. 6. 11.

Ps. 13. 1

Num. 16.

34.

Gen. 6. 14

Mat. 10. 17

Luc. 17. 27

1. Cor. 1. 27

Gen. 6. 14

est inanis coram Deo : sed opera eorum fuerunt opera inuicilia , vt exitus demonstrauit. Lex igitur Dei tecum sit semper, & tecum laboret : quod vt facias exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.

Gen. 12. 1.

Id quod doceris exemplo Israelitarum. Bis à Domino data est lex, vt supra tactum est: In principio itineris, & in fine: post exitum de Ægypto, & ante introitum ad Canaanæum. Quid in Ægypto didicit populus? vitulum adorare; nam Bos erat Deus Ægyptiorum. Dij isti suggerentes Pharaoni nolebant dimittere populum, vt in suo cultu retinerent, & tamen populus dura ceruicis vitulum adorans, clamabat: *Isti sunt Dij tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti* Quanta insania est hæc tua, o inspiens, vt arbitraris ab his te iuuari, qui te perdunt: Surgant, surgant hi Dij vestri, diuitiæ vestræ, fauores vestri, amicitia, honores, & cætera, & opulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, aurum, & argentum æruginauit, & vitulus igne combustus est, & in flumen proiectus. Ergo post exitum de Ægypto data est lex, vt sciamus, quod animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, & sæcularis, & carnalis homo nõ intelligit legem Dei. Rursus, sordes, & abominaciones Chanaanæorum adeo populum contaminauerunt, vt obliuiscerentur legem Dei: vt frequentissime Moyses, appropinquante hoc introitu, monet, vt audiant Dei præcepta, & legem non obliuiscantur. Vide Deuteronomium, quam frequens, & sollicitus hæc inculcet. Lex igitur data est ad præcauenda peccata. Docet enim vt fugientes occasiones peccati, mundam seruemus, & immaculatam stolam primam. Glorificatus Iesus voce paterna, & ostensione Ioannis, statim regressus est à Iordane, & abscondit se inter ligna sylvarum; non quia is, qui suo contactu sanctificat omnia, possit à fœcibus hominum inquinari: sed nostri gratia segregatura peccatoribus, vt nos ab iis doceat segregari, quorum mores corrumpuntur in medio nationis prauæ, atque perueris: imò

Exod. 32. 4.

Deut. 32. 38.

Iac. 1. 2.

Deut. 8. 21.

I. Cor. 2. 14.

& à colloquiis malis, iis similes efficiamur, qui commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculpeilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Ideo enim elegit nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in Charitate, & non vocauit nos in immunditiam, sed in sanctificatione. Si tanto honore digni facti sumus, vt vocemur Filij Dei, & sumus; digni, & iustum est, vt dignè ambulemus vocatione, qua vocati sumus. *In omnibus* (inquit Sapiens) *magnificasti populum tuum, & honorasti.* Vnde & Moyses ex parte Dei: *Vos ipsi vidistis qua fecerim Ægyptiis; quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mibi: Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sanctam.* Tunc autem eduxit de Ægypto, ne seruient Dijs eorum. Eligit ergo nos de mundo, vt illum sequamur, & imitemur in sanctitate, & iustitia omnibus diebus vitæ nostræ.

Psal. 105. 35.

Eph. 1. 4.

1. Thess. 4. 7.

1. Ioh. 3. 1.

Eph. 4. 1.

Sap. 19. 21.

Exod. 19. 4.

Vide autem conditionem, quam addidit, dum sic honorat populum: *si ergo audieritis vocem meam; & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis gentibus: mea est enim omnis terra.* Separat nos ab alijs, cum sit Dominus omnium, vt sumus tanquam intimi serui fideliter obsequentes illi veluti Domino, sicut vere est Dominus noster. Itidem, vt Petrus referens supradicta verba Dei, nos monet: *Vos igitur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum: modicum ante dixerat: vobis igitur honor credentibus.* Hic est honor noster, qui sumus genus electum ex omni populo, & lingua, & natione, sumus gens sancta, non immunda, vt populus nationum: populus acquisitionis, id est, Ecclesia, quam acquisiuit sanguine suo, vt ait Paulus. Ad quid autem acquisitus? Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suum. Quomodo vero annunciamus virtutes eius? Ne dum verbo, sed opere prædicantes mirabilia

Exod. 19. 5.

1. Pet. 2. 9.

Act. 20. 28.

Matt. 5. 16.

1. *Petr.* 2. 11. *Thef.* 4. 5. bilia eius, vt qui vident opera nostra bona, glorificēt Deū in die visitationis. Certe non vt faciunt mali Christiani, qui tanto honore coronati ducunt vitam licet & gentes quae ignorant Deum. Exeat igitur cū illo in desertū refugientes conquinatio saeculi. Vide quam aptū praeambulum fuerit solitudo legis ferendae.

11. *Exod.* 32. 6. Iam ergo ad secundum ipsius ferendam praeambulum accedamus: quod fuit ieiunium Domini Nostri Iesu Christi. Sic Moyses post ieiunium quadraginta dierum legem accepit a Domino. At interim legis transgressor populus crapula se inquinavit: *Capit* (inquit Scriptura) *populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*. Ieiunat Moyses: Populus crapulatur. Legem accipit Moyses; legem transgreditur populus. Vnde quod ieiunio receptum est, crapula proiectum est: & legis tabula oratione, & ieiunio a Deo impetrata, sacrilegio, & voluptate sunt extracta: caro enim legi aduersatur, quia lex membrorum, & lex mandatorum sibi inuicem aduersantur. *Video*, inquit Paulus, *aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis meae*. Lex mentis est lex Dei, scripta in tabulis cordis, quae, vt repugnantem legem membrorum vincat, mortificanda sunt membra ista nostra, quae sunt super terram, in ieiunio, in castitate, in laboribus plurimis, atque etiam in plagis. Lex enim (inquit Paulus) spiritualis est, ego autem carnalis sum. Sicut ergo caro concupiscit aduersus spiritum, ita & aduersus legem; & sicut spiritus, ita & lex aduersus carnem. Cedat ergo necesse est caro legi: alioquin caro corrupta corrumpit bonos mores, atque adeo rumpit bonas leges.

Vt autem videas quam importuna sit caro, & praeptens, nisi castigationibus fiat infirma; atende, quod vix vocibus, & flammis territi, dum illis loqueretur Deus de monte dixerant ad Moysen: *Loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ruunt in tā immane scelus, vt contemnentes ipsam Dei vocem, qua ipse per se dixerat illis. Ego sum Dominus Deus tuus,*

*qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, & Non adorabis ea, neque coles; facerent sibi similitudinem vituli, quam adorantes dicebant: Hi sunt Dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti; & ceperunt manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Calidē alturus serpens, qui comelitione auertit à Deo propaginem generis humani, carnis delectationes, atque lasciuas coniunxit cum idololatria; quo commento ad consilium Balaam populus est seductus à Madianitis; vt ita per carnem legem frangeret, & in primis in praecepto, ac primo praecepto; è contra autem Deus legem daturus praecepit per Moysen, vt se sanctificarent vsque ad lauanda vestimenta, maxime ab vxoribus abstinerent. Irreconciliabilis ergo pugna est inter carnem, & legem; adeo vt caro vix quibuscunq; retinaculis praepediatur, quo minus legem aggrediatur, atque impugnet: quando neque ignis visus, & mons fumans, & terroris plena vox Dei populum coërcuit à mox secuta virulidatione. Mirū quod caro mollis lapideam fregerit legem. Custodienda igitur, curanda, atque coërcenda, & castiganda est caro; ne tantum malum inuehat in hominē, vt diuina lex contemnatur. Huc faciunt sapientis documenta illa: *filia tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas*. Vides quanto studio custodienda sit caro, quae in puellis sicut regnatur; vt neque vultus hilaritas sit illis concedenda, sed hostiliter cum illis concedenda, sed hostiliter cum illis semper agendum? *Non des aqua tua exitum (iterum Sapiens) nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodoundi*. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur: Hęc est caro frenanda, ne exeat ad suas concupiscentias; & mortificanda, ne mentē corrumpat. Stilla est modica potest vas magnum euacuare: quantumcunq; modicū sit, q̄ carni indulgetur, animā reddit vacuum a gratia Dei. Hæret animæ caro, abscinde illā à te, si nō quantum ad substantiā (hoc enim nō licet) saltē quan-*

Exod. 32. 10.

Num. 24. 14.

Num. 25. 1.

Exo. 19. 10.

Eccle. 7. 26.

Eccles. 25. 34.

quantum ad concupiscentiam, hoc enim decet, & oportet; alioquin legis volumen à te recedet.

Rectū ergo ieiunium legi accommodatur; ad eam ferendam, & conferendam disponit, mentemq; reddi liberam, vt illius iudicia, atque mandata suscipiat reuenter.

Psalm. 118. 110. *Confige (inquit) timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Quinam timor iste est carnes confixurus? Qui timet Dominum, custodiunt mandata illius.*

Eccle. 2. 21. *Ille timor legem custodiens, à iudiciis, id est, mandatis proficiscens, carnem configit, & crucifigit veluti sibi inimicam. Merito ergo praemittitur à Dominio ieiunium, & Christiano committitur, & legi confociatur. Audituri ergo sacram legem facris his diebus sanctum ieiunium deuotè celebremus.*

Tertium preparatorium est victrix pugna cum Satana, qui cum lege semper, tanquam cum peculiari hoste, pugnat. Vide primum eius conatum, & perpetuum eius moris propositum.

Gen. 3. 1. *Cur praecipit vobis Deus ne comederitis? Cur praecipit (inquit) Praeceptum aggreditur, cum lege praelium committit, pugnat cum mandatis Domini, à quibus impius ipse defertor primus defecerat, & tale in diuino praeecepto offendiculum ponere meditatur, vt falsum, & inane constituat. Nequaquam moriemini. Cur ergo praecipit? scit Deus, quod illa comestio pares vos illi factura sit: Nam comedentes eritis sicut Dij: Vel, vt ex Hebreo haberi potest, sicut Deus: similes nempe eritis Altissimo: quod Deus sciens, & precauens, hanc vobis vetuit comestionem, inuidens videlicet excellentia vestra. Ne ergo timueritis ab eius mandato, quin magis securi contemnite illud, vt tantum vobis ipsis bonum comparetis, vt Diuinitatem ipsam consequamini pro modulo vestro. Concinnè ergo Dominus legem laturus contra aduersarium legis pugnam inuit, vt sciamus quid intendat lex; nempe, resistere Diabolo, vt fugiat à nobis. Quod vt Iesus faceret euidentius, sumpsit contra Diabolum gladium spiritus, quod est verbum Dei, nempe legem. Aduersarij enim aggressiones, &*

Gen. 3. 4. *imperus verbo Dei retundit, & confundit. Dicenti, atque tentanti: si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant: Obicit scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Replicanti: si Filius Dei es, mitte te deorsum; Resistit illi iterum verbo Dei: scriptum est (inquit) Non tentabis Dominum Deum tuum, & suadentem facilegam illius adorationem, numquid non verbo Dei repellit & fugat? Scriptum est, ait, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. Frustum legis principio proposuit, & opposuit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quod enim procedit de ore Dei, potest appositum ori hominis famem depellere, vires reficere, vitamq; tuere. Duabus sequentibus repugnantiis legem adhibet: Non tentabis sed adorabis Dominum Deum tuum. Vtilitatem praeposuit, vt firmaret authoritatem, quam Diabolus infirmare praetendens praeeceptum instructuosum affirmavit: Nequaquam moriemini.*

Iacob. 4. 7. *Nos igitur attendamus Diuinae legis utilitatem; contra verò suasionum diabolicarum, siue cuiuscunque iniqui vanitatem, & falsitatem. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Vide fabulationes, & infanias falsas: Dic vt lapides isti panes fiant: Mitte te deorsum; Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quid boni contulit suis istis propositionibus falsus tentator, impiusq; deceptor? Nunquid expleuit famem: tibi tu ipse cibum para, eumque ex lapidibus. Nunquid cadentem sustinuit? Angelorum hoc munus est: Custodiant ipsi te in omnibus viis tuis. Num etiam in volatu custodient, aut potius in praecipitio? Nunquid mundo praefecit? Haec omnia tibi dabo. Meum est hoc; quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Maximum hoc meum est, caetera minora aliorum sint: tu ex lapidibus panes facito. Angeli sustollent te, ne praecipis ruas. Ego autem haec omnia tibi dabo; At qua tandem ratione: si cadens adoraueris me. Haec tu, qui mendaciter similitud-*

Ephes. 6. 17 gem. Aduersarij enim aggressiones, &

imperus verbo Dei retundit, & confundit. Dicenti, atque tentanti: si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant: Obicit scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Replicanti: si Filius Dei es, mitte te deorsum; Resistit illi iterum verbo Dei: scriptum est (inquit) Non tentabis Dominum Deum tuum, & suadentem facilegam illius adorationem, numquid non verbo Dei repellit & fugat? Scriptum est, ait, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. Frustum legis principio proposuit, & opposuit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quod enim procedit de ore Dei, potest appositum ori hominis famem depellere, vires reficere, vitamq; tuere. Duabus sequentibus repugnantiis legem adhibet: Non tentabis sed adorabis Dominum Deum tuum. Vtilitatem praeposuit, vt firmaret authoritatem, quam Diabolus infirmare praetendens praeeceptum instructuosum affirmavit: Nequaquam moriemini.

Nos igitur attendamus Diuinae legis utilitatem; contra verò suasionum diabolicarum, siue cuiuscunque iniqui vanitatem, & falsitatem. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Vide fabulationes, & infanias falsas: Dic vt lapides isti panes fiant: Mitte te deorsum; Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quid boni contulit suis istis propositionibus falsus tentator, impiusq; deceptor? Nunquid expleuit famem: tibi tu ipse cibum para, eumque ex lapidibus. Nunquid cadentem sustinuit? Angelorum hoc munus est: Custodiant ipsi te in omnibus viis tuis. Num etiam in volatu custodient, aut potius in praecipitio? Nunquid mundo praefecit? Haec omnia tibi dabo. Meum est hoc; quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Maximum hoc meum est, caetera minora aliorum sint: tu ex lapidibus panes facito. Angeli sustollent te, ne praecipis ruas. Ego autem haec omnia tibi dabo; At qua tandem ratione: si cadens adoraueris me. Haec tu, qui mendaciter similitud-

Gen. 3. 4.

Ps. 118. 8.

litudi-

litudinem Dei hominibus promittebas: nunc eminentiam quoque supra Deum arrogas tibi? si tu (inquit) qui Filius Dei es, adoraueris me. O diabolicam superbiam! sed num pater mendacij, erit in promissione tua quidquam veritatis? Non certe. Mentiris enim quod tibi tradita sint, quod des cuius; quod certe, etiam si posses non preestares, ne contra morem tuum veritatem diceres aliquando. Malum igitur tantummodo preestendis, nihil offerens, aut conferens boni, ita tu iniquus es. Narrauerunt ergo iniqui fabulationes, & in-

perimur? Voluit ipse hoc loco scribi ab Euangelista (quod forte & alias effectum est, quamuis scriptum non sit) quod post Satanæ recessum accesserunt Angeli, & ministrabant ei. Conuiuium repellenti, & mensam à Satana propositam, sancti Angeli ministrant, & panes non apponunt lapideos, sed cibos, qui conueniunt Filio Dei, & filio hominis. *Quarite ergo & vos primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis.* Imò quia hæc abundè suppeditantur nobis, Deum, qui benefecit nobis, colamus, legemque sumamus de ore eius.

Matt. 6. 33.

SECUNDA PARS.

Nunc opera Christi, quatenus instituant nos ad legis obseruationem, veniunt à nobis consideranda, & potissimum pugna cum Satana. Nam de solitudine, & ieiunio, ut huc faciunt, aliquis iam est habitus sermo. De pugna igitur agentes, scopum legis supponimus, ac proponimus. Hic verò est, ut homines Deo coniungantur. Exiimus enim à Deo, & ad Deum nobis est redeundum. Ita enim ad locum; unde exeunt flumina reuertuntur. Ita & Christus: *Exiui à patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Non enim emisit nos de arca substantiæ suæ creatricis, quasi coruum, qui vitra non est reuersus à Noë in Arcam: Corui (animal inutile, nigrum erocitans) non querunt quietem, sed partum carniū, etiam super transeuntes aquas, & inquietas vndas, de quibus scriptum est: *Reuersaq; sunt aqua de terra euntes, & redeuntes.* Mundus enim transit, & concupiscentia eius, id est, illud quod in eo concupiscitur: quod videlicet Diabolus demonstrabat: Ostendit enim illi omnia regna mundi, & gloriam eorum. Hæc est concupiscentia mundi, resque mundanæ, quæ concupiscuntur. Quæ si vis videre quam instabilia sint, fac quod verum dicat mendax, asserens: *Mihi tradita sunt, & cui volo do illa.* Hoc admissio; cum ipse de cælo ceciderit, sicut fulgur neque habeat sedem permanentem, sed super arenam,

Eccl. 1. 8.

Ioh. 16. 28.

Gen. 8. 6.

Gen. 8. 1.

1. Ioh. 2. 17.

Luc. 4. 5.

Luc. 10. 18.

B

vbi

Psalm. 118. 68. *sanias falsas. At non ita lex tua. Quia omnia mandata tua veritas, vera præcipiunt, vera pollicentur. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Ecce veritas præceptionis. Iustitiæ enim Domini rectæ, & iudicia Domini vera, & iustificata. Ecce demum veritas promissionis: Iustitiæ lætificantes corda; iudicia desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum; dulciora super mel & fauum. Hoc Deus volens testatissimum facere, legi non præposuit promissa, sed facta ante præcepta præmisit; ut beneficia taceamus homini collata ante præcepti constitutionem.*
Deum ipsum attendamus, quomodo se gesserit dum legem scriptam promulgaret. Antea eduxit seruos suos de fornace ferrea Ægypti, ubi amara premebantur afflictione. De manu Pharaonis; & maris periculo liberauit. Aquam dedit de saxo; manna de cælo; postmodum legem tulit.
Exod. 14. 11. *Hoc in prima legis lationi. Daturus Deuteronomium, ac secundam legem, hoc est ante repetitam legem, in salutem populi occidit Reges magnos: Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & dedit terram eorum hæreditatem populo suo: tunc tantis affectum beneficijs populū suū instruxit denuo, legemq; sancit. Dicat ergo Deus: si mihi nō creditis, operibus credite, ut scīatis quia non mentior, & quod si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit, & qui audierit viuēt. At nos continē, quam si verax Deus, & fidelis in omnibus verbis suis, nonne manu tangimus, & beneficijs ex-*
Tom. I. Bellinzani.

Exod. 14.

Num. 20.

11.

Exod. 16.

14.

Ps. 134. 11.

Num. 21.

24. & 33.

Ioh. 10. 38.

8. 52.

8. 55.

Apoc. 12. 18 bi illum vidit Iohannes; quonam pacto, ipse inquietus manens quietem habet? Et si cui vult, dat illa sibi tradita; dat autem cadenti, & adoranti illum, nunquid daturus est omnibus simul omnia regna mundi, an singulis alteri post alterum? si sibi succedunt ipso dante, modò huic, modò illi; que, aut qualiscumq; reperitur requies; vbi nullus est status: si omnibus simul, quæ rursus quies, vbi continuus est conflictus quis quid accipiat? O fluctus feri maris! In his cadauera supernantant, esca coruorum carnalia, corrupta, corrupentia, fententia; hæc sunt quæ Ioannes concupiscentiam dixit, quæ in fluctibus maris ambulat, & quæ mouentur in terra; quæ qualia sunt, nunquam quiescunt, quin nullam requiem habet caro nostra; neque corpus, quod corrumpitur. Qui his inhaerent, vt fatientur, regressum ad Deum non curant. At columba simplex in simplicitate cordis quærens Deum, attendens promissum: Venite ad me, & inuenietis requiem animabus vestris; non inuenit in toto orbe terrarum, qui orbiculariter cõtinue circũgyrat, vbi pes, & affectus eius requiescat. Et propterea ad illum prope- rat, quærens quem diligit anima eius, de quo iam audiuit: *Quærite Dominum, & confirmamini*; certa quod nõ potest extra Deum confirmari. Simples ergo, sicut columbæ, de vno tantum necessario solliciti sunt, sedentes ad pedes Iesu, vt non turbentur erga plurima. Isti sunt, qui ne transeant cum hoc mundo ad perdicionem, cum Christo transeunt de hoc mundo ad Patrem.

Lex, quæ ideo in itinere data est, dum ab Ægypto per desertum transitus est ad locum, quem elegerat Dominus; iter ad Deum is, qui recto sunt corde, perspicue manifestat. Et quia nisi sciatur quo eundum sit, non possumus viam scire; Primum ostensum nobis in lege, Deus est. Ideo in capite libri, & in principio legis

Deut. 6. 13. scriptum est de eo: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Quoniam vero accessus ad Creatorem est a creatura recessus, concluditur lex in hoc præcepto: Non concupisces. Et vide Diuinam Sa-

pietiam; dum datur mandatum illud primum, Vnitas consideratur; dum vltimum, multitudo. Sic habes in Euangelio: Et accessit vnus de Scribis, & interrogauit eum, quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei: *Quia primum omnium mandatum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: Et, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Ecce vnitas. At vt non simus concupiscentes malorum, audi legem concludentem sua præcepta: *Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, nõ asinum, & vniersa quæ illius sunt.* Sic loquitur dum datur lex, sic dum explicatur. Multa, quæ concupisci non debent, commemorantur, quoniam à multis reuocat, vt ad vnum ducat, ne forte verba inania suspicaris in lege Domini. Ideo Diabolus rerum proponit multitudinem; ostendit enim omnia regna mundi, & gloriam eorum, & ait: *Omnia tibi dabo.* At vnitatem Christus opponit tantæ multitudini: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Illi soli, inquit; Lex ergo vt ad vnum ducat, quod est necessarium, à multis abducit, quæ necessaria non sunt. Sic à pluralitate factorum ad factoris vnitatem nos reuocat.

Hoc præsupposito, iam apparet quid intendat Satanas contra nos. Quod certe nihil est aliud, quàm à Deo nos reuocare, & elongare. Cum autem hoc lex intendat, vt Deo nos coniungat, seiungat à creaturis, accedens tentator è contra creaturis studet nos applicare, conaturque, vt illis adhæreamus. Et ideo Deus legem ferens à summo exorsus est, finè totius motus præostendens: *Ego (inquit) sum Dominus Deus tuus. Non habebis Deos alienos coram me.* Et nouissimè in nouissimo concludit omnia mandata sua, dicens: *Non concupisces.* Satanas verò è contra à gradu inferiori aggressus est tentationem. Die, inquit, vt lapides isti panes fiant. Vt demum deiceret de summo: si cadens, inquit, adoraueris me.

Vt igitur lege protegamur à frigore, & à pluuia Satanae attendamus primum; Quod

Mare. 12. 28.

Deut. 6. 4.

Deut. 5. 11.

Exod. 20. 17.

17.

Exod. 20. 2.

Deut. 5. 6.

Exod. 20. 12.

Deut. 5. 21.

18.

Quod

Quod cum intentio legis sit auocare mentem nostram a creaturis, ut illis nullo pacto apponamus cor, etiam si necessaria sint, cuiusmodi est panis: Ideo scriptum est: *Non in solo pane uiuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quod est dicere: *Lacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Deus qui fecit nos corruptibiles, etiam prouidit victum, quo sustentaremur; & ut se, sicut creatorem, ita & prouisorem ostenderet, non prae-buit homini liberam facultatem uescendi omnibus indiscriminatim. Ac propterea iussit: *Ex omni ligno Paradisi comedere; de ligno autem scientia boni & mali, ne comedas.* Et quoniam victus ad vitam tuendam datus erat, idcirco illum monet, quod fructus ligni uetiti non esset ad vitam, sed ad mortem: *In quoecumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Et quamuis carnes quoque animalium cibibus essent de sua natura conueniens, esum illarum tamen non illi concessit, nisi forte in sacrificiis; sicut postea in lege scripta sancitum est, ut ex oblatis comederent coram Domino. Qua ergo uti debuissent proposuit mensam, dicens: *Ece dedi uobis omnem herbam, & uniuersa ligna, ut sint uobis in escam, & cunctis animalibus.* Vbi intellige cur herbam, & fructus arborum in escam ipse preparauit, ne uidelicet ipsi solliciti essent in cibis sibi parandis. Et rursus ne anxij, & solliciti essent in crastinum, addidit: *Dedi herbam essentem semen super terram, & ligna, quae habent in semetipsis sementem generis sui.* Terra ergo absq; labore, & sudore uultus, & studio mentis aptam, & sufficientem illis escam proferebat.

Post diluuium mensam repleuit magis, apponens & carnes: *Et omne (inquit) quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum.* Attamen, ut in hoc quoque facultas hominis intra terminos diuinae prouidentiae coarctaretur, addidit: *Excepto quod carne eum sanguine comederis.* Et praeterea, quod postea aperte in lege scripta mandatum est, animalia ipsa distinxit in mundis, & immundis. Quod patet, quia Noe aliter schabuit in ducendis in arcam mun-

dis, aliter in immundis: & post exitum de arca, de mundis obrulit sacrificium. Ex quo inferitur, quod immundis quoque uesci non liceret illi, sicut neque illa sacrificare. Restricta igitur in hoc quoque erat libertas, ut homo tantummodo sibi concessis uesceretur. Vbi etiam nota mysterium, quod quae poterant offerri, poterant & comedi, ut uno, eodemque & nos pascantur, & Deo placeamus; & uita nostra monstreretur tota ordinari in diuinum obsequium; ut siue manducamus, siue bibimus, Domini simus; & non nobis uiuamus, sed ei, cui omnia uiuunt. Lex deniq; Moysis cibos multos a-pertius populo interdixit.

Quamuis autem in Euangelica lege ha-beamus, quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione recipitur: Ieiunium tamen in illa commendatur, & temperantia. Vnde Timotheus a uino abstinebat, quod certe didicerat a Paulo, qui tandem illi scribit: *Iam modico uirere uino propter somnolentias tuas infirmitates.* Et ex traditione Apostolorum habemus Quadragesimale ieiunium, & per Ecclesiam Spiritus sanctus alia praeterea nobis ieiunia iubet.

Cum igitur Deus hac ratione se declarer omnium prouisor, qui aperiens manum suam implet omne animal benedictione; ideo praecepit ne solliciti simus etiam de necessariis. Nam etiam si simus in deserto, dabit panem Angelorum, & per Angelos panem hominum ministrabit. Hoc iubet lex, & Verbum Dei, dicens: *Non in solo pane uiuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quod est dicere; si dixerit Deus, fiat, fiet. Si dicente Deo: *Germinet terra herbam uirentem, & lignum pomiferum;* mox ita factum est. Nunquid abbreviata est manus Domini, aut non ultra omnipotens est sermo eius? Ergo si omnia quaecumque uoluit fecit, & quae non erant fecit, ut essent, eodem uerbo, eademque uoluntate illa permanent, quae facta sunt, & uiuentia uiuent. Esto igitur, desit panis, non deest panis auctor, qui terrae dat, ut germinet,

Jacob. 1. 5.

minet, & pastor est ouium. Hoc torum, vt simus fidentes in Deum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Hoc igitur modo auocatur mens, ne inhæreat creaturis. Quod si in necessariis quoque id præterdit, quanto magis à non necessariis nos reuocat?

Secundò igitur attendendum, quòd adeo labilis est homo, vt si semel caperit amare creaturam, paulatim decidat, & deflectat ad illam, in dies proficiens in peius, vt iam non necessaria quærat, verù sollicitus petat & superflua. Quod intelligens omnium malorum inuentor Diabolus, nõ dixit: Dic, vt lapis iste panis fiat; Sed, vt lapides isti panes fiant, vt sub prætextu necessitatis, etiã superflua ingerantur. Ideo ad mensurã Deus dat cibũ, vt patet in mãna; dat et̃ in tempore, vt quisq; dies sit sollicitus sibi ipsi, neq; de crastino cogitemus.

Exod. 17.

17.

Matt. 6. 34

21.

Attendendũ tertio, quod in peruerso isto progressu à superfluis ad vana miserè prolabimur; in quo à potestate tenebrarũ lumen recipimus. Nam victus serpens in primo conspectu, in quo cum necessariis et̃ superflua suggerebat, renouat artem, & ad absurdiora progreditur, suadens: Mitte te deorsum; scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Dare se præcipitem, nullam necessitatis habebat apparentiam, sed euidentis est vanitas, quæ ne deprehendatur, illam tentator condit verbo Dei, dicens: Scriptum est; Quoniam Angelis suis, &c. Atq; ita durius, ac periculosius infert bellum. Primò in hoc, quod quæ minem spiritualem facilius illiciunt, & magis perdunt, quàm quæ carnem tantum spectant, puta auram sæcularem. Non enim carnalis homo sic gloriam mundi meditatatur, sicut gratiam corporis, & voluptatem. At verò spiritualis spreta carne, & desiderijs eius, à vanitate gloriæ facillè capitur aliquando: probauerat eum tentator superiorem corporeis delectationibus, nunc mentis ideo titillationibus impetit illum.

22.

Secundò, quod subtilior, & occulta magis illecebra est hæc, quæ illum sollicitat: nempe quæ sub velo virtutis magis

latet. Videtur enim hoc pertinere ad gloriam Dei, si quis seruum Dei videat per aëra innocuè volantem, aut portatum ab Angelis. Heu quod sunt habentes zelum Dei, sed non secundum scientiam! vbi autem non est scientia animæ, non est bonum: latet enim anguis sub viridantibus folijs virtutis & iustitiæ. Testes sint, qui vltionem quærentes iniuriarum præterdunt veram iustitiam. Et ij, qui famam præterunt, tanquam cæteris necessariam, ne ipsi de suis sceleribus confundantur. Illud mihi videtur Ephod, qui fuit in ruinam domus Gedeonis; quãdo sacram vestem nisi sacra persona non debet induere, & colorem iustitiæ nisi iustus: alioquin arripientibus thuribula, cum non sint sacerdotes, ignis, cuius vsus erat ad gloriam, erit ad pœnam. Tertio, etiã periculosior fuit ista tentatio; nam si ad auram volare tentasset homo, decipus à Satana, per vacuum præceps in terram solidam illisisset. Habet enim iram Diabolus victus, ac proinde suggerit magis noxia hoc pacto, vindictam sumens de sibi illata offensione. Quarto, hic rationem, vt impellat magis, adhibet. Putauit in prima tentatione esuriem ieiunantis sufficere, ideo, absque alio impollente, tantum suggerit, vt panes faceret: Hic verò rationem affert, vt fortius pellat, & quæ magis occultet malum, quasi non sit à tentatore adinuenta, sed oblata ab ipso tentato; tum etiam, quia ex verbo ipso Dei id prodire videbatur, quod ipse suadebat.

Docemur itaq; compescere appetitum, & à necessariis, & à superfluis, & ab iis denique, quæ illustra videntur. Num *Psalm. 39. 5.* beatus cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit ad vanitates, & in sanias falsas. Certe hæc vanitas erat falsitas, erat insanie. Quam multi sunt, qui suadente Diabolo volare contendunt, neq; necessarium sibi existimantes subsidium Angelorum, sed pennas sibi facientes, vt supergrediantur cæteris, vt sint omnium superiores, quasi in cælum ascensuri! Hoc auari, hoc superbi præsumunt. Habacuch Propheta auaros compellat. *Vt quis congreg.*

*Rom. 10. 2.**Pror. 19. 2.**Iudic. 8. 27**Num. 16. 6.*

Habac. 2.9 congregat auaritiam malam domui suae. ut
 sit in excelsis nidus eius; & liberari se putat
 de manu mali Nunquid & auaritia bona
 reperitur, quia dicit auaritiam malam? Per
 auaritiam intelligit opes auare collectas,
Luc. 16.9. quas Dominus vocat, iniquitatis: quia ex
 iniquitate, ut plurimum conficiuntur; &
 malas vocat Propheta, quia iniquè coag-
 mentantur. Putant se isti adeo per diui-
 tias in sublime ferri, ut malum ad eos non
 accedat, putantes, ut dicit Propheta, se li-
 berandos de manu mali, sed subinfert sta-
 tim: *Cogitasti confusionem domui tuae.* Cō-
 funditur enim qui deicitur dum alleuaretur,
 & fit gloria eius in confusione ipsius.
Habac. 2.10. Superbos compellat alius Propheta: *Super-
 biam cordis tui extulit te, habitantem in
 scissuris petrarum* (hoc dicit de populo I-
 dumæo qui tutum se reputans, quod ha-
 bitaret in montibus neminem timebat, &
 propterea gloriabatur) *exaltantem solium
 tuum; qui dicit in corde tuo: Quis detrahet
 me ad terram? Si exaltatus fueris ut aquila,
 & si in sidera posueris nidum tuum, inde
 detraham te, dicit Dominus.* Et quid est
 hoc, nisi tentare Deum si eos sufferat, qui
 sibi æquari, & similes esse Altissimo per-
 tentant? si velit, quæ constituit destrue-
 re, ut qui cælum cælestibus, terram au-
 tem dedit filiis hominum; iam velit bo-
 uem habere alas aquilarum, & aquilam
 pedes vitulinos; atque ita rerum ordinem
 inuertere, quem præstituit: Christum ten-
 tabant hypocritæ, qui scandalum in eius
 doctrina, & iustitia ponere conabantur;
 sic tentat qui regimen Dei putat se posse
 peruicere. Estote igitur vestra forte con-
 tenti; humiliamini sub potenti manu Dei,
 locum tuemini quæ vobis assignauit. Qui
 vocatus est seruus, & qui liber, vnusquis-
1. Pet. 5.6. que in ea vocatione permaneat, in qua
 vocatus est. Qui diues, diues; qui pauper,
1. Cor. 7.2. pauper. Tantum solliciti sitis, ut digne am-
 buletis vocatione, qua vocati estis. Ita do-
Eph. 4.1. cet quod scriptum est: Non tentabis Do-
 minum Deum tuum.
 24 In quarto denique gradu docemur, ne
 magnitudo repromissionum extollat nos,
 quæ offertur, non datur ab Angelo Sata-
 næ: Qui ostendit ei omnia regna mundi,

&c. Duo quippe valde vrgent hominem,
 necessitas vera, & falsa potestas; ab illa in-
 cipit, in hanc definit. Hæc priora omnia
 complectitur, necessaria, superflua, vana,
 & si quid aliud caro concupiscit; sed om-
 nia eminenter: Omnia, inquit, regna, &
 gloriam eorum. Neque hic rationem ad-
 dicit aliquam: Primo, quia putat magnitudi-
 nem propositorum per se mouere, atq;
 adeo prope cogere posse; quod experien-
 tia facit testatissimum, ut etiam putetur fi-
 citum ius violare vbi regnum appetitur;
 & sicut eminet rebust temporalibus, ita &
 spiritalia debeat suppeditare, & concu-
 care; sicut de quarta bestia scriptum est, *Dan. 7. 7.*
 quod erat comedens, & comminuens, &
 reliqua pedibus conculeans; & de pessimo
 eius principe, qui erat homo peccati filius
 perditionis, idem Daniel subiicit; *Quod* *Dan. 7. 25.*
sanctos Altissimi conteret, & putabit, quod
possit mutare tempora & legis. Non igitur
 adhibetur ratio, quia sola sibi putat suffi-
 cere, ut sit pro ratione ipsa per se potestas,
 tanquam primū inter appetibilia, ad quod
 cætera sint resoluenda omnia; ut quod sit
 metrum, & mensura illorum. Hæc quot
 malorum est radix ista potestatis cupi-
 ditas!

Secundò, Deo sic disponente nulla est
 adducta ratio; quoniam nihil irrationa-
 bilius, quam Satanam adorare, sed si qua
 ratio est, vniuersa in hoc concluditur,
 quod regnare, summumque regnum ob-
 tinere sit per se tale bonum, cui cætera de-
 beant omnia deseruire. Attamen ipsum
 neque per se huiusmodi est, sed ærumna-
 rum plenum, & omnium incommodo-
 rum; neque promissio eius à mendace, &
 mendacii inuentore quicquam habet cer-
 titudinis, ut sperandum aliqua sit ratione,
 quod promittitur; neq; adhuc (esto esset
 certa promissio) tantum est flagitium cō-
 mittendum ob tantum fastigium conse-
 quendum. Tertia causa cur sine ratione
 expressa facinus hoc immensum propo-
 situm sit, hæc est, quod Christus statim re-
 spondit, ut Satanæ non vacaret, nil ultra
 suorum addere mendaciorum. Tanta e-
 nim iniquitas non est disputationibus re-
 fellenda, sed subita contradictione repel-
 lenda.

26

lenda. Ideo Christus: Vade Satana: sicut Satan quasi bonus suavor primis duobus praeliis accessit; sic Christus sapienter respondet, ac si illum, quis esset ignoraret, ut iterum praeliari Diabolus non vereretur. At ut apertam suggessit iniquitatem, apertam sustinuit repulsam. Ardens quippe zelus moram trahere non potest in scelere tam insigni. Addidit tamen tandem rationem suae repulsae, dicens: Scriptum est; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Sed hoc non tantum, ut ille cederet, ac recederet confusus, sed ut nos disceremus repugnare; tum ut nobis notus fieret scopus, quo tota lex tendit.

De quo consideremus primum, legem in primis hoc ab homine pretendere, illum scilicet ducere ad Deum, atque illi vinitum ligare. Sicut enim lex Moysi, quasi paedagogus, Hebraeos instruit, ut idonei essent Christum intelligere, ut summum

Psal. 83. 7. Magistram. *Etenim benedictionem dabit Legislator; ibunt de virtute in virtutem;*

Rom. 10. 4. *videbitur Deus Deorum in Syon.* Ac propterea *suas leges Christus est.* Ita vniuersa lex Deum spectat, ut terminum viae omnium mandatorum eius. Ideo, ut dictum est, prima verba legis Deum ostendunt;

Psal. 118. 2. *quarrit.* *Beati enim qui seruantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Secundo, quod, ut ducat ad Deum, abstrahit a creaturis; idcirco tollit omnem concupiscentiam, quae sola aduersatur directe charitati. Cum ergo charitas, qua Deo coniungimur, sit finis praecepti, praeceptum ipsum hoc primum molitur, ut exringuat concupiscentiam, vetans machinam, furtum, atque demum amorem saeculi. Tertio, regulat, & componit hominem, atque purgat, & decorat, ut dignus sit, qui Deo coniungatur. Vnde illud bene ordinat erga omnia, atque in primis erga proximum, ut cum diligit, & benefaciat illi, quarens non quod sibi utile est, sed quod multis; ut de se dicit Apostolus.

1. Cor. 10. 33.

Videbatur hoc pretendere Satan suadens praeceptum, quasi ad aedificationem populi, ut Deum laudarent. Sed va-

nissimum erat hoc apparens emolumentum: vtilia ergo danda sunt, non vana. Quarto tandem, Deo coniungit; hoc autem fit vero cultu. Dominum (inquit) Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Cultus vero Dei potissimum fit tribus illis virtutibus, Fide, Spe, & Charitate; quae ideo diuinae dicuntur, nempe Theologicae. A quibus imperatur specialis ille cultus, qui Religio, siue Pietas, siue etiam timor Domini nuncupatur.

Hoc igitur a nobis perficiendum est, ut Deo coniungamur, qui est totum bonum nostrum; & cum multae causae sint, quamobrem sint a nobis terrena omnia contemnenda; id in primis in eis spernendis spectandum est, ut ab his expediti ad Deum toti tendere valeamus. Ideo oblati sibi regnis mundi opposuit Christus Dei adorationem, & seruitutem. Rationemque demonstrauit in sua doctrina, dicens: *Non potestis Deo seruire, & Mammonae.* Sic inferens, quod studium terrenorum maxime a Dei cultu homines auocet, cui soli seruire lex mandat. Sed heu! quid faciunt homines? Pro modico, & caduco, imò & falso bono relinquunt Deum factotem suum: verè stulti, & decepti a deceptore. Ideo tanto studio, & affectu Salomon conatur nobis sapientiam persuadere, eius utilitates proponens. *Custodiet (inquit) rectorum salutem,*

Mat. 6. 24.

Et proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiae, & vias sanctorum custodiens. Deceptor totum oppositum suadet, obliqua omnia, deuia, a rectitudine deflectentia. Nunquid lapides facti sunt a Deo, ut essent esca homini? Virentia dedit ad victum, non sicca, & arenaria. Nunquid aërem designauit Deus ad ambulandum homini graui, pennas non habenti? Terra scabellum pedum est, & per terram ambulandum nobis est, quae solida nostram potest grauedinem sustentare. Nunquid hominem Deus creauit ad imaginem, & similitudinem suam, ut Diabolo prosterneretur cadens a sublimitate suae excelsae dignitatis? fecit hominem rectum, ut rectitudine seruata eo spectaret, vbi expectat veram, plenamque salutem.

Prov. 2. 7.

Vides

Vides nihil rectum, nihil naturæ etiam
Ecl. 7. 30. consonum Diabolum suadere? At sapien-
 tia custodiet rectorum salutem. Non pec-
 catur, nisi ubi aliter vimur rebus, quam
Gen. 2. 17. illarum conditor iubet, & docet. Proinde
 primum eius præceptum circa ipsarum v-
 sum constitutum est. *Ex omni ligno come-
 de:* Non autem de ligno isto. Inde ergo
 prima hominum peruersitas profecta est,
 quod alia ratione res usurparunt, quam il-
 lis à Deo fuerat constitutum. Tuetur mo-
 rem suum serpens, qui veritatem factum
 proposuit, dum lapides proposuit ad ef-
 eam, sed ad peiora semper intreadens.
 Tunc quidem proposuit quod natura sua
 idoneum erat ad vescendum, nunc verò
 quod ab hoc usu vehementer abhorret:
 illud pomum, hic lapis. Erat illud pul-
 chrum visu; at quid vel minimum pul-
 chritudinis potest in petra deserti ab oculo
 deprehendi? Erat illud ad vescendum
 ne dum aptum, sed & suauis; hoc non in-
 eptum modò, verum & durum, & aspe-
 rum, & noxium. Lignum saltem propo-
 suisset; sed quantum potest hostis est no-
 xius. Ibi nullus erat labor; decerpere tan-
 tum opus erat pomum: at vero in pessima
 ista suggestione dicitur: Dic, ut lapides
 isti panes fiant. Quanta opera necessaria
 est, ut hoc perficiatur? At fallax dicit: Dic.
 28
 Intelligis ne homo, quid præcedat
 mendax? Non laborem ostendit, sed fru-
 ctum; at hunc falsum, illum autem verum;
 verè laborabis, & frustra. Quid operosius,
 quam mundo seruire? Quid inutilius,
 quam mundo seruire? De suis operibus,
 qua & facilia videbantur, & iucunda, di-
 cit tandem Salomon ipse: *In quibus fru-
 stra iudaueram,* sudorem emisi, fructum
 non accepi; ideo frustra sudauit. Hens tu,
 aperi oculos tuos, & vide. Dixit Deus,
Gen. 1. 4. fiat, & facta sunt; per solum verbum facta
Iuan. 1. 3. sunt omnia. Num & tu simili voce tonas?
 Num & sermo tuus omnipotens est, ut
 possis verbo opus tuum consummare? *In
 Job 40. 4.* iurora, in sudore vultus tui vesceris pane
Gen. 3. 19. tuo. Non est tuum dicere verbo, & pane
 tuo vesci. In sudore vesceris pane tuo. O
 Deus! Hominem Deus de luto fecit, non
 de lapide. Omnipotens voluit materiam

aptam, mollem, tractabilem, habentem
 similitudinem cum carne molli; & aduer-
 sarius iubet: Dic, ut lapides isti panes fi-
 ant. Heu! si labores tuos intelligeres,
 certus iam esses, ex lapidibus conari te, ut
 panes facias. Sed nunc quid tandem panes?
 An duriora lapidibus tu moliris? Frustra
 sudauit. Quid tandem ex tot, tantisque la-
 boribus, sudoribus, doloribus, periculis,
 mortibus, consecutus es? Interroga Pha-
 raonem, & dicit tibi; attende Aegyptum,
 & docebit te. Quid tot vestris conatibus
 iam tandem vobis comparastis? Post tot
Exod. 14. 22. flagella, & mortem primogenitorum, ge-
 neralem totius exercitus submersionem in
 mari rubro, ut ne vnus quidem euaderet.
 Quid vos Gigantes edentes, & bibentes,
 ementes, & vendentes, plantantes, & ædi-
 ficantes? Quem fructum habuistis tunc
 in illis laboribus vestris? Ecce Gigantes
 gemunt sub aquis. Iam venit diluuium, &
Job. 25. 5. tulit omnes. O quis gemitus sub aquis
 tanti diluuii quotidie, & per singulas ho-
 ras audimus gementium, & lamentan-
Isai. 59. 5. tium super filios suos, & labores manuum
 suarum, quia non sunt, quia telas aranea-
 rum texerunt tota die, ac nocte! Porro
 si quid solidum, & permanens operati
 sunt, illud ostendant. Vbinam sunt ope-
 ra manuum vestrarum, o potentes à sæcu-
 lo! o viri famosi! o qui gloriamini in po-
 tentia exercitus vestri, & in iactantia di-
 uitiarum vestrarum? Frustra sudauit, dixit
 qui dicendo fuit sapiens, stultus in facien-
 do. Non propterea hæc à Domino facta
 sunt, ut vanitati subiecta esset creatura, sed
 ut feruiter creatura mundi soli Deo mun-
 di creatori.
 Sed vnam hæc tanto labore quaesita
 solum perirent, non etiam perderent! Hoc
 meditatus est Satanas; laboriosum, ac va-
 num opus in principio suggestit; sed se-
 cundo loco periculosum, & noxium, ut
 caderet tentatus, si tentatori credens se pu-
 taret graue à leui sustentari. Verba tamen
 sua demonstrant quid spectarent: Mitte te
 deorsum. Nō fuit inane modò op⁹ Aegypti,
 dum opere Hebræorum ædificat ciuitates;
 noxium etiam fuit, cuius finis interitus,
 cuius exitus exterminium, cuius memoria
 terror.

terror. Si non alia perditio sit, o homo! in vanitatibus tuis ista te manet, de qua dicit Dominus: *Lata porta, & spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, & multi intrant per eam. Quid igitur frustra laboras? Quid curris in vanum? Quid aërem verberas, mittens te deorsum, ut cadas, & in terram collidaris? Sed modicae fidei ab experientia docearis. Attende tot regnorum destructionem. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & bibit de vino furoris Domini. Alioqui vbinam est vrbs illa perfecti decoris, plena diuitiis, quae sola portabat imperium mundi, vel ab imperio portabatur, ut mulier à bestia: Cecidit, cecidit, non est qui habitet in ea, in terram detracta est, & in puluerem redacta. Nunquid igitur tu potentior? tu sapientior? tu cautior? ut opus manuum tuarum confirmes, ut non deficiat fides tua, quae te falso credis mansurum super terram, & dicas:*

Psal. 9. 28. Non mouebo à generatione in generationem, sine malo perdurabo? Inanis est haec fides vestra, qui sic creditis, & sic loquimini.

Ergo sapientia custodiet rectorum salutem, qui rectos gressus faciunt pedibus suis; qui non duplici via gradiuntur, ut decipiant de vanitate in idipsum: Et proteget gradientes simpliciter; qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur; qui habentes alimenta, & quibus tegantur, his contenti sunt, terrena contemnentes, ut soli Deo seruiant. Quomodo vero rectos custodit sapientia? *Seruans* (inquit Salomon) *semitas iustitiae, & vias sanctorum custodiens.* In tantum seruat à malo, in quantum dirigit in bonum: *Quia Dominus vias peccatorum disperdet.* Haec te saluat, vias sanctorum custodiens, ut non pereamus de via iusta, etiamsi in ira exarserit aliquando Pater misericordiarum, non hilarem vultum ostendens, diligens, & corripiens. Sis tu bonus, & rectus, ambulans per semitas aequitatis, & videbis *quam bonus Israel his qui recto sunt corde.*

Psal. 71. 1. Breuis erit ira, ignis paleae, si non tu ligna sylvarum subicias flammæ ire eius, sed paleas modo, non crimina ingentia, sed delicta iuuentutis, & ignorantias ado-

lescentiae leues, atque peccata, à quibus nemo mundus est, quia fragiles sumus. *Cum ergo exarserit in breui ira eius, beati omnes, qui considunt in eo; verbera diligentis Patris sentientes, non vulnera saeuientis iudicis. Hos custodit, hos protegit sapientia, ut per mandata ingrediantur ad vitam. Ne igitur timeamus desertum ingredi, ieiunare, esurire, hostium nostrorum sustinere insectationes. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias tuas; sic Psalmista testatur. Proinde rogat confidenter: *Perfice gressus meos in semitis iustis, ut non moueantur vestigia mea. A resistentibus dextera tua custodi me, ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum.* Et libera nos à malo. Amen.*

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De Ieiunio. Ostenditur preparatio quam fecit Dominus, cum legem suam promulgare voluit; & horum connexio optime in principio ostenditur. In moralibus. De resistentia Diabolo faciendâ.



VEMADMODVM in exitu Israël de Ægypto antiquitus euenit, quod tunc lex data est populo à Deo per Moysen, quando populus ipse relinquens Ægyptum tendebat ad terram promissionis, interim transiens, & ambulans per desertum; haud secus Christiano populo mundum, atque mundana relinquenti, & ad cœlestia aspiranti, atque ad illa tendenti in terra deserta, inuua, & inaquosa, poenitentiae videlicet, atque virtutum, lex constituitur, quae doceat illum de omnibus. Nam sine lege nesciret quae relinquenda essent, quae appetenda, & quodnam esset iter procedendi, ut relinquenda relinquerentur, & quae appetenda sunt, possent acquiri. Lex enim Domini

Domini immaculata docet exeundum nobis esse de terra Ægypti, id est, de seruiture Diaboli, in qua operibus infructuosis tenebrarum miserimè laboratur, nil aliud pro mercede laboris recipiendo, quam oppressiones, extorsiones, & flagella. Vita enim mundana est Ægyptus tenebrosa, ex qua per legem docemur totis exeundum nobis esse conatibus. Docet pariter eadem lex sancta, solum regnum Dei nobis esse quærendum, Deiq; iustitiam, cum in ipso sint bona omnia, quæ nos possunt beatificare, atque satiare. Hæc est enim terra nobis promissa, de qua scriptum est. Mansueti hæreditabunt terram. Quæ sub figura terræ illius antiquæ, fidelibus promittebatur; vbi ex pinguedine terræ, & rore cæli est omnium bonorum abundantia, quæ nobis sub nomine lactis, & mellis designatur: quæ omnia cum dulcia sint faucibus, absque labore comeduntur, & absq; commutatione possidentur. Ad tantum autem bonum peruenitur via iusta, quæ est iustitia Dei, de qua dictum est: *Quærite primū regnum Dei, & iustitiam eius.* Primum enim, quod appetere debemus, & querere, est summa nostra beatitudo, quæ nihil est aliud, quam regnum Dei; consequenter quærenda sunt media, & perambulanda est via, quæ ducit ad vitam.

Hæc autem est iustitia, iustitia (inquam) non Scribarum, & Phariseorum, non iustitia hominum; sed iustitia Dei: illa videlicet, quam per legem de cælo allatam docemur, quæ sola transcendit vires omnes naturales, cum sit virtus supernaturalis, quæ ab homine accepta, facit in eo fontem aquæ salientis in vitam æternam. Via ista perambulatur per quadraginta annos, quibus intelligitur totum tempus vitæ nostræ, quod super terram pertransimus. Nam si in potentatibus, id est, in viris viribus pollentibus, octoginta anni sunt illius ætatis, quæ vita iure dici possit, & non potius mors, siue initium mortis, certè quadraginta anni, ætas illa erat, quæ præ cæternis partibus illius, maxime potest dici vita, vt non immeritò ab hac parte omnibus aliis præstantiore, tota vita meritò possit denominari. Ex quo consequens est, quod

Tom. I. Bellineani.

ambulatio per desertum per quadraginta annos nobis inuacat toto tempore vitæ nostræ perambulandum in via Dei, quæ est iustitia eius. In qua via propterea datur lex, vt homo dum viuunt, habeat legem semper in corde, in oculis, in manibus.

Hoc idem tempus figuratur illis diebus, quibus ieiunauit Moyses in monte suscipitur legem à Deo, & quibus Dominus Iesus ieiunauit laturus mundo Euangelicam suam legem. Vnde non immeritò idem tempus totius nostræ vitæ designatur per sanctam Quadragesimam, in qua populo Christiano ieiunandum est cum Moysè, & cum Christo, cum ad ipsum populum pertineat legem fide suscipere, ac operibus obedientiæ ardentè, atque perseueranter amplecti. Si enim ieiunauit Moyses præparans se ad accipiendam legem à Deo; si ieiunauit Christus, veluti præparans se ad promulgandam legem mundo; cur non ieiunet Christianus disponens se ad acceptandam, & obseruandam legem sibi de cælo missam per Dominum nostrum Iesum Christum? de quo scriptum est: *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum: omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam.*

Ecce quam concinnè huius temporis initio proponitur nobis ieiunium celebrandum exemplo Christi, & in eiusdem temporis prosecutione proponitur nobis lex. Nunc ergò cum inchoemus tempus istud Quadragesimale, de ipso ieiunio tractemus, & de tota preparatione, quæ fecit Dominus ad Euangelium promulgandum.

Quæ de re sacram lectionem habentis ex Euangelio quæ dicit: Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Circa quam prima consideratio sit super iis, quæ præcesserunt hunc ingressum in desertum, quæ narratur in Euangelio. Vbi habetur, quod baptizatus fuit Christus in Iordane; & eo baptizato, & orante, aperti sunt ei cæli, descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum, & vox de cælo facta est: *Tu es Filius meus dilectus; in te complacui mihi.* Et Ioannes Baptista videns Iesum venientem ad se ait: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* & alia multa dixit in com-

C menda-

Mat. 6. 33.

Pf. 36. 11.

Mat. 6. 33, Diuisio.

Ian. 4. 14.

Pf. 89. 10.

Exod. 14. 13.

Baruch 4. 1.

3

Mat. 3. 16.

Lus. 3. 21.

Ioan. 1. 29.

mendationem Christi, & tandem perhibuit testimonium: Quia hic est Filius Dei. In quibus operibus commendatur Christus, & declaratur illius excellentia, ut intelligamus opera, quæ postmodum & in deserto, & extra operatus est, fuisse magna opera Domini, exquisita, & mirabilia, & opera maximæ sanctitatis, & efficacitatis, simulque exemplaritatis summa: ut illa suspicientes veneremur, atque suscipientes imitemur. Idcirco enim declaravit illum Deus Pater, esse Filium suum dilectum, quem Agnum voluit esse tollentem super se peccata mundi, atque portantem iniquitates nostras; ut notum sit nobis quanta veneratione colendus sit iste, qui est Filius Dei, æqualis Deo, verus Deus: quanta fiducia acceptandus sit, ut Saluator, qui potest saluos facere omnes, qui credunt in eum; quantaque animi pietate imitandus sit, qui cum esset Deus factus est pro nobis Agnus; qui cum posset omnia verbo virtutis suæ, dignatus est dolores, & languores nostros infirmitate carnis nostræ portare.

Hoc igitur documentum in primis inde accipiamus; quod sicut omnium est benefacere, quia omnibus data est lex, ad eos tamen potissimum pertinet opera grandia sanctitatis perficere, qui maiores sunt in populo. Et ij, qui à Deo electi, & magnificati sunt, maxime tenentur exaltare Deum in operibus suis. Dominus enim Iesus, postquam laudatus est de cælo à Patre, & in terra à Ioanne, ductus est in desertum, ubi ieiunavit, & passus à Diabolo se tentari. Propterea decrevit in lege, quod si quando populus Regem sibi constituere voluisset, hoc præcipue Rex faceret: Postquam sederit in solio regni sui describeret sibi Deuteronomium legis huius in volumine, & haberet secum, legeretque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & caeremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Vides quomodo Principum peculiare est, legem scire? legem observare? Deo obtemperare? Hinc est, quod singularem fidem, & obedientiam expetebat Deus à Dauid, eò quod exaltasset eum ad regnum, cum esset antea

Deut. 17.
18.

pastor ovium. Hinc dolens Deus ipse de populo suo, ita conqueritur per Isaia Prophetam: *Filios enutrivit, & exaltavit, ipsi autem spreverunt me*. Primum accepit illos sibi in filios, cum ipse sit Deus, illi verò homines. Secundò veluti filios enutrivit; ita ut deficientibus etiam terrenis alimentis, plueret illis manna de Cælo. Tertio, exaltauit, & magnificavit illos, ponens excellos super omnes gentes. Vnde Dauid orans 2. Reg. 22; Deum dicebat: *Quæ est autem ut populus tuus Israël, gens in terra, propter quæ iure Deus, ut redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomē, faceretque eis magnalia?* Et tamen, cum eos sic magnificasset, ipsi eum despexerunt, & inhonoraverunt. Ita de Saul conquestus est Dominus per Samuellem. *Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribus factus es, unxitque te Dominus in Regem super Israël? Quare ergò non audisti vocem Domini?*

Magnaratio obediendi Deo sunt beneficia eius. Vbi ergo maxima illa sunt, ac plurima, maior esse debet obedientia, maior servitus, maior aggregatio, perfectioque virtutum. Et qui Deo magis propinquant, cuiusmodi sunt Principes, ac Sacerdotes, maxime illius excellentiam referre debent in actionibus, & in moribus suis. Cum ergo populus Christianus excellat cæteris sit, maximisque à Deo auctus sit beneficiis, præ omnibus debet pollere virtutibus; & per legis observacionem perfectam, debet honorare Deum. Hinc Petrus Apostolus fidelibus præcipit. *Conversacionem vestram inter gentes habentes bonam, ut ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis*. Cum enim sint cæteris præstantiores ex fide, & statu, ut populus Dei, debent & bonis operibus cæteros antecellere, ut ita Deum, honorantē illos, honorent; adeò quod si quando Deus sua illustratione visitaverit gentes, ipsæ intus divina inspiratione monitæ, & externo fidelium sancto exemplo glorificent Deum, illius servituti se subiicientes, atque laudent illum, qui talem bonitatem dedit hominibus.

Secunda consideratio est circa hoc, quod Iesus ductus est in desertum à spiritu. Vbi vides

1. Sa. 1. 2.

2. Reg. 22;

1. Reg. 15.

17.

1. Pet. 2. 12.

6

vides primum, quod Christus tantis praeconis exaltatus non se dat in turbas, non se iactat in oculos populorum, ut honoretur, & laudibus excipiatur, sed abdidit se in deserto, ubi vnus Dei pateat oculis. Non sic gloriosi huius mundi, qui auram mundi captant, qui gloriam hominum quarunt, & quod operantur, faciunt ut hominibus appareant. Sicut enim voluptuose semetipsos intuentur, sic aliorum intuitum summopere concupiscunt. Quod facit pro uerbium illud: *Omnes viae hominis patent oculis eius; spirituum ponderator est Deus.* Homo, qui sibi placet, sua opera libenter intuetur, sibi in illis placens, veluti in rebus pulchris, & insignibus; vnde & illa oculis aliorum obiectat, & auribus. Vnde & lectio Hebraea habet: Omnes viae viri mundae sunt in oculis eius. Ita quod, vias hominis oculis illius patere, est hominem opera sua probare; & apud semetipsum excellere. Ita enim & Deus vidit cuncta, quae fecerat, quod essent valde bona: atque ita in illorum intuitu admodum delectatur. Attamen Deus spirituum, id est animorum est ponderator; neque enim actiones tantum nostras nouit, sed & intima quaeque; perpendit, cogitationes, scilicet, & intentiones cordis. Quod fit, ut quod altum est hominibus, & pulchrum; vile sit ante Deum, atque despectum. Hoc si sciret homo, non ita iugiter intenderet oculos suos super opera manuum suarum, quasi opus insigne sint, aspectuque delectabile. Et sic se raperet in desertum, ut non hominum aliorum oculos modo, verum & suos proprios in primis lateret. Hoc opus est spirituum, quo ducitur homo in desertum, quia spiritualis iudicat omnia, iudicat (inquam) & discernit granum a palea, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum, non quaerens quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, non se extollens quasi virtutum patriatorem, sed deprimens se, & exprimens: Omnes iustitiae nostrae sunt quasi pannus menstruata. Secundo ob id quoque ductus est in desertum, ut verbis se laudantium, virtutum operibus responderet. Ductus est (inquit) in desertum, ut tentaretur a Diabolo: Spiritus, qui aperto caelo veluti co-

lumba descendit, & mansit super eum, hic duxit eum in desertum, ut tentaretur a Diabolo, ut pugnaret, videlicet ut sancto Spiritu spiritum immaundum superaret eiusque opera dissolueret.

Ad hoc enim datur Spiritus vitae, ut vitae opera exerceantur. Ideo enim animalia ibant; & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis; cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotae iuxta ea, & cum eleuantur animalia de terra, eleuantur simul & rotae; spiritus enim vitae erat in rotis. Ergo ubi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur & animalia. Si ergo Spiritus Sanctus descendit super Christum, & mansit super eum, debuit opere declarare agi se spiritu. Agebatur ergo a Spiritu in desertum, ut spiritualia opera perpetraret, sic prouocans aduersarium ad pugnandum, ut eiceret eum foras armis denudatum, & spoliis exutum. Ostende igitur & tu, o Christiane, ex operibus vitam tuam, & spiritum tuum, vel potius spiritum Dei. Ossa Ezechielis in campo iacuerant super faciem campi, donec insufflauit in ea Spiritus vitae; at Spiritu superueniente in ea, steterunt super pedes suos exercitus grandis. Ergo qui opera non habet Christi, quae sunt opera Dei, opera secundum legem, iustificationes legis, praecceptorum Dei vera observatio, hic Spiritum Christi non habet, hic mortuus est in peccatis suis, alienatus a vita Dei. O quot sunt huiusmodi, qui viuentes mortui sunt! Videntur quidem Dij, & filii excelsi omnes, dicentes, Domine; Domine, & se Christianos profitentes, & filios Dei: at verò sicut homines moriuntur, & cadunt sicut vnus de principibus, de quo scriptum est: *Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem* Erat quippe Satan inter filios Dei, & primus inter principes, sed cecidit, delapsus est, & dereliquit domicilium suum, neque locus amplius illi inuentus est in caelo. Heu miseranda conditio fidelium male viuentium. Nam credentibus data est potestas filios Dei fieri, sed qui excidunt a gratia imitantur sicut opera Diaboli, ita & casum, & ignominiam: cadunt enim sicut vnus, & primus de principibus.

7
Ezech. 1. 9.

Ezech. 37.
I.

Psal. 81. 6.

Luc. 10. 18.

Prm. 16. 2

Gen. 1. 31.

1 Cor. 2. 15

1 Ia. 7. 15.

Phil. 2. 21.

1 Ia. 6. 6.

8 Tertia consideratio est circa illud: Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurii. Vbi primum vides, quod præcipua actio spiritus est carnem mortificare; ducit enim spiritus Christum in desertum; Christus autem ductus in desertum à spiritu, mox, ac diu ieiunat. Cum enim spiritus promptus sit, caro autem infirma; infirmitas hæc, diata, & humorum peccantium euacuatione curanda est. Ad quod optima medicina est ieiunium, quod Dominus suo exemplo docere nos voluit. Non egebat quippe caro eius ieiunio, aut alia quauis afflictione, sed imago bonitatis illius ob oculos nostros statuitur, vt creemur secundum imaginem eius, qui creauit nos, & renouat nos de die in diem, vt simus initium aliquod creaturæ eius, id est, noua creatura. Porremus itaque imaginem cœlestis huius exemplaris inspicientes, & facientes secundum exemplar, quod in monte in deserto nobis demonstratum est, ieiunantes, carnem domantes, membraque nostra, quæ sunt super terram mortificantes, vt non iam adhareant pauimento grauiâ, & ponderosa, sed leuia facta, & macie cōfecta, atque tenuia facile ad cœlestia spiritu subleuentur, & ab eodem facile moueantur, & agitentur. Hæc est vna ratio, cur **Luce. 24. 39** ieiunandum sit, vt spiritus, qui carnem & ossa non habet; carnem, & ossa sibi coniuncta agiler excitet, moueat, ducat quasi corpus spirituale. Ideo Iesus ductus à spiritu, ieiunat.

9 Alia ratio est, quæ his verbis tangitur: Vt tentaretur à Diabolo. Pugnaturus quippe Dominus præmittit ieiunium, instruens nos, quod homo carnis grauedine præpeditus, non sine magno negotio potest cum Diabolo committere bellum qui carnem, & ossa non habet; & eo magis, quod caro si pinguis sit, si valida, si vigens, sociat se cū aduersario nostro, qui cum, & ipsa spiritu aduersatur. Alioqui cur dixit Apd̄tolus: **Rom 8. 13.** Nolite exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato? Num oculi Euz videntes lignum pulchrum visu, num manus decerpentes pomum, num gustus sentiens quod esset ad vescendum suaue, num lingua

Matth. 26. 41.

Iac. 1. 18.

1. Cor. 15. 49.

Luce. 24. 39

Rom 8. 13.

Gen 3. 6.

suadens viro, vt ederet, totaque illius corporalis pulchritudo, gestusque concinni, vnde erat viro ipsi gratissima, num hæc omnia non fuerunt arma iniquitatis, quibus aduersarius Diabolus vtrumq; plagis impositis, interfecit? At ieiunans corpus in feruitem redigit mentis, ne aduersario adhareat, & obsequatur. Sic Esther cum Aman prælium commissurâ (de quo postmodum dixit. *Hosius, & inimicus noster pessimus iste Aman*) ieiunio se muniuit, & oratione; Dixit enim Mardocheo: Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus; & ego cum ancillis meis ieiunabo. Aman verò in regali conuiuio captus, & interemptus est: vt sciamus ieiunio victoriam referri de hostibus; crapulam verò, & ebrietatem neci esse coniunctam. Ita & Iudith abstinentia atque ieiunio armata Holophernem hostem populi sui, qui iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus abscisso eius capite viriliter interfecit, totamque virtutem Assyriorum elusit, deturbauit, disperfit, fugauit. Ergo quod dixit Dominus de eiectione demoniorum à corporibus videlicet: *Hoc genus demoniorum non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium.* valet ad victoriam quoque de illis referendam, quando oppugnant mentem, vt trahant ad peccata.

Sunt quidem & rationes alia quam plures, cur nobis sit ieiunandum, vt patet in Scripturis sanctis; sed hæc est potissima, quod ieiunium comes est orationis, vt mox patuit ex Saluatoris sententia, vbi dixit: Non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium: & illustrissima femina Iudith, & Esther duplici hoc instrumento hostes vicerunt. Neq; dubitandum est, Iesum Dominum nostrum toto illo tempore, quo mansit in deserto, vsquam ab oratione cessasse; quando & Moyfes in monte ieiunans iugiter Deum deprecabatur. Ita enim scribit ipse Moyfes: *Et perseveravi in monte quadraginta diebus, ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens.* Et infra. *Et iacui coram Domino quadraginta diebus, ac noctibus, quib. eū suppliciter deprecabar, ne dele-*

Esth 7. 6.

10 Iudith 13. 4.

Matth. 17. 21.

Dent. 9. 9.

25.

ne deleret vos, ut fuerat comminatus. Sicut ergo Dominus cum ieiuno coniunxit orationem, & cum oratione ieiunium, ita & nos vacemus ieiunio, & orationi. Sed heu homines harum vtramque virtutum nihili faciunt, &c.

SECVNDA PARS.

17. **Q**uarta & vltima consideratio est circa tentationem, qua appetitus a Diabolo Dominus, ipsum vicit, & elusit, tandemque fugauit; de qua sic habet lectio: *Postea esuruit. Et accedens tentator dixit ei: si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Vbi attende duplicem ansam, quam apprehendit Diabolus ad tentandum; & duplicem repellendi modum, quo Dominus vsus est. Gloria in primis tentator est vsus, ut illum qui gloria, & honore coronatus est, in gloriam faceret, sibi que vtilissimè subiiceret. Duplex verò gloria est; altera, quæ à solo Deo est; altera, quæ procedit à mundo: de quibus aliquando Dominus dixit: *Gloriam ab inuicem accipitis; & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis.* Gloria à Deo fuit illa, de qua Petrus: *Accipiens à Deo Patre honorem; & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hæc est autem illa, quam accepit in transfiguratione. Cui itaque eadem dixerit verba Deus Pater, quando ipse baptizatus est in Iordane, certe tunc quoque accepit ab eo gloriam, & honorem. Diabolus ergo hac gloria vsus est in primis duobus aggressibus suis, dicens: *si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Si Filius Dei es mitte te deorsum.* Putauit enim hominem spirituales facilius laqueo hoc comprehendi: nam studioso homini facilius ingeritur appetitus gloria; quæ à virtute proficiscitur. Quare reiecta à Domino ad gloriam mundi Diabolus pertransiuit: nam ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Addidit quidem ipsi gloriae Diabolus commodum cibi ad expellendam eferriem, cum dixit: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Addidit & potestatem, & diuitias,

& delicias, quæ regna mundi comitantur, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, nempe regna mundi, & gloria eorum, ut fortius impeteret.* Apparet tamen maximè hominis desiderium ad gloriam tendere, quippe qui a Deo gloria & honore coronatus dum constitutus est super omnia opera manuum eius. In hoc stat hominis excellentia, quod præest omnibus, & nihil est ei non subiectum: cum bestiis viuit, comedit, ambulat, & huiusmodi; sed super omnia constitutus factus est ad imaginem, & similitudinem Dei. Cui ergo maximè eius bonum in honore consistat, sicut dicitur: *Homo cum in honore esset non intellexit: fortior impulsus ad illud euerrendum est proposita gloria.* Ergo hic opponenda est vis maxima, summaque ac virilis resistentia. Quod quia non faciunt homines, facile succumbunt. Hac igitur de causa per gloriam appetit Diabolus Dominum nostrum.

12. Est & alia causa, quam obrem gloriae promissione & ostensione Christum Diabolus aggressus est, quam sic exprimit Salomon: *Abominatio Domini est omnis arrogans, etiam si manus ad manum fuerit, non erit innocens.* Arrogans est superbus, qui sibi arrogat, & tribuit bona, atque adeo gloriam. Qui idcirco est abominabilis Deo, ut ipsa abominatio dici possit. Est enim illorum superbia, qui Deum oderunt, sequi Deo quodammodo volunt æquiparare; Deoque surripere, quod sibi soli seruauit, nempe gloriam. Quæ malicia tanta est, ut valeat pro vniuersis peccatis, cum illorum omnium radix ipsa sit, & initium. Et ideo si superbus manus teneat coniunctas, nihil operans, innocens non est tamen in huiusmodi otio suo: manus enim superba, etiam si exterius otietur, interius negoriatur, contra Deum ascendens semper. Diabolus ergo ut comites habeat præcipitij sui, exaltationem suggerit hominibus, ut deiciantur miserè, dum arroganter eleuantur.

13. Ut verò Diabolo resistamus, ipsumque fugemus, oculos intendamus in repulsam, qua Dominus propugnauit. Duplicem sequelam notat Salomon dicens: *Respon- sio mollis frangit iram; sermo durus succitat furorem.*

Psal. 8. 6.

Gen. 1. 26.

Pf. 48. 21.

Prov. 16. 5.

Prov. 15. 1.

favorem. Est ergo verbum asperum, & est molle: sunt verba leuia, & dura. Molli responsione vsus est Dominus ad primas duas imperitiones: scriptum est: *Non in solo pane viuit homo.* Scriptum est: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* At nouissime ad tantum suggestum scelus, quo Diabolus adoratur, & clatus honorē Dei, duram fecit responsionem, & Satanam aperte vocans tentatorem, & illum a se expellens efficaciter: *Vade Satana.* Vt nos discamus repellere tentationes, quemadmodum exigat illarum conditio. In quibus omnibus hæc regula inconculsè tenenda est: primo, vt nunquam vel ad modicum illis cedamus. Serpens quippè est aduersarius noster; si vel modo immiserit caudam in cor nostrum, totum se intus paulatim recipiet, vt totus locum occupet, inficiat, atq; contamine, sicut prima contigit mulier, quæ est mater omnium viuentium, & mortientium. Timor Domini Sanctus nos protegit, vt sic resistamus. Sciat homo, hunc esse inimicum nostrum, qui etiam à Domino dicitur, inimicus homo; non quod homo sit, cum Diabolus sit, & spiritus immundus, sed quia cum homine se coniungit, intras penetralia cordis nostri, quibus ita se commiscet, vt quæ ab eo procedunt, de corde nostro procedere videantur. Vnde & dicebat Dominus. *De corde exeunt cogitationes male.* &c. Excitatur quidem cor à suggestionē, sed ita absconditè, atq; latenter, vt nos ipsi origo esse putemur malarum cogitationum; maximè cum vix tacti subito consentiamus. Intelligamus ergo nostra non esse, quæ à Diabolo suggeruntur, ipsamq; cum hostis sit, non nisi noxia suggerere, ac suadere, eaque pariter, quæ Deo nostro displicent, qui diligit omnia quæ fecit, potissimumq; amat animas. Hoc scientes, si Dominum timeamus, mox Diabolo resistimus. Vnde bene

Gen. 3. 6.

Matth. 23. 25.

Mat 15. 18.

Sap. 11. 25.

Prou. 15. 27.

tertia: *Dominum Deum tuum adorabis.* Sic ergo Deus in corde nostro per timorem suum, quo illum reueremur, amamus, illi obtemperamus. Et si Dominus Deus fuerit hoc pacto nobiscum, non apprehendet nos mala: *Non enim (inquit) accedes ad re malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Quare? Quia altissimum posuisti refugium tuum. *Pf. 90. 10.*

Secundo loco sumamus gladium spiritus, quod est verbum Dei. Etenim per verbum Dei illa intelligimus, quæ Deo placent, & quæ sit voluntas Dei, cui resistere conatur, qui primus dereliquit Deum factorem suum secutus concupiscentias suas, & adiuuentiones, quæ ex Deo non sunt. Cui ergo hinc habeamus, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens; & suadeantur contraria diuinæ voluntati, nihil opponendum est aliud, quam ea quæ à Diabolo suggeruntur displicere Deo, cui seruire, atque obedire iam firmiter statutum est. Nihil aliud quippè mens iusti constituit; quam Deo parere creatori suo. Cum itaq; certo sciat, quidquid suggerit diabolus Deo aduersari, mox vt nouit id, quod cogitationi ingeritur, à Satana proficisci, repellit illud, abiicit, exterminat de finibus suis. Stat enim Salomonis sententia; *Mens iusti meditatur obedientiam, os impiorum redundat malis.* Quis impius magis quam diabolus auctor vniuersæ impietatis? Quod os impiorum, si illud non sunt demonum suggestiones malum semper subministrantes? Redundat malis os istud, quia inde omnia mala processerunt, non vnum, aut alterum, sed omnia profusus. Hoc itaq; os opponitur obedientiæ, quam iusti mens nunquam non meditatur prompta, & propensa ad faciendam diuinam voluntatem; ideo cognita nequitia diaboli, claustra illi cordis sui repente ocludit. Optima igitur arma verbum Dei.

Eph. 6. 17.

Rom. 12. 1.

Prou. 15. 21.

Tertio, cum armamentarium diuinæ Scripturæ omni genere armorum sit referentum, illa sumenda sunt, quæ aptam habeant cum tentationibus oppositionem. Aliter enim respondit Dominus primæ tentationi, aliter secundæ, aliter & tertiæ. Et primis quidem duabus, fuit illius responsio mollis,

mollis, non quidem vt locum daret Diabolo, sed ne se, qui esset, mox declaret, atq; vt illi permitteret rursus tentare, vt sic se profundius pro nobis humiliaret, sic vinceret tentationum genera omnia, sic nobis ostenderet modos varios repugnandi cōtra aduersarios nostros. Propterea, vt ad summam, & omnium pessimam tentationem deuentū est, verbo aspero vsus, tentatorem a se longius ablegauit. Hic est sermo durus, quo dixit: *Vade Satana.* Nos verò, quamuis cedere nunquam debeamus, quamuis sumere Verbum Dei continuo teneamus, quia tamen ex nostra infirmitate apti non sumus, in omni tentatione neruos omnes intendere, vt totis viribus repugnemus: partem eam exercitus nostri, cōtra hostes dignum est dirigere, quæ illorum manum valeat debellare. Sic enim facere doctus à Deo fuit Iosue, mittens aliquando Dei iussu totū exercitū, aliquando partem duntaxat. Vnde si parua manus non sufficit, maior est adhibenda; & vbi imperus est validior inimicorum, illinc totus exercitus impellendus est, & omni, qua pollemus, potestate pugnandum, nec quicquam omittendum prorsus, quod valeat ad hostes debellandos, & euertendos. Vade Satana, Vade Satana, exsclamet cor, & caro nostra. Si sermo durus inter homines, suscitatur furorē, qui acri responsione stimulantur potius, & exardescunt; contra dæmones profectō valet plurimū adeorum peruiam retundendā, ad eorum malitiam impudendam, ad eorum potestatem reprimendam: fugit enim Diabolus vbi in superabili occurrit resistētia, vbi non habet quidquam, aut inuenit sui. Intellexistis hæc omnia? O vtinam etiam veraciter dicere valeatis! o vtinam vestram animam pertransēat sua virtute gladius verbi Dei, vt intelligatis præcepta Domini ad faciendum ea!

Audistis quid fecerit Legislator noster, Euangelista Christus Dominus, qui à Patre missus est prædicare Euangelii regni, euangelizare regnum Dei, notam nobis facere viam vitæ, qua illuc acceditur, vbi aperti sunt cœli. Laturus legem prius recessit in desertum, ieiunauit, pugnauit, vt

tu docearis, homo, quam ratione legē debeas acceptare. Non in Ægypto legem dedit Deus populo suo. Mundus, qui nobis est Ægyptus, obest, quo minus legem audiamus; obstreperit terrena conuersatio clamoribus, ac strepitu mundanorum negotiorū, ne aures præbeamus verbo Dei: obturataures nostras, ne audiant legem, ingerit hominibus prauos mores, submittit stultam mulierem concupiscentiæ carnis, quæ per dulces sermones, & lenia verba sic blanditur, & pertrahat, vt iam non simus parati ad custodienda mandata Dei. Recedite, recedite, o terram inhabitantes! exite de terra vestra, & de generatione ista pessima, ne absorbeat vos terra ista maledicta, ne curis suis vos occupet, vt sicut illi veteres, & ipsi litis: qui plātabant, & edificabant, edebant, & bibebāt, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, & venit diluuium, & tulit omnes! o diluuium vniuersæ carnis plenæ iniquitatis! o mare magnum, & spatiosum manibus, operiens terram vniuersam corruptione peccatorum, & sæculi coinquinatione! o vita mūdāna redundans sæcularibus desiderijs, & negotijs sæcularibus implicata! *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum.*

Sed & caro nostra legem repellit. Prudentia enim carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta. Quæ prudentia est, carnis prudentia? Pronitas ad malum, quæ sic ex peccato originis facta est naturalis carni nostræ, vt etiā ab ipsa adolescentia vigeat vehementer impellat violenter, frequenterque proiciat, atq; præcipitet in profundum peccatorum. Heus ieiunium, veni, & libera nos, extende manum tuam, protende brachium tuum super inimicam nostram, quæ blanditur super genua sua forti Samsoni, quæ mentem nostram facit obdormire, vt dormientem tondeat, expilet, denudet, expoliet fortitudine sua: vnde cæca iam non videat miseram suam seruitutem, qua ab inimicis opprimitur. *De comedente excatibis, vt iam per ieiunium cesset comedere, abstrahens cibum à carne, nec non & à vino*

Matth. 24.

34.

Isa. 55. 7.

Rom. 8. 7.

Iudic. 16.

18.

Iudic. 14.

14.

& à vino

& à vino carnem suam. *De forti exeat dulcedo*; mens valida non delectetur in voluptatibus, cibisque porcorum: Validè resistat legi membrorum, intendens mentem legi ipsius. O ieiunium, quam necessarium hominibus portantibus rebellem istam carnem, sustinentibus istius carnis importunitatem, & inuerecundiam, quæ nunquam dicit, sufficit! ô homo, si ieiunium respicis, respicis legem, respicis Deum, respicis salutem. Quid humanæ carni, & diuinæ legi? sibi inuicem aduersantur; vt sit pax, ieiunium interueniat domans carnem, & illam subiiciens feruituti, vt humiliata sub potenti manu Dei sit pacifica, non ulterius calcitrans aduersus legem Dei.

19. *Iob. 41. 24.* Hac victa, & domita, non erit atrox pugna cum Diabolo. Qui, vt fortis est adeo, vt non sit potestas super terram, quæ comparetur eis; si in exercitu suo nõ habet carnem nostram, inualidus est, ac fugæ potius aptus, quam pugnæ. Vides, non autem tentare Adamum sine socia Eua? Vides, vt deleteret omne genus nostrum, carnem nostram prius per immania scelera corrupisse? Nisi Dominus reliquisset nobis semen in Noë viro iusto, atque perfecto, sicut Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus. Hæ quippè immundissimæ ciuitates ob nefanda scelera ab eis perpetrata obruta sunt omnino: O caro immunda immundo spiritui coniuncta, reddis illum victorem nostri, quia per te fortis viribus est; & per te, quæ domesticus es inimicus, intrat per fenestras nostras, quas illi aperis. Nos ergo præmissio ieiunio pugnemus contra aduersarium legis. Idcirco enim præmisit Petrus: *Fratres. estote sobrii, & vigilate*; Addidit inde: *Quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret*. Nunquid leo quasi bos comedit paleas? Carnibus vescitur, membris pinguibus delectatur; amoue ab eo carnes, & hæcescet, & erit infirmus, & non præualebit; terram comedet, vt serpens, & non carnes, vt leo: quos fiet, vt si appropinquet calcaneo tuo illi insidiaturus, tu nullo negotio conteras caput eius, habens

virtutem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, atque ita conculcabis leonem, & draconem, & nihil tibi nocebit ambulanti in via immaculata, & peruenienti ad locum, vbi Angeli, qui sunt administratorij spiritus, administrant ei, qui sedet super Cherubim, quorum erimus socij, atque concitues implentes ruinas, & coronas accipientes, quæ de capitibus lapsorum ceciderunt. Quod nobis concedat qui viuunt & regnat in sæcula sæculorum.

MORALE,

Hæc omnia quantam habeant vim excitandi animos nostros ad zelum legis, & custodienda præcepta, eaq; habenda in oculis, in corde, & in manibus, quis non videat? Is, qui pro nobis factus homo, voluit etiam, vt peccator baptizari. Is, cui aperti sunt cœli, & de illis à Deo conelamarum est: *Hic est Filius meus dilectus*: turbas, atque adeo mundum relinquit, deserta petit loca, in ea se abdit, vbi ieiunij se affligit, tentationibus laborat, & iugi contemplatione Deum molitur nobis propitium reddere. Is (inquam) tantus tantos pro nobis labores sustinens, quid intendit: quid spectat? quid meridatur, & petit? Cerrè cum hæc propter nos obierit vniuersa, qui præludia posuit suæ legis nobis postea promulgandæ, hoc potissimum postulat, hoc flagitat, vt eandem ipsam suam legem suscipiamus, teneamus, custodiamus, factisq; ac virtutibus iustitiæ, & sanctitatis comprobemus. Opposuit se Satanæ Legislatori, vt legem præpediret; sed victus cessit, & recessit, idem facturus & nobis, quibus data est lex; nos appetit incessanter, temporalia obiciens, & offerens, quibus animus nostrum auocet à lege Dei. Sed quæ partes sunt nostre, nisi vt resistamus ei fortes in fide: memores paternæ illius hortationis, quam Maththias moriturus fecit filiis suis? Quæ vero illa? *Nunc ergo, ô filii, amulatores esto- 1 Mach. 2. 50 62 64.* te legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum, & a verbis vni peccatoris ne timueritis. Vos ergo, Filii, confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa

Luc. 10. 11.

Psal. 90. 11.

20.

Matt. 3. 16.

Ep. Iac.

Ma.

Iob.

ipsa gloriosi eritis. Et vt fortius illos animaret ad hæc, patrum illis exempla recensuit, qui legem zelantes à Deo & protecti, & exaltati fuerunt. Lex erat illa Moyſis, lex nostra, lex Christi est, qui non seruus est, vt fuit Moyſes in domo aliena, sed filius in propria. Quid Patrū exempla ad Christum? seruauerunt illi mandata, & salu facti sunt. Christus, legem suam vt doceret, vt firmaret, vt impleteret, vt eam nobis ingereret obseruandam, quanta fecit? quanta passus? Quin deniq; mortem obiit, quia verè secundum legem mori debebat: Et hoc exemplum, hoc documentum, hoc incitamentum apud nos præteribit inane? Frustrà datum? sine causa recensitum? Nos hostem potius accipiemus, quam Patrem? Nos Diabolum magis, quam Christum sequemur? Nos aduersario aures præbebitis, Deo, ac Domino nostro claudemus? Minas intentabat Antiochus, supplicia inferebat iis, qui legem obseruabant; sed quid Mathathias? ^{11.} A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia hodie extollitur, & cras non inuenietur. Promissiones adhibet Saranas, bona proponit, & appetibilia, vt propterea legi aduersemur. Sed quid veritas? Nolite locum dare Diabolo: Resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Verè affligebat Antiochus, cruciabat crudeliter, mala ingentia, & atrociam inferebat. Falsa bona pollicetur Saranas, nec valet, nec vult bene facere, sed illudere, sed fallere, sed rapere, sed mactare. Audierunt filij Mathathiam patrem, spreuerunt Regem, impleuerunt legem, illi resisterunt, huic obtemperauerunt; & verè iuxta promissum Patris in lege ipsa fuerunt gloriosi. Et vos, qui Filij Dei estis, fratres primogeniti Filij Dei, de quo nobis de cælo clamatum est: *ipsum audite*; vocem eius negligemus? spernemus? respuemus? Contra verò, in eum erit fides nostra, qui mendax est, & pater mendacij: Qui mendacio suo perdere nos contendit? Qui actus inuidia bonis nos conatur euertere, quæ nobis promissa donauit Deus. Hoc tu facis impie, dum mundum diligis, quem linquit Christus, se in desertum recipiens. Hoc

tu facis, dum carnem nutris, quam Christus in se ieiunio afflixit quadragenario. Hoc facis dum speras in multitudine diuitiarum, dum gloriam appetis mundi, dum illos æmularis, qui sunt in potestate constituti; dum respicis ad opes, quas habere non potes; dum magnum quid, & rē valdè appetendā arbitraris omnia regna mundi, & gloriam eorū. Heu fugiunt hæc omnia, vt ea paucissimi assequantur, nullus teneat, amittant vniuersi.

Heu! iam tandem certam audiamus pollicitationem, quæ non ex hominibus quorum nullus est verax, non ex serpente, qui naturam nostram seduxit astutia suæ; sed ex Deo processit & venit: quam Dauid in spiritu loquens exposuit concinendo: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Heu! quis in via hac, qua ambulamus, potens erit maculas omnes euitare? Quis cauere offendicula? quis culpas generaliter declinare? Christus ad esum Agni prouidi admissurus Apostolos, ante lauit pedes eorum, & putabis tu ambulans in luto facis, pedibus infectis in sancta sanctorum ingredi, quo pro nobis introiuit præcursor Iesus, nempe in ipsum cælum? Non habitat in tabernaculo Domini, nisi qui ingreditur sine macula. Non est dignus regalibus nuptiis, nisi qui indutus est veste nuptiali. Ideo Deus noster posuit immaculatam viam nostram, quia lex Domini immaculata dirigit pedes nostros in viam pacis, & lucis. Ideo *beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Hi verè beati in via, nondum in patria, quia nunc in via sumus satis est in via beati. In via hac (inquam) vbi insidie vbi foueæ, vbi miseria, vbi labor, & dolor. Lex ab his omnibus explicat nos, liberat, saluat. Ambula in lege, & saluus eris; gressus tui, mores tui, motus tui omnes sint secundum legem, & benedictus eris ingrediens, & egrediens. Venient super te benedictiones istæ (Moyſes pollicetur) si tamè præcepta eius audieris: *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro; benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructus iumentorū tuorū, greges armentorū tuorum, & caula ouium tuarū:*

Eph. 4. 27.
Iacob. 4. 7.
Matt. 3. 16.
Iob. 3. 4. 4.

Psal. 118. 1.
Iob. 13. 4.
Psal. 14. 5.
Mat. 22. 12.
Psal. 118. 1.
Deut. 28. 2.

Benedicta horrea tua, & benedicta reliquia tua. Putasne forte hec nobis deesse, si fuerimus obediētes: Hec pfecto, & maiora nobis sufficerentur. Quod si ppter multitudinē peccantium, aduersa iustis quoq; contingunt, & ducitur in captiuitatē Tobias, Ezechiel, & Daniel, nō minus propterea diuinā implentur pmissiones; quando & in Euangelio à veritate dictū est nobis: Centuplū tantum accipietis in hoc saeculo. Si bona suscepimus de manu Domini, quæ nostra fastidiositas, vt dicamus, hoc placet, illud non placet? Quid: Velles florentem vitā agere? profusus sumptibus viuere? ornare magnificē, splendideq; cōuiuium? patentē habere domum, atq; adeo exposita cupiditati, & voluptati? gratia, opibus, facultate ceteros superare? Quæ maiora sunt ijs, longeq; superiora nobis promittuntur; nam si quæ appetis temporalia, propter regnum cælorum dimiseris, ea omnia suppediabitur, quæ in via beatos homines facere possunt, præter beatam spem, quæ etiam in tribulatione patientes, gaudentes facit, & exultantes.

Et quare, insipientes in populo, beati cū possitis esse, substitutis in miseris? cur noxia cupitis? cur aduersa vobis comparatis? *Ps 116. 2.* sursum, deorsū vadant omnia, *Veritas Domini manet in eternū. Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Iustus si morte praoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Virū iniustum mala capient in interitu. Opus iusti ad vitam, fructus autē impii ad peccatū.* Ergo si beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini; Infelices maculati in via, qui non ambulant in lege Domini. A noxijs omnibus custodit lex, abstrahit, elongat; ius, quæ verè sunt bona, se obseruantē coniungit, astringit, conglutinat. Ergo, vt ait Salomō: *Qui custodit legem beatus est.* Vitia omnia homini aduersantur. Vnde, in impietate sua corruet impius. Quid enim homini infestius, quàm id, quod suæ naturæ repugnat, cuiusmodi sunt vitia omnia? Bella domestica excitāt, & exercent, quietē tollunt, inanes acuum appetentias, mentis apicem ad inferiora, & vilia deprimunt, tenebras offundunt in interiora spiritus, animi virtutē dispergunt, & dissipant, cū aliis

Matth. 19. 29.

Ps 116. 2. Ps 144. 16. Sep. 4. 7. Ps 139. 12. Prou 10. 10

Prou. 29. 18. Prou. 11. 6

discordias generant, lites, bella; eaq; mala omnia, quæ sibi mutuo inferunt mortales, genitores habent vitia. Quæ deniq; cōtra vitiosos, & impios, Omnipotentis prouocant indignationem, ppter quam non est pax impiis. Lex ergo dum vitia absumit, dum hominē dirigit, aufert mala omnia. Itaq; *qui custodit legem, beatus est.* Et ablati malis num nudus remanebit homo, bonis exspoliatus? absit; peccata tantummodò bonum à nobis prohibent; sublatis illis, nobis stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel; & omnia quæ facit iustus prosperabuntur. Ita est.

Hæc veritas vincit omnia, & ruunt tamen homines in vitia, tamquā in delectabilia, in vilia, in gloriosa, & honesta, & libera, & psumam viuendi licentiam, beatitudinē arbitrantur; æstimat se felices, vbi illorum nō præpediuntur concupiscentiæ; vbi q; libet, licet, quod volunt, possunt; q; intendunt, consequuntur; quod spectant, & expectant ad suā deordinatam voluntatē, demum amplexantur. Hæc est vestra beatitudo homines insipientes? Quis vnaquæ terrenis adherēs felix fuit? Terra germinat tribulos, & spinas; harū punctiones vt vites, & vt viuas, sudore vultus tui opus est. Num sentis pungentia? num fugare vales labores, & ærumnas? num tu solus peregrinus in terra ignotas, quæ facta sunt in illa; quæ fiunt; quæ iugiter vsq; in finē perseuerabunt? Clamant omnes, queruntur omnes, dolent vniuersi, quod male habeantur omnes, quod decipiat mūdus, quod fallat expectatio; & adhuc dicis tu; *Beatiū populū, cui hæc sunt;* quæ simul atq; sunt, iam non sunt? quæ fugiunt velut vmbra; quæ expectata torquent, adepta in fastidio sunt, perditā dimittunt inanes, & lacerant desiderata. Sapiens Noëmi dicebat mulieribus: *Ne vocetis me Noëmi (id est pulchrā) sed vocate me Mara (id est amaram) quia amaritudine repleuit me Omnipotens. Egredisa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* O totius orbis terrarum plenitudo, quomodo vacuos relinquis eos omnes, qui in te confidunt? Quid prodest homini nomen pulchritudinis? diuitiarum iactantia? bonorum apparentia? Ne me vocetis

Prou. 29. 18.

Amos 9. 11.

23.

Ps. 143. 5.

17.

oetis pulchram. Esto, ab hominibus mihi darum sit nomen istud; Omnipotens tamē repleuit me amaritudine. Tameris splendent exteriora; intus tenebræ sunt, & facta est in pace illa patente latens amaritudo mea amarissima: si plenus es, amaritudine repletus es, bonis omnibus vacuus. Ad legem magis itaque: Quoniam qui custodit

Luc. 1. 53. legem beatus est; per illam enim qui potens est, esurientes repleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Et cur abscessit Christus in desertum, nisi vt nobis daret non fallaciter, sed veraciter omnia regna mundi, & gloriam eorum? An non dixit: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram?* At quare ratione possidebunt terram? *Quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Sicut autem cæli terræ dominantur: ita qui est rex cæli, & terræ, profecto erit verus rex, vt omnia ad nutum eius moueantur, obtemperante Deo voci hominis. Quare ieiunauit Christus? Vt daret escam omni carni, potissimum verò timentibus se, vt bonis replet desiderium nostrum, vt exultantes epularemur in conspectu eius. Etenim qui

Matth. 5. 4. esuriunt, & sitiunt, ipsi saturabuntur. Cur Dominus pugnam inuit cum aduersario? Vt pax esset hominibus bonæ voluntatis, vt daret nobis victoriam, vt triumphum de hostibus nostris duceremus. Legem laturus, hæc præstitit, vt sciat omnis caro, quod qui custodit legem beatus est. Lex in Arca fuit posita, vbi erat manna, & virga: victus, & virtus; sufficientia, & potentia: gloria, & diuitia: quia lex replet bonis, & gloriosos facit, exultat humiles, & esurientes implet. Ergo qui custodit legem beatus est. Si qui dicunt: *Quis ostendit nobis bona?* Ego, vt sciatis, quia verum dico, Deum alloquor, qui intuetur cor. *Signatū est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti latitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt, Lumine claritatis tuæ me certiorē facis, & in corde latitiam, & in corpore abundantiam omnibus elargiris, qui custodiūt mandata tua. Et verē qui custodit legem beatus est, neq; in hac vita modò, verum & in futura, propterea q̄ statutum est: Si*

Matth. 5. 6. *u ad vitā ingredi, serua mandata. Quorū*

Psal. 4. 6. *Matth. 19. 27.*

primis duobus propositis dictum est à Veritate. *Hoc fac, & viues.* Quod nobis concedat qui viuunt in æternum. Amen.

Luc. 10. 28

FERIA SECVNDA,
DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, Matth. 5. De excellentia legis euangelicæ, quam in duo capita diuidit, in regnum Dei, & in vias rectas. Quid sit regnum Dei declarat, & quid emolumenti nobis ex hoc regno proueniat.



ONGRVM est, vt res graues grauib; circumstantijs exorientur, tum, vt illis debitus honor adhibeatur, tum, vt quales illæ sint oculis intuentium demonstretur. Hoc verò in primis seruadum est, quando quæ populorū multitudini conueniunt exhibentur, cuiusmodi est communes leges ferre. Hinc est magnus ille apparatus in ferēda veteri lege præmissus. Tū ex parte Legislatoris, qui tanta maiestate se de cælis descendisse mōstrauit, vt etiā populi infirmitas sustinere nō posset. Tum ex parte populi, cui dabatur lex, qui sanctificatus vsq; ad lotionē vestimentorum, atq; ab vxoribus abstinentiā, debuīt obuiam Deo procedere, sic tamen, vt mōtē, qui ex præsentia Dei sanctus erat, quisquis vel tangere ausus esset, pœna mortis indicta tangentibus multaretur. Rectē ergo Dominus Iesus noui Testamenti mediator cœlestem suam, Euangelicamq; legem pmulgaturus, iis conditionibus & modis sapienter est vsus, quib; legis suæ & excellentiā, & intelligentiā intuentibus & audientibus aperiret. Primum. n. turbas conciliauit, vt essent, qui legē acciperent. Ascendit inde in montē, vt sursum corda eueheret eorum, quibus dabatur lex, quæ cœlestem vitā, atq; conuersationem proferebat. Sedit deniq; quod pertinet ad dignitatem magistrum, potestatem pariter præ

Exod. 19. 16.

2.

se ferens Principis, qui legibus suos posset subditos cohibere, Postremo, *Et accesserunt ad eam discipuli eius*, veluti quibus primæ dabantur partes huius legis, ut illius summam perfectionem ipsi imprimis aptis attingerent moribus, sanctissimæq; vitæ instituto, ac præterea ministri essent sermonis, quem de ore cælestis Legislatoris suscepissent, legem portantes non vni populo, sicut suam tulit Moyses, sed tam longè, latèq; ut prædicaretur Euangelium in vniuerso mundo. Quæ in re quoque docemur, ut nos, qui prima appellatione dum lex progredi inchoaret, dicti sumus discipuli, accedamus cum vero corde ad thronum gratiæ eius; quæ nobis in doctrina ista cælesti offertur. Simulque animo viciniore, atque attentiores quique simus, quibus dicitur per Prophetam. *Accedite ad eum, Et illuminamini, Et facies vestra non confundantur.* Etenim & hoc tempore legem eandem vobis Dominus Iesus per suam Ecclesiam apertè promulgat.

Et *aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quàm ipsorum est regnum cælorum.* Ab eo tempore, quo expulsus Adam exiuit de Paradiso clausum est cælum, ne vltra hominibus pateret accessus ad illud, qui loci terrestris, nempe figuræ cælestis indignos se præbuerunt. Quocirca Deus minis potius, atque terroribus eos ad suam obedientiam impellebat, quam pollicitationibus, quod si quando etiam alliceret promissionibus, ea magis, quæ videbantur, & erant in propatulo, promittebat. *Si me (inquit) audieris, bona terra comedetis.* Quis ergo non arbitretur clauso proprio ore prisca hominibus Deum esse locutum: Est etiam, quod sub vmbra bonorum apparentium lucem, atque euentiam obtegeret non apparentium, ut per bona temporalia designarentur æterna. Adhuc tamen sicut patenter illa non proponebat, ita non erat patens guttur eius nitidius oleo. Nunc igitur iam tandem *aperiens os suum docet, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Ecce palam loquitur, & prouerbum nullum dicit, ut

intelligant omnes de cælo allatam legem ad cælum reducere quotquot illam receperint, factoque impleuerint, quasi aquam descendentem de cælo, ut qui ex ea biberit, fiat in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ioan. 4. 14.

Rectè igitur Legislator noster *accipiens à Deo Patre gloriam, Et honorem*, declaratus est Filius Dei, qui habitat in cælis, ut ita heredem vniuersorum, atque ad eo cælestium quoque se opere manifestaret, cuius hereditatis posset participes facere omnes obtemperantes sibi, ac proinde illis esset causa salutis æternæ. Quæ declaratio dum fieret, & de cælis à Patre, & in terrâ à Ioanne, aperti sunt cæli, & descendit Spiritus sanctus, sicut columba in ipsum, & mansit super eum. In descensione columbæ autoritas: In cæli apertura felicitas demonstratur: columba ininitium, cælestia finem indicant, ut à quo lex progrediatur, & ad quem ingredietur, omnibus notum fiat. Quæ enim lex tantam valeat suis obseruatoribus mercedem polliceri, nisi ab eo feratur qui Dominus est cæli, & terræ: & tantus princeps num sibi fideliter seruientibus iustaque plenè facientibus vilia tantum, eaque solum dabit, quæ communia sunt bonis, & malis, & pluunt super iustos, & iniustos? Ergo lex cælestis, & Rex cælestis cælestia his conferunt præmia, quorum obedientia facit, ut eorum conuersatio in cælis sit.

Quod per columbam autoritas designetur, inde patet, quod Christus in Deum referens Petri fidem, & confessionem, filium columbæ, nominauit illum. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, Et sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis* Bariona idem est, quod filius columbæ. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum, (inquit Paulus.) Ergo Deus nota columbæ, Filium suum constituit Legislatorem, & vult, ut id sciant homines, videntes Spiritum Dei descendentem sicut columbam super eum. Quod verò cæli apertio beatitudinem, quæ in cælis est, portendat, ita patet, ut cælum patens est. At Christus simul Filius vocatur Mat. 16. 17.
1. Cor. 2. 10.
Ioan. 1. 3.

Luc. 1. 2.

Exod. 3. 2.

Act. 6. 1.

Ps. 33. 6.

Mat. 5. 1.

Gen. 3. 22.

Isa. 1. 19.

Mat. 5. 1.

Ioh. 7. 28. tur Altissimi, vt confirmetur vtrumque. Si
 Filius Dei est, quæ Deus docet, & ipse do-
 cet. Sicut docuit me Pater, sic loquor (in-
 quit ipse) Nam quod idem sit Magister, &
 Pater innuebat ipse, dicens. *Patrem, &*
 Mat. 23. 8. *Magistrum nolite vocare vobis super ter-*
ram. Vnus enim Pater vester, & vnus Ma-
gister, qui in caelis est, Deus ergo sicut Pa-
 ter est Christi, ita est & Magister. Ergo,
 qui audit Filium, audit & Patrem: pro-
 pterea ab ipso Patre iubemur Filium au-
 dire; & ideo rursus dicens. *Hic est Filius*
 Mat. 17. 5. *meus; addidit. Ipsum au dite.* In eo ergo, q̄
 vocatur Filius legis, atque doctrinæ suæ,
 Hebr. 2. 11. *authoritas confirmatur.* Rursus Filij no-
 men de hereditate nos facit certiores, si
 enim Filius & heres. Quis verò nisi hæ-
 res, nos cohæredes efficiat: Ideo enim
 Psa. 21. 23. *non confunditur vocare nos fratres. Nun-*
ciabo (inquit) nomen tuum fratribus meis,
 vt sit ipse primogenitus in multis fratri-
 bus, quibus hereditatem communicet;
 Rom. 8. 17. *nam qui Christi sunt fratres, sunt Filij*
Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes qui-
dem Dei, cohæredes autem Christi Ascen-
 dat igitur montem, qui Euangelizat Sion,
 Mat. 5. 1. & aperto ore liberè, ac fidenter dicat. *Bea-*
ti pauperes spiritu; quoniam ipsorum est re-
 Mat. 11. 19. *gnum caelorum.* Cuius regni bona omnia
 mihi tradita sunt, & cui volo do illa; Om-
 Mat. 24. 47 *nia enim mihi tradita sunt à Patre meo; cui*
qui obedierit, super omnia bona sua consti-
tuet eum.

In quo tria facit. Primo consolatur pe-
 regrinationem nostram, quam patienter
 toleramus, spe gaudentes, patriam veluti
 à longe aspicientes, & salutantes. Vnde Psa. 121. 1.
 canimus exultantes: *Lætatus sum in his,*
qua dicta sunt mihi: in domum Domini ibi-
mus. Certam audio promissionem, quia
 promissum, adhuc constitutus in terra te-
 nere non possum, quod est regnum cœ-
 lorum, quo fruuntur, qui habitant in do-
 mo Domini, vbi est sedes regni ei⁹. Num
 igitur lætari non debeo, cui tantum pro-
 missum est bonum? Heu, quæ consolatio
 nostra si animo exciperemus tantam pro-
 missionem! Secundò dirigit viam, & vitã
 nostram, ostendens, quid nobis spectan-
 dum sit, & quò tendere debeamus. Viato-
 res sumus, iugiter considerare oportet,
 quo tendimus iter, vt non declinemus
 neque ad dexteram, neque ad sinistram;
 quod sit facillè, si nescias finem, ad quem
 dirigendi sunt gressus, & motus hui⁹ cur-
 rentis vitæ. Propterea enim rogat Pro-
 pheta, *si splendor Domini Dei nostri super* Psa. 89. 17.
nos, & opera manuum nostrarum dirige su-
per nos, & opus manuum nostrarum dirige.
 Splendor naturæ naturalia potest demon-
 strare. At finis hominis, qui factus est ad
 Gen. 1. 27. *imaginem, & similitudinem Dei, super-*
excedit, quæ naturæ sunt omnia, superna-
tat omnibus mobilibus, semper firmus, &
immobilis, quia ipse est Dominus: Deus
nofter. Inde ergo sit lumen semitis no-
 stris, & splendeat super nos splendor, qui
 mentem nostram eleuet super nos, vt ibi
 videat, quod manet nos, quo interim et-
 iam super nos dirigantur opera nostra, vt
 propter id, quod est super nos, non pro-
 pter aliud quidquam, quod sit infra nos,
 vel etiam extra nos, operemur opus bo-
 num, vt fructu iustitiæ repleamur, abund-
 dantes in omni opere bono, vt ad id, quod
 continet omnia bona, tandem peruenia-
 mus. Neque enim aliter possunt recta esse
 opera nostra. Quapropter postquam ro-
 gavit Dauid. *Opera manuum nostrarum*
dirige super nos, subdit. *Et opus manuum*
nostrarum dirige. si enim in finem direxe-
 ris, recta erunt opera tua. Ergo dirige su-
 per nos, vt verè dirigas, rectosque facias
 D 3 gressus

gressus nostros, & ita directa sit via nostra, per quam ambulemus, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Domini Dei nostri: ex hoc discite, ut leues oculos tuos in montes expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, ut noueris, nihil tuarum actionum rectum esse, nisi quod ad illam gloriam tendit, & properat.

Ti. 1. 13.

Eph. 1. 19.

Tertio sic quasi facit nos in hac vita beatos, *ut iam non simus hospites, & aduena, sed ciues Sanctorum, & domestici Dei*, fini ipsi nostro coniuncti quantum in terra possibile est, in cuius perfecta coniunctione perfecta beatitudo consistit, quem finem ideo reuelat, ut illum aspiciamus, & appetamus, ut quod de templo, siue tabernaculo dicebat Dauid, nos de caelorum tabernaculo, toto dicamus cordis affectu. *Vnam patri a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.* Hic verè felix, verè beatus in terra esset, verè probaret, quam verè Veritas dixerit. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*

Psal. 26. 4.

Libenter igitur Regem caeli audiamus de nostra beatitudine differrentem, de qua duo proposita, admodum conuenientia, nobis explicat. Nempè quid illa sit, & quomodo acquiratur. Acquisitionem innuit, dicens. *Beati pauperes spiritu. Beati mites. Beati qui lugent. &c.* His enim virtutibus acquiratur caelestis beatitudo. Ipsa verò beatitudo his nominibus designatur. *Regnum caelorum; possidebunt terram, consolabuntur, satiabuntur, &c.* De acquisitione nunc super sedebimus. Nunc igitur solam ipsam beatitudinem attendamus. Hac verò nobis dupliciter aperitur, dum, & bonum ostendit in quo beatificamur, & modum, quo in illo beatificamur. Cum enim nulla creatura in se ipsa, vel se ipsa beata sit, inquirendum illi in primis est quidnam illud sit, vnde vel in quo beata fiat: post verò intelligendus est modus, quo bonum ipsum faciat illam felicem. Certum quippe est illam cum illo vniri debere, per quam vnionem ipsa felix fiat. Duo ista nempè res beatificans, & modus beatificandi, duplici via possunt deprehendi. Primò, scilicet generaliter. Secun-

dò, specialiter. Ita quod per conditiones quaedam generales nobis appareat essentia boni beatificantis, & modus pariter quodum illi adhaeremus, inde in nobis felicitas effluit nos ipsos perfundens, atque perficiens. Deinde in specie, atque distinctè doceatur quanam res illa sit, quae nos beatos reddit, nempè Deus; & modus itidè, quo fruimur tanto bono, quod vtrumque incipit exprimere, dum dicit: *Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt.* En res beatificans, Deus; en modus, Visio. Beati quippe erimus Deum videantes.

A generalibus igitur conditionibus exordientes primùm inquiremus essentiam Boni beatificantis, & hic quatuor de illo inuenimus. Primò, quod tale bonum datur, & in re verè inuenitur. Secundò, quod illud sit magnum bonum. Tertio, quod sit bonum incomprehensibile: & tandem Quartò, quod in hoc mundo non sit, sed extra vitam istam mortalem. Alta omnia, sed exquirenda tamen quantum possumus, quoniam ideo nobis a Salvatore, qui docet nos, vtilia proposita sunt. *Difficile inquit Sapiens) estimamus, quae in terra sunt, & quae in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quae autem in caelis sunt, quaeuestigabit? Quod certè propriis viribus aut diligentia nemo vel praetendat, vel praesumat. Sed is solus, qui dixit. Ego sum veritas, nos docet omnem veritatem. Ipsum igitur audiamus.*

Sap. 9. 16.

Beatitudinem dari ipsamque existere, ostendit, & per consequens dari bonum beatificans, non semel, aut iterum repetens, sed subinde, *Beati, Beati, Beati.* Innuit enim beatos nos esse posse, ex quo infertur beatitudinem inueniri. Quam ideo Doctor noster supponit tanquam omnibus quid parens. Id quod & manifesta conuincit ratio. *Dei enim perfecta sunt opera; creata igitur omnia vel habeant, vel appetunt, & quærunt suam perfectionem, qui appetitus, & quæ quæsito, ne vana sint, ipsam eorum perfectionem illa inuenire posse necessarium est. Ipsa ergò alicubi est, & existit. Quod quidem de hominis perfectione maxime verum est, qui factus est princeps orbis terrarum. Beatitudo verò est*

Dens. 32. 4

ro est eius summa perfectio: erit ergo homo vel potest esse beatus. Homini igitur ad Deo creatore sua est beatitudo constituta. Hoc verum est, ita mente à nobis iugiter retinendum est, ut non fatigemur laborantes, & nos non tædeat itineris, quo ad tantum nostrum bonum pervenitur. Hinc Paulus post probatam resurrectionem, & gloriam, subdit. *Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in opere Domini semper scientes, quod labor vester non est inanis in Domino: quasi dicat. Audistis quoniam omnes resurgemus, audistis quod videbimur in claritate. Vbi alia, & alia est claritas Solis, Lunæ, atque Stellarum. Perseverate igitur stabiles, & immobiles à cæpto, certi quod labores manuum vestrarum comedentes beati eritis, ut dici non possit de vobis à quoquam. In vanum laboraverunt. Multum igitur prodest beatitudinis certa notitia atque irrefragabilis. Ideo tres Patriarchæ Abraham, Isaac, & Iacob, prima radix populi Dei circumierunt repromissam terram, ut testes eius pulchritudinis, & pinguedinis ad populum suum existerent. Ac proinde in illa fuerunt ditiores, ut sicut illa umbra fuit cælestis patriæ, ita eorum divitiæ cælestium bonorum abundantiam præsignarent. Ideo in promissione sua ait Dominus. *Recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum.* Ve verò rursus intelligas quantum referat firma beatitudinis promissio, & certitudo; recordare, quod Iacob dubius de euentu detrectabat, ad Patrem accedere, ut ab eo benedictionem consequeretur. At mater per divinam revelationem certificata illum reddit certorem, qua certitudine firmatus securus accessit, & recessit benedictus.*

10. Secundò, quod magnum bonum firilud in quo beatificamur, atque adeò ipsa beatitudo, inde fit evidens quod eam vocat Dominus *Regnum cælorum. Beati* (inquit) *pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Regnum omnes scimus bonum esse non vulgare, sed emicnens. Vnde & Paulus per regnū intellexit

quid magni cōmodi, atq; vtilitatis scribēs ad Corinthios. *Iam saturati estis, iam divites facti estis: sine nobis regnatis, & vrinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.* certē, qui regnat, omnibus de regno superior est. Sed hoc nostrū regnū nō est huius, vel huius regionis, sed absolute regnū est, quia est regnū cælorū, q̄ non datur per partes. Ergo qui in hoc regno regnat super omnes est, & regia ipsa maiestas eminet omnibus creaturis: si autē super creata omnia superferatur, bonū in creatū sit, necesse est. Ergo bonum est maximū, q̄ omnes simul creaturæ adæquare non possunt. Etenim cū sit hominis beatitudo, maior est ipso homine, non n. bono sibi inferiore perficitur homo; sed superiore. Si autē omnes homines antecellit, creata omnia p̄ consequens sunt illi inferiora. Maximū igitur bonū est beatitudo, ut merito dicatur *Regnum cælorū.* Hoc maximē acuit, & accendit desiderium nostrum quo ad magna cōtinuē aspiratur. Ideo n. & carnalibus hominibus promittebatur terra fluens lac, & mel. Haud secus, & Abraham feminis eius innumera multitudo. *Faciā (pollicebatur Deus) semen tuū sicut pulverē terræ. Quid igitur te obolus trahit? Quid te species decipit, & vana pulchritudo? Ad maiora, ad alta, ad suscipiēda magis suspice, & aspira, vbi nihil desideratur, auribus attentis auscultans eū, qui dicit. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quā abscondisti timentibus te! Vnde scis, o Rex sanctissime, quod magna sit, & multiplex dulcedo illa montiū, qui stilant dulcedinē? an forte quia mel eius prægustasti? Quid igitur dicis absconditam? quia (inquit) licet gustare, & videre per gustū, quoniam suavis est Dominus, non autē quā sit suavis, in terra degentibus licet experiri; tunc satiabimur quādo apparuerit, nunc absconditū est manna, & in secreto repositum, vbi, qui sedet super Cherubim, ita regnat, ut participes nos faciat esse regni cælestis.*

Tertiò, eius magnitudo est incomprehensibilis. Ideo enim *cælorum* dicitur. Nā nihil amplius, & spaciosum magis nobis, quā cælum, & cæli cælorum, cuius amplitudinem Sol, & Luna mirantur,

1. Cor. 4. 7.

Exod. 3. 17

Gen. 12. 16

Ps. 30. 10.

Psal. 33. 9.

Psal. 99. 8.

11

illam

1. Cor. 15. 58.

Ps. 127. 2.

Psal. 116. 1.

Matt. 8. 11.

Gen. 27. 5.

10.

Baruch 3.
24.

illam percurrentes tota die, ac nocte, sed non in summo cælo, verum medium iter tenentes. Quid ergo sublimitas illa cælorum, quæ tanta est, vt motionis, atque lationis sit expers? Huc facit illa tam grandis admiratio Prophetæ. *O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus & non habet finem excelsus, & immensus!* Hæc verò immensitas non loci tantum latitudinem; sed boni ipsius refert infinitam, atque incomprehensibilem magnitudinem. Hanc incomprehensibilitatem, vt innueret Dominus, Bonum illud variis nominibus insinuat, vocans regnum cælorum, terræ possessionem, consolationem, satietatem &c. vt inferat tantum esse tamque bonorum omnium plenum, vt nullo certo nomine possit significari, aded vt quemadmodum singula non sufficiunt, ita omnia simul collecta adhuc ab eius sufficienti expressione immense deficiant. Et ratio huius est, quia talis eius natura est, vt nisi per experientiam verè, ac plenè deprehendi non possit, ne dicam comprehendi. Per visionem intelligitur non per relationem, seu rationem. Alioqui si hic verbis ad plenum notificaretur, iam hic possemus esse beati, & tunc non esset *regnum cælorum*, quando

3. Reg. 10. 8

à terrestribus in terra possideretur. Altius beatus & verius quam Regina Saba dicit.

2. Par. 9. 6.

Vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est sapientia, & opera tua quàm rumor, quem audiui. Viciisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui & beati serui tui, qui stant coram te. O vilem considerationem! quis non querat apprehendere, quod comprehendi non potest? Sic vehementius excitamur. Hoc fidem nostram exaltat, & exercet. Hoc meritum auget dum pro re ignota laboramus, sudamus, anhelamus.

12.

Quarto, quod non sit in hac vita, præter iam dicta nomen regni cælorum expressè manifestat, quod ideo, & in principio ponitur, & in fine repetitur, vt totum in hoc contineri intelligamus, quod est *regnum cælorum*. & totum propterea in alio seculo expectandum. T estatur breuis vita repleta multis miseris, nō esse in terra quid-

quam satians, & beatificans, quæ repletur multis miseris, non multis gaudiis, aut commodis; & si quo, vel paruo bono hic homo fruitur breui viuens tempore, terrena omnia derelinquit; & nihil inueniet diuitiarum in manibus suis, neque descendet cum eo gloria eius; sed nudus egredietur de vtero matris suæ, nudus reuertetur illuc: ò igitur homines habitantes super terram! *Qui vos beatos dicunt, ipsi vos se ducunt*, si vos ipsi vobis id dicitis fallentes vosmetipsos ab ipsa tandem experientia redarguti cadentes aperietis oculos, verum id esse intelligentes quod dicit Apostolus. *Si in hac vita tantum sperantes sumus, miserabiles omnibus hominibus sumus*, dum dicit miserabiliores omnibus hominibus, indicat miserabiles esse omnes, qui hac vita fruuntur. Et si ex parte miserabilior est fidelis, qui ingreditur per angustam portam, eo tamen longè minus est miserabilis, quòd spe lætificatur, quòd apertos habet oculos in regione vimbæ mortis, quod videt alibi quærendam esse fœlicitatem, quæ etiam in terra suauius viuentium non inuenitur, nedum vbi mādudatur panis doloris, & laborandum est incessanter manibus nostris. Certè a quocumque sit secularis homo deceptus, rectè suo deceptoris dicere potest, quod iniquè dicebant Moyse de populo quidam in deserto, quando ab eo vocabantur. *Non venimus. Nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, qua lacte, & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi etiam dominatus fueris nostri? Re vera eluxisti in terram qua fluit riuos lactis, & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum, ac vinearum: ò vtinam sic decepti, se deceptos intelligerent, vt hunc mundum cognoscerent esse desertum locum, vbi deest panis, & non sunt aquæ, & deficeremus in viam, nisi sciret Pater noster, quia his omnibus indigemus, & filios enutrit, qui pascit porcos & coruos.*

Modum iam videamus tanti boni habendi. *Qui* modus in duobus consistit; videlicet in vnione, qua bonum illud habemus, & in fluxu illius in nos, nam cum illi coniungimur, fructus eius percipimus.

Sub

Can. 3. *Sub umbra* (inquit sponfa illius) *quem desideraueram, sed, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Vnio consistit in iurisdictione, & in possessione. Fructus sunt consolatio, satietas, & omnis mali elongatio. Quæ omnia quinque primis beatitudinibus exprimiuntur. Iurisdictioni ibi. *Ipsorum est enim regnum cælorum.* Possessio ibi. *Possidebunt terram.* Consolatio ibi. *Ipsi consolabuntur.* Satietas ibi. *Ipsi saturabuntur.* Mali omnis elongatio ibi. *Misericordiam consequentur.*
 14. Primum ergo exprimitur iurisdictioni, dicitur. *Ipsorum est regnum cælorum. Ipsorum* (inquit) *est suum possidebunt non alienum.* Non erunt aduenæ, & peregrini, per terram alienam transeuntes, nõ mutuo accipient. Nostra erit hæreditas. *Quæ* (inquit Paulus) *reddet mihi in illa die iustus Iudæx, qui reddit unicuique, quod suum est.* Vnde mercedem accipienti operario dicitur. *Tolle quod tuum est.* Et ne populus terram promissionis ingrediens veniret quasi alienum inuadere, dixit illi Dominus cæli, & terræ. *Omnis locus, quem calcauerit pes uester, uester eris.* Quod vt certum haberent, veruit illis, ne quid vsurparet regionis Moabitarum, Ammonitarum, & Idumæorum. Ita enim dixit illis Dominus. *Non dabo tibi de terra filiorum Amon quia filius Loth dedit eam in possessionem.* Sic dixerat etiam de terra Moab, qui & ipse filius erat Loth. Ita, & de Idumæis perceperat. *Transibitis per terram fratrum uestrorum filiorum Esau. Non dabo vobis de terra eorum, quantum potest vnus pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedit montem Seir.* Sicut ergo terram dedit filiis hominum, quia hominis est terra, & plenitudo eius; ita non dat cælum nisi cæli Dominus. Dominum enim prius constituit illum ipsius regni, antequam mittat in possessionem. Quanta læticia nostra, quod Domini constituti sumus, & reges cæli? Nunc, nunc, iam sicut filii Dei sumus, ita nobis debetur regnum Patris nostri. Ided non dicit Dominus sicut in sequentibus, *possidebunt, consolabuntur, saturabuntur* ita, *ipsorum erit regnum cælorum.* Sed ipsorum est ex nunc, dum adhuc in terra degunt, domini sunt cæli, & cælorum sunt reges.

Tom. I. B. I. I. I. I.

Possessio verò proponitur in secunda beatitudine, vbi dicitur. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Ideo enim iurisdictioni datur vt possessio denique habeatur, alioqui pœna magis esset, cuiusmodi eorum, quibus propria diripiuntur. Propterea enim hortabatur Dominus. *The- Mat. 6. 20*
saurizate vobis thesauros in cælis, vbi fures non effodiunt, nec furantur; non autem in terra, furibus & furtis patent. Poterat quis dubitare audita tanti boni promissione, quod à nobis remotissimum est, nempe in cælis, nõ possemus aliquando ad eius possessionem peruenire? Dubietatem hanc proinde abigit Dominus, etiam possessionem repromittens, cuius, vt certiores nos magis redderet, bonum illud iam terram vocat, non quod verè cæleste non sit, atque in cælis non possideatur; sed vt securo nos redderet, non minus cælorum facile esse possessionem quam terræ, ob hæc terram nominauit. Quod rursus fecit, vt ostenderet his virtutibus quæ beatitudines vocantur, homines in terris quoque beati: cecinerat iam olim Regius Pfates. *Man Pf. 36. 11.*
sueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Hoc nunc Dominus simul, & aperit, & confirmat dicens. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Duo siquidem à terra petuntur, alterum in obsequium carnis, alterum in obsequium mentis. Terra n. nobis vitæ necessaria subministrat, & qui hoc ab illa consequitur, eam possidet; & verè possidet, si non vltra querit ab ea quicquam. Nam si plus vltra: iam non terra Dominus est, sed seruus, amore illi inhaerens, eaque abutens magis, quam vtens. Itè pacificè possidet, quia mansueti delectabuntur in multitudine pacis, quæ est beatitudo quædam. Aliud obsequium est, quod per eam cælestia conspiciuntur. Astra quidem cæli illuminant terram, in cuius lumine videmus eorum lumen, alioqui nobis essent abscondita sicut inuoluitus liber. Hoc quid portendit aliud, nisi quod *Ro. 1. 20.*
 per ea, quæ facta sunt, Dei inuisibilia conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas; & per ea, quæ in terris patent, ea quæ in cælis latent, intelliguntur. Hoc vnum modò attendamus. Cæli quidem

E supe.

superiores, ubi sedet, qui fecit omnia, stabiles sunt, non ut hi visibiles circumvolvuntur. Nam ibi est requies aeterna, & perfecta. Nihil autem nobis apparet firmitus, quam terra, nam cetera omnia transeunt tamquam umbra. Ut ergo firmitas, atque adeo firma possessio beatitudinis nobis fieret nota, summèq; explorata, terra vocata est. Rursus dicens terram, non hanc, aut illam regionem; sed terram absolute perfectam, amplissimamque voluit intelligi possessionem, in qua non se mutuo ardebant possidentes, cum sit latissima. Indèque ex ea quantum quisque voluerit, possit percipere. Quo item docemur singularem beatitudinis excellentiam, quae id nobis tribuitur, quod nulli unquam hominum præter primum post peccatū contigit super terram. Iustus à Deo dictum fuerat. *Replete terram, & subiicite eam.* At Cain, qui primus eam sanguine contaminauit, Diuinam sentiens ultionem dixit. *Ecce eiecit me hodie à facie terra, & ero vagus, & profugus in terra.* Quod quid no- tet, mox inferitur dum dicitur. *Egressusq; Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.* Ecce vnde appropriatio regionis in terra ad habitandum hominibus; quibus ex Diuino iussu fuerat tota subiicienda. Beatitudo igitur non per partes diuidetur, quia quæque beatum constituet Deus super omnia bona sua.

19 Nunc fructus, quos bonum beatificans possidentes capimus, videamus. Primus est consolatio. Terrenorum bonorū possessio non semper consolatur sed plurimum curis affligit, solitudinibus, anxietatibus, timoribus, laboribus; ut non immerito Christus spinis diuitias comparauerit. At possessio cœlestium cum gaudio est semper, & cum voluptate. Vnde seruo fidei dicitur. *Supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Quid est constitutio supra multa, nisi concessa possessio? Hac qui fruuntur, intrant in gaudium. Quodnam verò gaudium habetur; aut consolatio de terrenis? Soli usus, & visus inde hauriunt delectationem; dum corpus his vitur, tum in his delectatur: reli-

qua delectatio per visum, siue carnis, siue mentis hauritur. Modica est quæ habetur in usu; nam sensibus vtentes, vasa sunt parua, & pauca, modicum continere valentia. Maior est mentis delectatio; hæc enim in abundantia delectatur, ac proinde diuitiarum appetitus, & amor dicitur concupiscentia oculorum. Ecce oculorum delectatio. Nabuchodonosor Rex ait: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego adificauit in domum regni, in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei?* Neque suo ipsius aspectu diues contentus est, nisi & aliis ostendat multitudinem diuitiarum suarum. Sic Assuerus fecit grande conuiuium, ut ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem atq; iactantiam potentie sue. Imò, & Regina Valthe pulchritudinem voluit ostendere populis, ac principibus: erat enim pulchra valde. At regnum cœlorum gaudium plenum est, quia nullum est in eo bonum, quo non actu fruatur beatus. Non igitur in abundantia cuiusq; consolatio terrena consistit. Nam & Salomon ait. *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio.* Tantum abest, ut abundantia delectet, ut etiam iurgia generet, multasque molestias. Verum quoniam abundanter ministrabitur nobis introitus in regnum Dei, & Domini nostri Iesu Christi, tunc replebitur gaudio os nostrum, quod os erit totus homo, vndique comedens, vndique fruens, vndique gaudens, dicentibus ciuibus cœlestibus. *Magnificauit Dominus facere nobiscum facti sumus latantes, & quale gaudium erit in nobis!*

Secundus fructus est satietas. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Habeas, possideas, gaudeas, nunquam plenum est gaudium. Non saturatur oculus visu, nec concupiscentia oculorum, etiam si ostendantur illi omnia regna mundi, & gloria eorum. At in regno cœlorum satietas plena, requies aeterna, quia replebitur in bono desiderium nostrum, ut nihil ultra velit, non ad alteriora se extendens, iam omnis consummationis videns finem; ideo sedens in requie opulenta: Nam *exultabunt sancti in gloria, latentabuntur*

Gen. 1. 28.

Gen. 4. 14.

Mat. 25. 23

Luc. 8. 14.

Mat. 25. 23

1. Io. 2. 16

Dan. 4. 27

Esth. 14.

vers. 11.

Prou. 17. 1

2. Pet. 1. 11

Ps. 125. 4.

Ecol. 1. 8.

Ps. 102. 5.

Prou. 118.

Ps. 149. 5.

Psal. 4. 9. *rabuntur in cubilibus suis.* Sic enim dicebat ille. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Qui demum obdormiuit in Domino, vigili tamen corde, & læto in cubili suo. Quid igitur moramur quo minus ad tantum bonum aspiremus.

Luc. 16. 12. Heu! qui in alieno (nempe in fallacia diuitiarum) infideles estis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Si diuites esse cupitis, veras diuitias amate, falsas spernite, veri pauperes spiritu, vt vestrum sit regnum cælorum. Hæc abiicite, vt illud possideatis; flete cum flentibus, & gaudete cum gaudentibus: comedite, quæ apponuntur vobis, his contenti, quæ vobis adiiciuntur, quæ Pater nobis esse necessaria prospicit, *vt gaudium vestrum sit plenum,* quod nemo tollat a vobis.

21 Post bona promissa malorum omnium etiam promittitur ablatio, & elongatio. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* Directe enim opponuntur miseria, & fœlicitas; dum enim quis miseriarum est particeps, expers necessarid est fœlicitatis. Qui verò nos fœlices dicit, omnium pariter malorum esse facit expertes. Ideo ligna, quæ fluuius aquæ viuæ, qui procedebat de sede Dei, & Agni, irrigabantur sicut gignebant fructus per singulos menses, ita foliis ornabantur, quæ erant ad sanitatem gentium. Habent beati thesaurum non deficientem, quia qui adducit filios in gloriam, facit illos discumbere, & transiens (id est vnumquemque de propinquo respiciens) ministrat illis, vt non deficient omni bono, hi sunt fructus omnium mensium, id est, coronæ anni, & perpetuitatis. Folia ad sanitatem, liberatio est à miseria; Nam *absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.* Folia forte dixit, quia primum medicamentum nostræ infirmitatis fuerunt folia ficus, quæ sicut tunc turpitudinem velauerunt, vt simul dimissa essent, & tecta peccata, & amota infirmitas, & cooperta; ita in beatitudine erunt ad pulchritudinem, & ornamentum gloriæ. O quantum bonum, vbi nullum malum, sed

omne bonum, quo qui vsi fuerint participes facti amicitia Dei, ingredientur, & egredientur, & pascua inuenient, vt vbique gaudeant, nusquam doleant. Fons quidem *Ioan. 10. 9.* venit ille de sede Dei, quia tantum bonum non nisi ex misericordia Dei bonitate proficiscitur. Non enim alius quam pater misericordiarum est Deus totius consolationis. Hanc igitur misericordiam promerentur omnes; nam qui pie viuunt, beatè viuunt.

SECUNDA PARS.

22 **Q**uod nominibus generalibus Dominus complexus est, nunc iam tandem expressius declarat, ad particularia descendens, nempe in Deo esse, vel ipsum Deum esse bonum illud, quod pollicitus est, dicens: *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, Beati pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur* Dixit de beatitudine, quod sit bonum, illudque magnum, & incomprehensibile, & quod ad aliam vitam seruatur in futuro sæculo. Dixit quomodo habebimus illud bonum, nunc videlicet per iurisdictionem, postea per possessionem consolantem, & satiantem, omneque malum auferentem. Sed tu tanti boni iam audis factus scire velles in particulari, quodnam illud sit bonum. Ecce satisfactum desiderio tuo. Deus est bonum illud, in quo beaticrimus. *Deum videbunt, Filii Dei vocabuntur* Deus est bonum illud magnum, & incomprehensibile. Deus est bonum nostrum. Deus erit nostra possessio, nostra consolatio, cuius perfecta possessio, & plena consolatio in præsentis sæculo non sumus idonei, sed tunc satiabimur eum apparuerit gloria eius, quam nunc dumtaxat videmus per speculum in enigmate. Iam scimus quoniam desiderium debeat tendere. *12.* *1. Cor. 13.* *Pf. 16. 15.* *Pf. 68. 33.* Querite ergo Deum, & viuet anima vestra; quia pater nostra Deus in æternum.

Ratio huius prima est hæc. Bonum, quod à sua creatura exigat Deus, debet esse maximum, quantum ab illa potest expectari. Illud verò nihil Deo potest tribueretur. *1. Sai. 1. 11.* *Pf. 49. 13.* quia dicit Deus. Plenus sum. *Nunquid mæ ducabo carnes aurore, aut sanguinè hircorū potabo?*

Rom. 11. 3; *potabo?* aut quis prior dedit illi? aut aliquo modo quidquā dedit ei, à quo bona cuncta procedunt? Attamen nostrum est dare, atque tribuere, potissimum vero præci-

Exod. 36. 8 *pta*, atque pretiosiora. Ideo enim & tabernaculum, & templum ex materia pretiosa sunt facta, & lapidibus pretiosis, ac serico. Nil vero pretiosius corde. Hoc igitur petit sibi Deus præberi. Tunc vero cor modo, quo dari potest excellentiori, datur quando diligit. Petit proinde, ut diligatur, neque hoc quacumque ratione, sed toto corde. Hæc est ratio cur Deus nostrum summum bonum se constituit, ut ipsum solum diligamus, nam si aliquid quidquā nos beatificaret, ad illud conuarteremus corda nostra.

23 Huic rationi adde, quod nil mouit fortius ad amandum, quam in amando præueniri. Vnde Ioannes. *Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Sic ergo nos Deus ad illum amandum prouocat, nos amando, & ut testatum faciat erga nos amorem suum, totum nobis præbet quidquid habet, se ipsum vero in primis, bonum, quod maius omnibus est. Ideo ergo, & in celesti beatitudine se nostram constituit mercedem, & gloriam, ut hinc cognoscentes, quantum nos diligit, diligamus eum. Ergo nostra beatitudo est, tum, ut eum solum diligamus, tum, ut ad eius dilectionem efficacius prouocemur. Hæc sit prima ratio.

Secunda ratio fundatur in ipsa dilectione Dei erga homines, quæ dilectio cum maxima sit, maximum bonum vult homini. Nullum vero in creaturis maximum est, ergo bonum illi præbet, quod est super omnia bona creata. Hic est Deus solus, & non est imitabile aliud ad eum, quia ipse est altissimus Creator omnium: omne enim bonum, & quidquid habet perfectionis effectus, in sua causa est: quæ illum causando, sicut illi tribuit esse, sic eadem totum, quod comitatur esse, simul communicat. Nemo autem dat, quod non habet. Habet ergo in se causa totum bonum illud, quod tribuit effectui. Ergo Creator omnium plenus est bonis omnium creaturarum, & cum ipse sit simplex & vnus, collecta ibi

sunt omnia illa in vnitatem, & simplicitate Dei. Quæ magnum beatis affert emolumentum. Nam bona in creaturis dispersa, non possunt ab vno homine simul omnia possideri. At qui vnum Deum possidet, cuncta simul possidet, & simul illis fruens, de omnibus gaudet, & in omnibus felix est, adeo ut bonorum, quæ creata sunt, nihil ab eo possit ultra desiderari. Hoc cogita quando eumque cuiuscumque rei subreptit appetitus, ut illum contemnens, Deum promerearis, in quo, & illo, & reliquis vniuersis perfruaris. Si diuitia, si honores, si commoda, si quid aliud creatum ad se rapit eorum: tu ad Deum conuersus, cogita, te quod cupis, in illo plene, si volueris, possessurum. Præterea si causa sit alterius generis ab effectu, aliquid plus valet quam quod det effectui. Ut Sol præter lumen quo illuminat cætera, habet perfectionem sibi propriam, qua antecellit ea, quæ ab ipso illuminantur. Et hoc maxime verum est, quando causa est per se tota causa illius effectus. Ita quod & illud habet plenè, quod dat effectui, & quid vltimus, & altius, & nobilissimus, & excellentissimus. Ergo Deus, qui ex nihilo fecit omnia, & præterea omnium ipse solus causa est perfecta: omnia bona creata in se vno continet, sed & proprium bonum habet, quo ab illis discretus est, & supereminet illis. Ideo Sapiens hæc duo coniunxit, dicens. *Altissimus Creator omnium.* Ex hoc enim probatur. *Altissimus*, quia creator est omnium. Vnus (inquit) est omnipotens, *Altissimus Creator omnium.* Et hoc cogita quando cuiuscumque rei creatæ teneris desiderio, nempe si illam Deo postposueris, ne dum illam cum reliquis creatis omnibus habebis in Deo, verum etiam super illas omnes, bonum altius, ac perfectius illis, quod est bonum Diuini, increatum, quo Deus est Deus, possidebis: o te felicem si sic ad Deum leuares oculos tuos quando concupiscentia tanguntur rerum terrenarum. Et hæc est secunda ratio, cur Deus magna est merces operis nostri: videlicet, quia amans nos eminenter, eminentissimum bonum, quod ipse solus est, præbet diligentibus se.

25. Tertia demum ratio ista est, quia sic a Deo creat sumus, vt solo bono infinito repleri possimus. Vastus est adeo animus noster, tantæq; capacitatis, vt nihil finitū possit illum implere. Nec nisi plenus potest esse contentus, & fœlix. Vera enim beatitudo plene satiatur, vt nihil præterea quærat, aut appetatur. Solus autē Deus infinitus est, & immensus. *Magnus enim Psal. 146. Dominus, & magna virtus eius, & sapientia eius non est finis.* Si sapientia non est finis, profectò nec essentia, non enim aliter magna est virtus eius, aliter magnus ipse. Sed eodem modo magnus Dominus, & magna virtus eius, eandem autem dicimus Dei virtutem, & Dei sapientiam, ergo si sapientia, quæ est virtus eius, non est finis: Deus ipse cuius est virtus, & sapientia, magnus est sine fine, & ideo infinitus. Hoc volens exprimere dixit Abrahamo: *Ego merces tua nimis.* Adeo nimis magna, vt ad finem attingi nunquam possit. Ecce ergo bonum nobis promissum, vt beati simus, Deus noster, cuius nomen admirabile, cuius diuinitas inuisibilis, cuius virtus sempiterna, cuius infinita est magnitudo, & beatitudo, ô bonum nostrum, & virtus, ô gaudium plenum, bene ergo Psalmus: *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Dei delectationes quidem sentio in creaturis. *Quia delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum.* Attamen videntur omnes fines terre, quia finita sunt omnia, & idcirco nō implentia; sola facies tua plena est gratiarum, ac proinde *adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Ostende ergo nobis faciem tuā, & salui erimus, beati, contenti, pleni.

26. Intelleximus iam quidnam sit bonum beatificans, reliquum est videre quomodo habeatur, quæ duo etiam considerauimus dum de bono ipso ageremus in generali. Medium habendi Deum ostendit Dominus, dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; & Filii Dei vocabuntur.* Visione itaque habetur hoc bonum, non quacunq; sed in visu cordis, ideo dixit: *Beati mundo corde.* Sicut enim corde creditur ad iustitiam, ita corde videtur ad salutem æternam. Fidei enim suc-

cedit visio. At non fides nuda, sed quæ per dilectionem operatur. Ita non visio nuda, sed quæ per dilectionem operatur. Ita non visio nuda, sed quæ per dilectionem fruatur. Vt sicut fides est initium meriti, quod in operante charitate completur. Ita visio est initium præmij, quod in perficiente charitate suam habet consummationem, & plenitudinem.

Visio ista duo vobis innuit: Infinitatem, & facilitatem. Possessio Dei non est quasi externa, quomodo terrena ista possidemus, quæ vt corporalia sunt, corporaliter possidentur, & idcirco solum extrinsecè, quia terrena, vt corruptibilia corpora, nō se mutuo penetrant, sed loco, atque distantia, sicut modo, atq; substantia discreta sunt. Non sic spiritualia, & spiritus. Intrat enim quod videtur, in oculum videntis; si non potest in essentia sua, at in specie, ac similitudine sua, vt corporalia accedunt ad oculum exteriorem: sed oculū cordis qui spiritus est, obiecta spiritualia ingrediuntur per semetipsa. Deus autem spiritus est, & penetrabilior omni gladio accipiti, & omni subtilissimo spiritu, penetrat igitur per seipsum penetralia cordis nostri. Si enim certum est Christum per fidem habitare in cordibus nostris, ita certo certius est Deum habitare per clarā visionem in cordibus nostris, multoq;que intimius, atque profundius. O quæ possessio? Hanc sequitur, sicut iam supra visum est, consolatio, atque satietas. Si enim dulce lumen, & delectabile oculis est videre solem hunc, quem & muscæ vident. *Quam magna est multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti quidem timentibus te,* sed tunc apertissime notam facies videntibus, & diligentibus te: Hæc verò consolatio habenda in Deo infinito nullis finibus concluditur. Sed qui Deum videbunt, perfecte saturabuntur. *Satiabor enim (inquit) cum apparuerit gloria tua. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare Deum in nobis.* Moyses dignus non est habitus ingredi terram promissionis, que fuit igitur saltem illam videre, vidit, & gauisus est. At nostra visio, nostra erit possessio, ingrediemur terram possidendam,

& videbitur Deus Deorum in Sion, non ultra in monte Synai ubi terrebat, sed in Sion ubi consolabitur & abundanter, & superabundanter replebit in bonis desiderium nostrum.

Facilis præterea erit illa possessio, sicut nullus sensus à visu tam facile, sicut ille fruitur obiecto suo. Vnde etiam sine labore longissime se protendit, videlicet vsque ad cælos veritas eius, & claritas. Ne igitur putares in labore manuum, aut alio quouis modo enitendum ibi esse ad possidendum Deum, dixit. *Quoniam ipsi Deum videbunt.* In Paradiso etiam terrestri, ubi certè non erat laborandum: tamen illic positus erat homo, ut operaretur, & custodiret illum. At in cælesti, nullo etiam custodiendi studio abundantia perfuitur. Hic possessiones quoque nedum acquisitiones molestæ sunt, & operosæ. Ibi nil nisi consolatio, nisi quies. *Faciet,*

Gen. 1. 15.

Luc. 9. 14.

Matt. 8. 11.

(inquit) illos discumbere, & transiens ministrabit illis. *Discumbent ipsi cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno caelorum:* sed nec, vel in discumbendo labor, nam ipse faciet illos discumbere, nec illis opus erit surgere postquam sederint, ut sibi ministrent; sed ipse, ut præsto sit omnibus, transiens, ministrabit illis. Itaque non minuentur omni bono, sed eximentur ab omni malo, & eo pacto saturabuntur, ut misericordiam consequantur, quæ eripit ab omni malo, & saluat à miseria, ut nedum non accedat ad eos malum, sed neq; illud timeant. Ut quod in hac vita pollicetur sapientia ex parte, ibi perfectè possideatur, videlicet, *abundantia perfructur, terrore malorum sublato.*

Prou. 1. 33.

28.

1. Iob. 3. 2.

Filiatio adhuc excellentius, atque euidentius declarat modum habendi, pro quo Ioannem audiamus. *Carissimi nunc filii Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* In visione semper est similitudo videntis, & visi. Nam quod videtur in vidente per sui, vel suæ similitudinis præsentiam assimilatur sibi videntè, impressa remanente in vidente visi similitudine. Ideo dicit Ioannes: *Cum apparue-*

rit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ut ergo declararetur huius similitudinis excellentiam, addit, quod *Filii Dei vocabuntur.* Nam filius portat imaginem patris. Ideo scriptura texere volens seriem generationis ab Adam vsq; ad Noë sic aggreditur. *Vixit Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem, & similitudinem suam, & vocauit nomen eius Seth.* Generat prius alios multos, ex quibus Cain occidit Abel, pro quo Abel dedit illi Deus semen aliud, nempe hunc Seth, & tamen tunc facta non est mentio imaginis, & similitudinis; quæ tunc fit, quando de futura progenie agitur à scriptura, vt notetur imago, & similitudo Dei impressa in Adam ad futuros omnes filios eius, atque in omne genus humanum protendenda. Vbi etiam aduerte quod scriptura non dicit Adam genuisse filium, aut alium quemquam; sed simpliciter dicit, genuit ad imaginem, & similitudinem suam; id solum imprimis notans, quod principalis intendebat, nempe similitudinem Dei in homines transfundendam, & quod eo quisque filius est, quo est ad imaginem, & similitudinem generantis. Ut itaq; declararetur qualis futura sit similitudo Dei in nobis quando videbimus eum sicuti est, secundum præsentem pollicitationem. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Subiunxit, quod *filii Dei vocabuntur,* filij autem ad patrem est secundum naturam similitudo, eiusdem enim naturæ sunt. Igitur qui *filii Dei vocabuntur,* erunt Diuinæ consortes naturæ, eandem in se naturam habentes, quam habet Deus, seu qua Deus est. Quis enim filius est, cui naturam propriam non det Pater? ea tamen ratione illam ei dat, qua filius eius est. Alius autem filius est per naturam, alius per gratiam adoptionis. Per naturam vnigenitus Dei filius est Christus, qui est in sinu Patris, qui siens natura eius est. Per gratiam nos filij Dei sumus, qui accepimus spiritum adoptionis, in quo clamamus *Abba, Pater:* ergo ex domo gratiæ, non debito natura, nos Diuinæ sumus consortes naturæ. Quod appositè indicauit Petrus, dicens: *Magna, & pretiosa nobis*

Gen. 1. 3.

Gen. 4. 8.

Gen. 4. 11.

29.

Iob. 1. 15.

Rom. 8. 15.

1. Pet. 1. 4.

pro-

promissa donauit, ut per hac diuina efficiamur confortes naturæ. Vide ad quantam celsitudinem is, qui frater noster vocari non confunditur, pedetentim nos erexit, nempe, quod filij Dei vocabuntur, electi sui. Quid est vocabuntur? Nondum apparuit, quid erimus, sed cum apparuerit ipse, & ipsi apparebimus cum ipso in gloria. Si enim similes ei erimus, cum gloriosius apparuerit ipse, declaratus filius Dei in virtute ex resurrectione mortuorum; tunc & electi vocabuntur filij Dei. O gloria! ô magnificientia! ô si nunc sciret homo magnitudinem, nobilitatem, hereditatem suam, numquid non ambularet digne Deo?

& illic lude, & age conceptiones tuas, & non in deliciis, & verbo superbo, & super his omnibus benedicito Deum, qui fecit te. & inebriantem te ab omnibus bonis suis. Heu! quid moraris homo, factus adolescentior filius, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus? An non deuorauit substantiam suam cum meretricibus qui perdidit bona cœlestia, & substantiam sperandarum rerum in concupiscentiæ corruptione? qui substantiam permanentem, propter accidentia caduca, fragilia, & corruptibilia posthabuit imprudentissime? Surge, surge, quia hora est iam de somno surgere. Hora surgendi non te trices, non te implices negotiis secularibus: dimitte, quæ in mundo sunt, nam hæc non tua sunt, nec ille domus tua est. Aduena es in terra, & peregrinus domum non manufactam, sed æternam habemus in cœlis, præcurre prior in domum tuam, cœlestia meditare, si quando terrena te trahunt, mundi que te capiunt curæ, præcurre in domum tuam, redi ad cœlestium contemplationem, & ne expectes uergeri: tu ipse prior, spontaneus, feruidus præcurre in domum tuam, ne tamquam paruulus in plateis in vanum otieris, aut etiam labores. Illic auocare, illic lude. Beati, qui habitant in domo sua, quæ eadem est domus Dei uiuentis.

Ad hanc tu euocaris, & auocaris excellentia suorum bonorum. Sic ad eam auocatus est adolescentior filius dicens intra se, Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus? O sempiterna, nimia, & eximia abundantia, cur ad te, à terrenis non auocas filios hominum, qui graui corde, & terrenis curis aggrauati, vix leuant oculos ad cœlum? An forte desunt ludus, & deliciæ in domo voluptatis? Illic lude cum eo, qui ludens in orbe terrarum, dicit. Et delicia mea cum filiis hominum: & rursus. Canabo cum illo, & ipse mecum. Iudicia Dei iucunda sunt, iustitiæ eius laticantes corda. Puerorum est ludere: ô quot sunt similes pueris ludentibus in foro? Hi sunt, qui in auiibus cœli ludent & argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, sed lusibus affueti illusi

1. Job. 3. 2.

2. Petr. 1. 5.

2. Petr. 1. 5.

Luc. 7. 14.

31. Eccl. 3. 15.

Luc. 15. 30.

Rom. 13. 11.

Luc. 15. 17.

Prov. 8. 31.

Apoc. 3. 20.

Bar. 3. 17.

Deut. 32.
37.

illusi inuenientur in nouissimo, quando dicitur: *Vbi sunt Diis eorum, in quibus habebant fiduciam?* Verè vana facta est spes eorum, quoniã confidunt in nihilo, qui vmbra apprehendunt, qui ventum sequuntur, qui ambulat semitas maris, vbi nihil solidum, nihil permanens, sed omnia fluida, fugientia, tumentia, turbulenta, iactata ac iactantia. Ergo adolescens præcurre in domum tuã, illic lude: delectare in Domino, & videbis, & afflues, & gaudio dilatabitur cor tuum, & os tuum, & ridebis in die nouissimo. In his age conceptiones tuas, multiplica conceptus tuos in timore Domini. Cogita, quæ Domini sunt, non quæ sunt mundi. In lege Domini sit voluptas tua, & meditatio cordis tui in conspectu eius semper, & in lege eius die, ac nocte: Hoc pacto non erunt conceptiones tuæ in delictis, & verbo superbo, vt eorum sunt, qui gloriantur cum malefecerint; & nedum exultant, verum etiam se exaltant in rebus pessimis.

33. **Ecc. 32. 16.** *Sed super his omnibus benedixit Deum, qui fecit te, & inebriantẽ te ab omnibus bonis suis: semper sit laus Dei in ore tuo, hoc præcipuum tibi sit, vt magnificet anima tua Dominum super his omnibus; huc spectent omnia consilia, studia, opera tua; vt in te magnificetur Deus, qui fecit te, & inebriat te ab vbertate domus sue. Quod tu es, à Deo est, & quid habes, quod non accepisti? leuans manum tuam ad Deum possessore cœli, & terræ, qui tribuit tibi secundum cor tuum? Tu, & tua, & omnia Domini sunt, qui multiplicat super nos gratias suas, qui inebriat nos ab omnibus bonis suis; consoletur, satiat, inebriat. O ebrietas, ô bonorum abundantia incomprehensibilis! Ideo filij Dei vocabuntur, vt hæredes sint non vltra secundum spem, sed iam secundum rem vitæ æternæ. Bonorum affluentia testis erit, quod sint filij Dei, neq; enim nisi filius hæres est vniuersorum. Ergo impij quoq; qui nunc detrectant, & calumbiantur, tunc clamabunt *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Nô enim tanta læticia fuit heri, & nudijs tertijs: imò vitam illorum**

1. Cor. 4. 7.

estimabamus insaniam, spinis obstita, presuris obruta, ac prorsus miseram. Sed heu! venit immutatio, & qui erant in cauda facti sunt in capite, & qui amplexabantur stercora, nunc in Domino gloriantur, dicentes: Multi dicebant mihi Nô est salus illi in Deo eius. Tu autem Domine susceptor meus es. gloria mea, & exaltans caput meum. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei. Sic benedixit Deum inebriantem te ab omnibus bonis suis; mensura plena conferta, & supereffluente.

Sap. 5. 3.

Quis igitur non obseruet legem Domini pro qua nobis tantæ factæ sunt promissiones? Quis non paupertatem appetat; vt cœli vere sit Dominus? Quis nõ mansuetudine cedat omnibus, & tunicã auferenti, dimittat & pallium, vt quidquid desiderabile est in terra, gloriose valeat in cœlis possidere? Quis læctu, plenum gaudium non acquirat? Quis non lugens ad infernum descendat, vt gaudens ascendat super omnes cœlos? Quis iustus non sit, nõ colat, non alat, non amet, nõ sitibundo affectu quærat iustitiam, vt iustitiam, vt iusta eius desideria compleantur? Quis nõ misericordiã exhibeat, vt misericordiam recipiat? Quis non miserum liberet à malo, vt misericorditer liberetur ipse a malis omnibus? Quis non se emundet ab omni iniquitate? Quis non oculum purget quasi speculum sine macula, vt dignus sit stare ante Filium hominis, speculator factus illius magnitudinis, & videns facie ad facie, vt in eandem imaginem transformetur? Quis non pacem sequatur cum omnibus hominibus, & cum his quoq; qui oderunt pacem, sit pacificus, vt pax Christi, qui exuperat omnem sensum, exaltet eum in die visitationis, vt filius Altissimi vocetur & excelsus præ regibus terræ? O bona celestia, aperite portas vestras, vt intueri possimus vsq; ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, vt præpararet nobis locum. Iam veni, Domine, veni, & libera nos: accipe nos ad te ipsum, vt conregnemus tecum viuentes in sæcula sæculorum, Amen.

34. **Exhortatio.**

Ecc. 32. 16.

CON-

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Christianus fidelis figuratus fuit in illo itinere Iacob, & in regressu ad patriam. Consolatur spe peregrinationem nostram. Facit nos in hac vita quasi beatos. In corpore concionis agitur de beatitudine, quod sit, & quomodo acquiratur.

certamē. In regno Dei finis laborū, diuitie, merces copiosa: sicut ergo Iacob concupit Deū ductorem suum, atq; tutorem, etiam votum emittens, ac dicens: *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ambulo, reuersusq; fuero prospere ad domum Patris mei: erit mihi Dominus in Deum. cunctorumq; qua dederis mihi, decimas offeram tibi.* Ita & nos libenter Christo adhareamus, qui bona excellentiora, atq; ampliora nobis repromittit. Quod ut studiosius, auidiusq; faciamus, nunc ipsius verba excipiamus, in quibus bonorum repromissionem intuemur.

Ideo enim, *videns turbas ascendit in montem.* Ideo sedit docturus, atq; ostentus nobis bona, qua firmiter largietur. Ideo *accefferunt ad eum discipuli eius*, suo exemplo inuitantes nos, ac si dicerent. Venite, ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suas. Cuius doctrinam, ut clarius intelligamus, in duas considerationes distinguimus illam quarum prima continet regnū Dei: secunda continet vias rectas, quali gradus scale per quos ascenditur ad ipsum regem Dei.

Prima consideratio habet duo puncta, in quorum vno continetur quid sit realiter regnum Dei, quod nobis repromittitur. In altero, quid nobis emolumenti prouenit ex ipso regno Dei. Quid sit regnū Dei, nobis aperitur per nomina, quibus Dominus Iesus illud appellauit: Tria verò nomina illi tribuit. Videlicet *regnum cælorum, terram, & Deum*: dicit enim, *Ipso est regnum cælorum. Possidebunt terram, & ipsi videbunt Deum.* Regnum cælorum vocat, ut sciamus ipsum esse bonum maximum, nam regnum bona magna continet. Regnum autem cælorum excellentius illa continet, eaq; incorruptibilia, nempe thesaurum non deficientem in cælis, quò fur non appropriat, neq; tinea demolitur. *Terram* vocat, tum ut sciamus bona vniuersa, qua habentur in terra, ibi contineri, eaq; modo excellentiori quam in terra, ut ne putes bonis istis priuari si Christo obtemperes: sed ea te verò possessurum, non ut homo priuatus, sed ut Rex, qui neminem timeat, neq; in terra, vbi deficiunt

F sedis

QUOD in laudibus sapientiæ scriptum est à Salomone in libro Sapientiæ de Iacob Patriarcha; hoc altius implet Christus, & docet de omnibus electis suis. Salomonis verba sunt hæc: *Hæc (nempe sapientia) iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuentium affuit illi, & honestum fecit illum, custodiuit illum ab inimicis, & certamen forte dedit illi, ut vinceret.* Quæ in Iacob completa sunt; nam in vijs suæ peregrinationis Deus ductor eius fuit, qui etiam ostendit illi scalam à terris ad cælum eleuatam, cui innixus erat Dominus, quæ figura est regni Dei: & intellexit tibi esse domum Dei, quæ nomine Sanctorum designatur: honestauit, id est, ditauit illum in laborib⁹ quos sustinuit in seruitute Laban auunculi sui; à cuius fraudibus illum protexit; magis honestum, id est, ditiozem faciendo: custodiuitque ab inimicis suis, non permittens illum offendi à Laban, à Esau, & à Chanaanais, & Amorrhæis. Sed hæc excellentius præstat Dominus noster omnibus, qui volunt illius doctrinam obseruare. Nam per vias rectas ducit illos ad Regnum Dei, non in figura; sed in veritate. Ecce vias rectas: *Beati pauperes spiritus, Beati mites, Beati qui lugent, qui esuriunt, & sitiunt iustitiã, misericordes, mundi pacifici, patientes:* Ecce regnū Dei. *Ipso est regnū cælorū, possidebunt, consolabuntur, saturabuntur, &c.* In vijs rectis labor, sustinētia,

Tom. I. Belliniani,

Sap. 10. 10.

Gen. 28. 12.

Gen. 31. 9.

Gen. 31. 2. 4.

Gen. 33. 8.

Isa. 2. 3.

4.

Matt. 6. 20

sed in caelis vbi incorruptibilia sunt omnia, & verè æterna. Tum, vt intelligamus non partita sic esse bona illa, vt pars hunc, pars illum contingat, sed verè quisq; erit hæres vniuersorum. Ideò dicit: *Possidebunt terram*, non partem, aut regionem quãdam, sed absolute *terram*, atq; omnes fines terræ. Hoc enim pacto terra possidetur in regno cœlorum, vbi etiam nullus est labor in ea colenda. *Deum* vocat, qui est altissimus creator omnium, vt intelligamus non fructus tantum nos possessuros, sed arborem ac ligna ipsa edentia fructus. Deus est enim bonorum omnium auctor, quem habentes bonorum omnium abundantia petruemur. Hæc enim etiam alia est ratio, quam obrem dicatur terra, quia terram possidentes, quæ in ea nascuntur, bonorum omnium erimus possessores. Præterea, & *Deum* vocat, vt certi simus nedum bonorum, quæ à Deo procedent, quæ cum creata sūt, finita sunt, atq; limitata, nos futuros dominos, sed ipsius boni infiniti, quod est Deus ipse, compotes tunc nos esse futuros, verè intrantes in gaudium Domini nostri, & gaudiū ipsum, quo ipse beatus est, plenū nobis cõcedendum esse. Heu quantum bonum!

8. Secundum punctum proponit, quod ex eo bono in nos effluat commodi, atq; utilitatis; nam in terra sunt bona multa, ex quibus homo nihil recipit emolumentis, sicut de illo manifestum est; de quo sic ait *Ecclesi. 6.2.* Salomon: *Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest anima sua ex omnibus, qua desiderat, nec tribus ei potestatem Deus, vt comedat ex eo.* Regula enim certa est eiusdem sapientissimi Salomonis. *Qui amat diuitias, fructū non capiet ex eis.* At non ita bona cœlestia fructum enim afferunt, sicut scribitur à Iohann per singulos menses, id est semper: dedit autē per singulos menses, quasi varientur secundum anni varietates ad designandum, quod numquam fastidiūt, sed placent iugiter, quasi noui, recentisque. Qui verò hi sint fructus, & quæ commoda, declarat Dominus dicens. *Consolabuntur, saturabuntur, misericordiam consequentur, Filij Dei vocabuntur.* Primum

ergò consolationem afferent, vt notetur imprimis mentis beatitudo: nam consolatio mentis est. Bona ergò illa non afflictionem spiritus, non laborem, non fastidium, non tædium, non timorem generabunt; sed gaudium, & consolatione. *Quia* (inquit) *ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.* Et Petrus: *Custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis; modicum nunc si oportet contristari, & infra: Credentes exultabitis latitia inenarrabili, & glorificata.* Dum autem Petrus vocat letitiam illam inenarrabilem, notat magnitudinem illius, quæ complete fatiabit. Vnde & Sapiens de sapientia ait: *Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illum, nempè timentem Deum.* Ita ergo *consolabuntur & saturabuntur*, verum & procul erunt ab omni miseria, & nihil eis nocebit. Hoc est enim quod ait, *Misericordiam consequentur*, id est, à miseria liberabuntur. Hinc Psalmista docet quod vltionem sument de inimicis, à quibus ipsi non ultra à quoquam offendi poterunt. *Exultabunt* (inquit) *sancti in gloria, latrabuntur in cubiculis suis. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij accipietes in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus.* Quid est latari in cubiculis suis, nisi cum quiete, amoto omni incommodo, frui gloria perenni? quid est habere gladios in manibus ad faciendam vindictam in nationibus, nisi nihil vltius à nocentibus formidare? Ita quòd & ingredientibus, & egredientibus pascantur confidenter; nec intra, nec extra vel minimum detrimentum sustinentes, neque vel suspicantes.

8. Demum *Filij Dei vocabuntur.* Magnum bonum filiatio Dei. Primum, quia filius Dei diuinae conforis est naturæ, quæ est merces magna nimis. Secundò, quia Pater diligit filium, & ideo hic est filius dilectus. Si diligit à se facta, cur non magis genitum, suæ naturæ confortem? vbi aduerte, quod Abraham plures filios habuit: sed de Isaac dixit illi Deus. *Tolle filium tuum quem diligis Isaac. Non peperisti filio tuo vnigenito propter me:* Amor singularis facit

Ecclesi. 6.2.

Ecclesi. 6.9.

Apoc. 2.2.

Isa. 65.18.

1. Pet. 1. 5.

Ecclesi. 15. 6.

Psalm. 149. 1.

8.

Iob. 3. 19.

Gen. 22. 2.

Gen. 22. 16.

facit vnigenitum, sic amor Dei facit vnigenitos, diligit populos: omnes sancti in manibus eius sunt, sic dixit Moyses benedicens tribubus Israēl. Quos diligit tenet in manibus. Hic quidem, vt non offendatur. Vnde Sapientia. *Iustorum anime in manu Dei sunt, & nō tanger illos tormētum mortis.* In cœlis verò, vt contineat in gternum apud se. Filius n. manet in domo in æternum. Tertio, quia si Filius, & hæres vniuersorum, propter quem fecit, & secula, & constituit eum super omnia bona sua. Vides in nomine Filij explicatam dicta bona? Quarto, quia & nobilissimus, & gloriosissimus: tunc enim apparerit quid erim? Ideo dicitur, *Filij Dei vocabuntur*, id est manifesti erunt. Quinto adde quod erunt in conspectu Dei semper, nam *Deum videbunt*, ò quanta bona his verbis exprimuntur! ò si gustaremus! Tunc videbis, *Grassines, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi, inundatio camelorum* (videlicet portantium munera, & diuitias) *operiet te: dromedarii Madian, & Ephra* (loca plena diuitijs) *Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes.* Vides bonorum amplitudinem legitime? quid ergo deerit vbi erunt bona ineffabilia? non clausa erunt in arcis, sed videbis, & afflues tot, ac tantis, vt mireris. Dilatabitur cor tuum, vt maxime lætetur. Ne dum dilatatum erit os tuum, sed & cor tuum, ò lætitia magna sic superabundans, vt sit etiam super capita eorum!

SECUNDA PARS.

Nunc restat videre vias rectas, quibus peruenitur ad regnum Dei. Hæ sunt de quibus. *Beati pauperes spiritu Beati mites Beati qui lugēt Beati qui esuriunt, &c.* Non sumus creati in cœlo, sed in terra: vt sumus in cœlo, illuc ascendere oportet. Primus quidem homo, neq; ipse creatus fuit in Paradiso; sed neq; ipse per se ingressus est in illum, dicit enim Scriptura. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Possit ergo Deus hominem in paradiso aduegnandum,

quod sine labore, æternam quoque voluptatem consequi potuisset. At nunc non portat Deus, sed deducit per vias rectas, vt ipsi homini ambulandum sit, ductu tamen diuino, quasi & ipse nobiscum ascēdat. Vnde vbi supra Moyses. *Qui appropinquat pedibus eius, accipiet de doctrina eius.* Appropinquare pedib⁹ notat magistrum in cathedra eminenti sedentem, vt qui accedunt, vt audiant, sicut accesserunt discipuli ad Iesum sedentem, appropinquēt pedibus eius. Verum hi quoq; appropinquant pedibus eius, qui illum præcedentem sequuntur. Ita enim Dominus Iesus vias rectas per quas nos ducit, prius factò ostendit, ambulans per illas.

Istæ sunt viæ rectæ, quia verè in finem vltimum dirigunt: nam deuium, & obliquum est quidquid alio nos ducit. Harum viarum quatuor per opposita videntur incedere, videlicet tres primæ, & vltima. Prima per paupertatem ducit ad regnum. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Secunda per mansuetudinem ad possessionem terræ. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā.* Tertia per luctum ad consolationem. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Octaua per patientiam ad regnum. *Beati, qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum.* Ratio est, quia opposita harum quatuor viarum curuāt animum nostrum ad creaturam, atq; ita tollunt rectitudinem erga finem, & ideo impediunt illius acquisitionem, & assecutionem. Nam diuitiæ facile insecunt animum ad amorem sui. Ideò, qui audiuit à Domino: *Vade & vende omnia, quæ habes, & veni, sequere* Mat 19. 22. me: abiit tristis, erat enim habens multas possessiones. Quæ obliquitas tollitur per paupertatem. Durities animi prouenit: semper ex adhesionē cordis ad creaturas. Cur enim resistit ille bona auferenti nisi quia inordinate adhæret ijs, quæ auferuntur: cur resistit potestati, nisi quia sibi ipsi adhæret, vnde alijs subdi recusat; Hinc Iacobus. *Vnde bella, & lites: vobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris* Militare in

Sap. 3. 1.

Ioan. 3. 35.

Isa. 60. 6.

1. Reg. 2. 1.

Isa. 51. 11.

Deut. 33. 2.

10.

11.

Iac. 4. 1.

membris est ex appetitu resistere auferenti. Hanc resistantiam, & duritiam tollit mititas, & mansuetudo.

Delectatio sensualis est eorum, qui ducunt in bonis dies suos, & gaudent ad sonitum tympani, edentes, & bibentes, & voluuntur sicut in cardine in cubilibus, & impudicitijs. Hi, quod declinant à via recta, & ambulent in circuitu vsq; dum cadant, per se testatissimum est, ideo ad lutum vocantur, ad cinerem, & cilicium;

Ioc. 2. 16.
12.

& dicitur illis. *Egredatur sp. n. sus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestigulum & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, dicentes Parce Domine, parce populo tuo. Cui populo prius dixerat. Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & plāctu, & scindite corda vestra.* En quomodo per fletum convertimur ad Dominum in directione cordis, à quo recedit, qui diligit hoc seculum. Persecutionem deniq; pati multum repugnare videtur felicitàti, & audimus tamen. *Beati qui persecutionem*

13.

Ecc. 15. 3.

patiuntur propter iustitiam Sed hoc supponit rectitudinem iustitiæ, à qua persecutor cogit inflectere, sed *qui continens est iustitia, firmabitur, & non flectetur.* Ideo

Ecl. 2. 1.

hortatur Sapiens. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Coniungere Deo & sustine, ut crescat in nouissimo vita tua. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & spera in illum: serua timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes Dominum, sustinere misericordiam eius, & non despectus ab illo ne cadaris.* Ecce quomodo Sapiens hortatur ad sustinendum propter iustitiam dirigendo in Deum viam suam, seruando timorem eius vsq; ad canos. Quo contra infra ait. *Va-*

Ecc. 2. 16.

bus, qui perdidit iustitiam, & dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Ecce quomodo rectæ sunt hæc quatuor viæ, quæ opposita felicitàti videntur proponere, ac suadere: nam quæ eum felicitàte conuenire videntur, hæc ab illa nos magis elongant, in seipsis tenentia cor nostrum, ne ad veram tendat studiose. At propterea, quæ tollunt impe-

diencia, recta ad ipsam nos dirigunt beatitudinem.

Aliæ quatuor beatitudines apertè consonantia proponunt; consonum enim est, vt qui elurit, & litit iustitiam, fatietur illas quoniã desiderium suum iustis dabitur. Consonum est, vt qui diligit, & facit misericordiam, inueniat illã. *Quia quæ mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Consonum est, vt qui cor habet mundum, Deum videat, quia *Sapientia, qua cor purificatur, est candor lucis aternæ,* & de illa scriptum est. *Viri veraces inueniuntur in illa, & successum habebunt vsq; ad inspectionem Dei.* Veritas enim est cordis munditia. Vnde Christus rogat Patrem pro discipulis. *Sanctifica eos in veritate; sanctificare autem est mundum facere.* Consonum est deniq; vt pacificè filij Dei sint, & nomenclentur. *Quoniam Deus non est Deus dissensionis, sed pacis,* adeo quod voluerit Filium suum vnigenitum mittere in terras ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, quinimmo & iussit illi, vt per suum sanguinem inimicitias tolleret, pace atq; concordia omnia conciliaret. Hinc Paulus. In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ei, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Cum igitur Filius Dei sit pax nostra, qui etiam fecit vtraque vnum, & venerit pacem mittere in terram, adeo vt etiam sint sua, verba Prophetæ. *Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis* Recte qui pacifici sunt, filij Dei vocantur.

Istæ sunt viæ rectæ quibus deducimur ad Regnum Dei, nam ab impediens viam nostram auocāt animum nostrum, & per semitam rectam nos dirigunt ad terram viuentium, nobis à Deo promissam. Per quas ambulantes lætemur, & exultemus, & ita in domum Domini lætantes ibimus. Neq; enim luctus de quo dictum est. *Beati qui lugēt,* veram aut tollit, aut imminuit lætitiã. Si enim iubemur gaudere, & exultare cum male dixerint nobis homines, & persecuti nos fuerint, & dixerint omne malum aduersum nos,

men-

13.

Prou. 10. 11.

Luc. 6. 38.

Sap. 7. 26.

Ecc. 15. 8.

Ioan. 17. 17.

1. Cor. 14.

33.

Luc. 6. 79.

Eph. 2. 14.

Ps. 119. 6.

14.

mentientes propter Christum, quomodo
 luctus, qui fit propter cœlestis patriæ de-
 siderium, aut quoquo modo secundum
 iusticiam, & legē Dei, gaudium nostrum
 tolleret a nobis? Duo sunt quę nobis simul
 adherent, afflictio siue compunctionis
 nostrę siue persecutionis alienę, & beate
 spei expectatio; hoc vngit, illud pungit.
 Sed vtrū horum vehementi⁹ afficere po-
 test, & debet? Num momentaneum, aut æ-
 ternum? num leue aut graue? num parua
 subtractio alicui⁹ creaturę, an condona-
 tio creatoris? Heuleur non leuam⁹ capita
 nostra appropinquantem redemptionem
 nostrā? Ergo audi consilium, & percipe di-
 sciplinam, ut sis sapiens in nouissimū. Quod
 monet Salomon. Nam, multa cogitationes
 in corde viri, voluntas autē Domini perma-
 nebit. Dicit, ac docet idem Sapiens. Quot
 quaso cogitationes versantur in cordib⁹
 nostris? secundum multitudinem rerum,
 ac negotiorum, ita exuperant consilia ha-
 bitantium super terram. Traditus enim
 mund⁹ est disputationi, altercationi, oc-
 cupationi, appetitioni, vnde inconstans
 est homo in omnibus vijs suis dum fugi-
 entia sequitur, dum labentia tenet, dum
 mendacia credit, dum fallētia amat. Quo-
 niam cogitationes hominum vana sunt, sed
 quę decreuit Deus imobilia sunt, ac verē
 permanentia. Nam voluntas Domini per-
 manebit in æternum. Qui ergo in his no-
 uissimis Sapiens fuerit, quę noua ac no-
 uissima semper erunt, numquam vetera,
 numquam senescentia, numquam anti-
 quata, aut deficientia, hic verē Sapiens
 reputandus erit. Hęc sunt, quę nos do-
 cuit Saluator. Ergo illius audi consilium,
 & suscipe disciplinam, ut sis sapiens in no-
 uissimis tuis. Quod nobis concedat, qui
 bona cuncta concedit. Amen.

M O R A L E.

TAM clara doctrina Domini Iesu, tam
 præstant, tam necessaria, heu mirum
 est, quin miserum, ac miserrimum magis,
 quod orbem propē vniuersum lateat, vt
 certe, quę de Sapiencia abscondita in Scri-
 pturis quasi cum admiratione narrantur,

huc faciant propriissime. Sapiencia vbi in-
 uenitur? & quus est locus intelligenti? Ne-
 scit homo pretium eius, nec inuenitur in ter-
 ra suauiter viuentium. Abyssus dicit. Non
 est in me, & mare loquitur. Non est mecum.
 Abscondita est ab oculis omnium viuentium.
 Volucres quoq; cœli latet. Perditio & mors
 dixerunt. Auribus nostris audiuimus famā
 eius Duo de illa ignoratur, quantum va-
 leat, & vbi existat. Ignoratur v. ista, ibi est,
 vbi natura tantum viget, vbi aliud nō est,
 q̄ homo, vt a natura constituit⁹, & qui vitā
 illā ducit, vt viuat, & in ei⁹ suauitate de-
 lectetur. Ideoneque in mari est, neque in
 terra, neque in aere, nam & volucres cœli
 latet, neq; in inferno. Res est supra naturā.
 Ergo non in natura reperitur. Sint diuites
 valde homines, sint principes dominatē
 quoq; super bestias, at non ideo cum illis
 est sapiencia. Audi. Vbi sunt principes gen-
 tium, & qui dominantur super bestias, qui in
 auius cœli ludunt, qui argentum thesau-
 rizant? exterminati sunt: sint iuuenes cum
 sensuum pspicacitate, non præterea tñ sa-
 pientes sunt. Audi: iuuenes vident lumē,
 viam autē disciplina ignorauerūt. Sint præ-
 ditū sapiencia, quę de terra est, in secreto-
 rum naturalium inuestigatione; in huma-
 nis negotijs peritia, & experientia nō ad-
 est illis propter hoc sapiencia vera. Audi.
 Nō est audita in terra Chanaan (id est mer-
 catorum) neq; visa est in Themā (vbi erant
 Philosophi) Elij quoq; Agar, qui exquisi-
 runt prudentiā, quę de terra est, negotiato-
 res Merrha & Theman, & fabulatores, &
 exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ, viā
 autē sapiencia nescierunt. Sint homines for-
 tes in bello, statua magna, in ijs quoq; nō
 inuenitur sapiencia. Audi, fuerunt gigantes
 nominati illi qui ab initio fuerunt statua
 magna, scientes bellum. Neq; viam discipli-
 na inuenerunt. Et quoniam non habuerunt
 sapienciam interierunt propter suā insipien-
 tiam. Sapiencia ista non a natura datur, nō
 naturam sequitur, excellentiorem pergit
 viam. Num natura in paupertate ponit re-
 gnum? in mansuetudine potestātē? in lu-
 ctu consolatiōē? in fame satietatem? re-
 gnum, & gloriam in tribulatione, & per-
 sequitione? has infirmitates abhorret na-
 tura,

Job. 28. 21.

Baruch. 3. 16.

Baruch. 3. 20.

Baruch. 3. 22.

Baruch. 4. 26.

cura, has miseras fugit, has passiones detestatur; nihil in illis, nisi malum intuetur nihil appetibile, nihil delectabile, sed rem plenam dumtaxat incommodorum; tantum abest, ut in his veram constituat felicitatem. At veritas, at sapientia, quae de caelo est, clamat. *Beati pauperes spiritu. Beati mites, Beati qui lugent. Beati qui esuriunt, & sitiunt, Beati, qui persecutionem patiuntur* Propterea, qui de terra sunt, qui terrena sapiunt, qui carnem fouent, qui amat animam suam, non capiunt verbum istud. Qui diligunt hoc seculum, cogitant, quae sunt mundi, non quae Dei sunt. Quod natura non dat, longe id ipsum arceat a nobis iniquitas. Iob offendit sapientiam in natura non inueniri. Baruch Propheta testatur; ab ijs illam a longe stare, qui diligunt iniquitatem. seipso amates, & voluptatum sectatores. Duo ergo sunt, quae nos sapientia vacuos faciunt, negligentia in quaerendo illam, diligentia in fugiendo. *Studia atque virtutem postulat sapientia. Disce* (inquit Propheta) *ubi sit prudentia; ubi sit virtus, ubi sit intellectus.* Disce sapientiam, qui habitatis terram, alioqui peribitis in insipientia vestra. At *beati, qui scrutantur testimonia Dei, in toto corde exquirunt eum.* Quod natura non praebet, praebet disciplina, studium adipiscatur, illud consequatur diligentia, ardeatque voluntas, ac virtus. Vbi lex Domini est, ibi vera est sapientia; nam per sapientiam legum conditores iusta decernunt. Hinc Moyses. *Hac est vestra sapientia, & intellectus coram populo ut audientes veniatis a praecipua hac dicat. En populus sapiens, & intelligens.* Quoniam ergo *beatus est homo, qui inuenit sapientiam;* propterea *Beati, qui scrutantur testimonia eius* Primo aspectu non arridet quod dicitur. *Beati pauperes. Beati qui lugent.* Quoniam sensus, primus est obuius, caro prima sentit. Homo videt ea, quae parent. Ingredere benedictae Domini, cur foris stas? Ingredere in sanctuarium in conspectu Domini, ubi est, qui in veritate iudicat, non secundum visionem oculorum neque secundum auditum aurium. Scruta te testimonia, respice in mandatis Domini, & scietis, quae vere sapiens dixerit. Ni-

16.
Baruch 3.
14.
Ps. 118. 2.
Sap 8. 15.
Dent. 4. 6.
Prou. 3. 13.
1. Reg. 17. 7.
Isa. 11. 3.
Eccl. 23.
37.

hil dulcius, quam respicere in mandatis Domini, si horridus aspectus, si aridus cortex, si prima dura sunt, & acerba; fructus erit dulcis, sapida pars interior, gloriosa, & plena felicitatis erunt nouissima. Esto, paupertas terreat prima facie, & sit amara quasi absinthium, decortica ipsum, nam in solo cortice est amaritudo, & senties, & intelliges te experientia docente, quod panis absconditus est suauior, quam spiritus sapientiae est super mel dulcis, quam iudicia Domini, quae sunt praecipua eius, desiderabilia sunt super aurum, & lapidem pretiosum, & dulciora super mel, & fauum. Et verè pauperes euangelizantur, id est, annuntiatum illis gaudium magnum, optimum nuntium, o Deus ubi inuenitur sapientia? Nescit homo pretium eius. Quis quaerat quod non nouit? quis laborat pro re, quae non aestimatur non pendetur non curatur? Absit ergo negligentia & culpa, ut sapientia non absit.

Hac est enim causa, quamobrem *scul-torum infinitus est numerus*, insipientium innumerabilis multitudo, pereunium vniuersalis generatio. Pascunt porcos, reficiunt sentes, carnem nutriunt, in desiderijs saecularibus volutantur. Videas vitro citroque homines concurrere, terrenis negotijs implicari, suspensos ad gradum dignitatum; & per gradus ascendere etiam ad altare Domini. Clamiter sapientia, ut ad se veniant, sed surdos non facit audire, perstrepat mundus, a voce pereunium repletur auris, ut non audiat vocem Domini, sapientiae clamorem, sermones veritatis. Tonat mundus, sed vox veritatis est sicut sibilus aurae tenuis; si non interius audias, non senties, non intelliges, non perspicias, quae sunt spiritus Dei. En ratio cur abscondita est sapientia, cur est verè Deus absconditus, cur manna absconditum; quia non auscultamus veritatem dicentem. *Si quis scilicet sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illi: tunc intelliges timorem Domini & scientiam Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia, & scientia.* Quia non attendimus concentum illum caeli. *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.*

Ps. 118. 11.
Mat. 11.
17.
Eccl. 11.
Prou. 2. 4.
Ps. 118. 11.
An

An putas casu illa inueniri, quæ te beatum faciant? studio opus est. An nescis, quia tu super omnes es, pedibus tuis subiecta sunt omnia? infra te positus est mundus totus? cur ita? vt noueris, quod qui in huiusmodi te beatum dicunt, ipse te decipiunt. Heu! & vos insipientes in populo, hoc idem vobis persuadete fallentes vosmetipsos, cur ita, inquam? vt his inferioribus subleuatus e-leues te etiam super te, ascendens in montem Domini, vt videas voluptatem eius, & fruaris bonis illius. Cur ita rursus? Vt quæ retro sunt obliuiscens, ad ea, quæ sunt priora extendas teipsum ad destinatum proficiens brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu; si non tu ipse in te beatus es, quomodo, quæ infra te sunt, id tibi poterunt condonare? Quæ in se beata non sunt, alios beabunt? Dic tu: Quæ maledicta sunt, benedicent mihi? Quæ spinosa sunt, delectabunt? Quæ meo indigent labore, vt ministrent mihi, sine labore meo, otiosum, faciem facient? Deus solus est supra nos, qui fecit nos; ipse beatus est, & solus potens beatificare hominem, qui ideo factus est ad imaginem eius, qui fecit illum, vt qui similis est illi, is solus beatus sit, illi agglutinatus, illi configuratus, ad illum transformatus. At quomodo ascendes ad Deum, nisi, quæ inferiora sunt, derelinquas? At quomodo scandim⁹ superiora, vbi est Deus, qui habitat in cælis? Moyses quando in montem ad Deum ascendit; legem accepit de manu Domini, vt intelligamus per legem disponi ascensiones istas. Ergo qui scrutatur legem Dei, Deum exquirat; qui legem querit, Deum inuenit. Ergo beati, qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirent eum. Bonum hoc magnum est, non leuiter curandum, sed toto corde exquirendum est.

18 Sed heu! illa fugiunt homines, quæ debent desiderare, timent primum, & nesciunt quod super illos irruet nix. Timent vbi non est timor, & vbi timendum esset timere nesciunt, timent paupertatem, fugiunt dolores, & penuriam, & esuriam, & aduersitates, & non timent Deum, qui potest perdere in gehennam: hunc timere, vt

sanctus sit timor uester, vt utilis, vt salubris, quo solo potestis esse beati. Quapropter, beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis. Venia uideretur danda, si non experimento cognoscereut homines, quod mundus totus politus est in maligno, repletus miseriis, quod qui illi adherent miseros facit, & miserabiles, tantum abest, vt felices faciat. Palpate, & videte. Gustate, & videte, iam notum est omnibus, q̄ vani sunt omnes, qui diligunt vanitatem, & q̄ terra inanis est, & vacua, & omnia vanitas, & quod sola veritas vera confert bona. Cur ergo non separamini à tabernaculis impiorum? cur non clamatis ad Deum in amara afflictione, qua vos premit Ægyptus illa, crudelis ille Pharao? Noëmi cum familia sua facta fame in terra inde recessit. At verò audiens, quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas, surrexit, vt in patriam pergeret: famem experta, abundantiam audiens, iter aggreditur: illud sensit, hoc audiuit. Sentitne tu famem hanc, quam homines patiuntur, vt canes desiderantes felicitatem? sentis profecto, quia nemo est sua sorte contentus. Audis tamen sapientiam dicentem, & clamantem. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Cur non credis, & studes redire in patriam, vbi respicit Dominus populum suum? De sapientia audisti. *Perditio, & mors dixerunt Auribus nostris audiimus famam eius.* Positi in angustiis, in laboribus, in calamitatibus audiimus famam sapientia, rumor peruenit ad aures nostras, quod *Beati sunt pauperes spiritu, mites, fletus, esuriens, & sitiens.* Imitemur Noëmi, quæ audiens, quod Dominus respexisset populum suum, venit in Bethlechem patriam suam. Si sola fides non sufficit, quæ rerum est non apparentium, adiuuet experientia, fides bonorum non apparentium, & experientia malorum opprimentium, atq; vexantium stimulent pigritiam, & fidei fidem faciat experientia; nam qui prædicat quæ non parent, prædixit, & quæ iam pateris. Vtrinque verax. Populus bonum liberationis in se sentiens, Ægypti vidit plagas. Experientia ista fidem faciebat verbis Domini

Ps. 117. 7.

Ruth. 1. 1.

19

Job 13. 21.

Heb. 11. 1.

Domini promittentis terram lacte, & melle manantem, & plagas Ægypti, aliasque maiores comminantem. Bona terræ comedentes, non timuerunt minas. Quid ergo tradidit illos Deus in captiuitatem? Num ergo, non credent experti, quod Dominus loquitur? *Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? inuenerasti in terra aliena, co-*

Bar. 3. 10.

inquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendenti- bus in infernum? Mala, quæ patris in captiuitate, in qua tandiu miserè viuis, vt in eam sis inueteratus, ibi tactu mortuorum coinquinatus, quin magis mortuis factus similis, & iis, qui in infernum descendunt. Mala hæc (inquam) vnde tibi: recordare, quod hæc tibi intentabantur a Deo, si legem eius transgrediens illum dereliquisses, & audi. Dereliquisti fontem sapientia; nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna. Sic dicitur nobis. Vnde vobis tot aduersa? vnde bella? vnde fames? vnde æ-

Bar. 3. 11.

gri- tudines? vnde tantorum malorum illu- uies? Dereliquisti fontem sapientia, aures obruisti ad doctrinam, quæ te viam Domini docebat, quam si perambulasses habitasses in pace sempiterna, nunc quietus, & in futuro beatus.

FERIA TERTIA, DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. Apostoli sunt sal & lux, quibus nominibus datur auctoritas & scientia. De firmitate Ecclesie Romana. Quæ sint munia Predicatorum.

SAPIENS post multa sapientia data documenta arbitratus est, operæpretium esse, viros quoque qui in eadem sapientia claros, atque illustres se præbuerunt, laudibus extollere, tum vt etiam hæc ratione sapien-

tiam ipsam amplius commendaret, quæ ita conspicuos redderet homines de luto creatos, mortales, & in puluerem reuer- suros; tum etiam, vt ad eam exoptandam, quæ nobis adeo perspicua esset, vehemētius excitaret; tum quoque, vt eunētis patefaceret, obuiam illam esse vnicuique, qui eius desiderio teneatur; vt non sit necesse multum in ea adipiscenda laborare; quando homines similes nobis mortales tantum profecerint in illa, vt meritò ab omnibus suscipiendi sint, atque laudibus prosequendi. Propterea illorum aggrediens commendationem his verbis exorditur.

Laudemus viros gloriosos, & patres nostros in generatione sua Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à saculo. Dominantes in potestatibus suis. Homines magni virtute, & prudentia sua præditi. Itidem & saluator fecit, nouam promulgaturus legem, quæ singularis sapientia est, cuius quidem promulgationis initium, Domi-

Eccl. 4. 11.

no ipso docente, atque prædicante, eluce-

Hebr. 1. 1.

ceret. Legis huius initium cepit enarrari per Dominum, per eos postea confirman-

dum, qui Spiritu sancto missò de cælo ministri fuerunt sermonis, illum Spiritu labiorum suorum vbique portantes, Domi-

Mati. 16.

no cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Idcirco sapientissimè ipse summus Legislator laudans hos à se legitimos constitutos doctores, autori-

20.

tatem illis conciliat, instruitque eosdem simul quam ratione cælestem hanc legem, atque doctrinam euangelizare debeant, dicens illis. Vos estis sal terræ. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Hæc autem omnia ad instructionem nostram, his igitur mē-

ris auditum intendamus.

Dicens Dominus. In his duobus man-

datis vniversa lex pendet, & Propheta & a-

2

libi. Lex, & Propheta vsque ad Ioannem. 40. Duo demonstrat ad legem pertinere: Quæ sunt, promulgatio, & prædicatio, siue declaratio. Per legem enim intendit ipsius legis promulgationem. Per Prophe-

Matt. 21.

tas eiusdem legis prædicationem, atque declarationem. Has duas partes conuenienter habet, & lex Euangelica, quæ ex ore

Luc. 16. 16.

Altissimi

Ioan. 1. 1.

Altissimi prodit, promulgata à verbo, quod erat in principio apud Deum. Ac postmodum mediis Apostolis, Euangelistis, Doctoribus, atque Pastoribus exiit velut de Paradiso ad irrigandam omnem terram. Posuit enim illam Deus in lucem gentium, vt sit salus eius, vsq; ad extremū terræ. Euangelium enim virtus Dei est in salutem omni credenti. Sicut ergo Pater testimonium perhibuit filio, quando cœli aperti sunt super eum, & descendit Spiritus sanctus sicut columba in ipsum, & vox Patris facta est. Hic est Filius meus dilectus. Ita Filius ipse testimonium his perhibuit, quos ministros constituit noui testamenti, dicens. *Vos estis Sal terra. Vos estis lux mundi.* Vt notum sit omnibus hominibus, hoc sale omnem terram esse condiendam, & hac luce totum debere mundum illuminari, vt non sit, qui se abscondat à sapore, & à splendore eius. Hac igitur ratione confirmatos nos vult esse in sua doctrina, vt non vacillemus fluctuantes omni vento doctrinae.

Duo autem facit in hac testificatione. Primum enim his nominibus eos appellat, quæ autoritatem illis concilient, vt secum credamus illis, tamquam à Deo missis. Secundum est hortatio quædam, aut iussio illis facta, qua instruantur & ipsi, quæ ratione docere alios debeant, vnde subiungit. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.*

Dum primum horum duorum exequitur duo facit. Primum enim facit illos ministros noui Testamenti, conferens illis autoritatem magisterij, vt certum sit illos docere non verbum hominum, sed verè verbum Dei. Secundò ostendit qualitatem doctrinae, quam portant. Vtrumq; eisdem verbis facit, dicens. *Vos estis Sal terra. Vos estis lux mundi.* Dum enim sale, & lucem vocat, eos sale, & lucem facit. In sale autem, & luce declaratur autoritas illorum, nempe salendi terram, & illuminandi mundum. Sed per sale quoque & lucem, quæ, vel qualis sit eorum doctrina declaratur. Primum itaq; exequens Christus Dominus id facit, quod pater sibi fe-

Tom. I. Bellintani.

cerat. Qui dixerat. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Sic certificans homines vniuersos, vt qui illum audiret, audiret eum, qui miserat illum. Si enim Moyses fidelis fuit in omni domo eius tamquam seruus, vt non loqueretur de corde suo, sed quæ Deus mandauerat illi, multo magis Filius fidelis est in omnibus verbis suis in domo propria, alioqui dilectus non esset, neque in illo Pater sibi complaceret; si diceret, hæc dicit Dominus, cum Dominus non esset loquutus. Haud secus & ipse dicit discipulis suis. *Vos estis sal terra. Vos estis lux mundi.* Quod dum dicit, tales eos constituit. Neque enim à se ipsis ij essent qui terram condire possent, & mundum illuminare. Vnde, & sapiens viros gloriosos aggrediens laudare, hæc verba præmittit. *Multam gloriam facit Dominus magnificentia sua à saculo.* Ita ergo gloriam hanc multam fecit Christus Dominus noster, quando de piscatoribus piscium fecit piscatores hominum, & satores verbi cœlestis, hos, qui non minus, quàm Moyses impeditiois linguæ essent, ac veluti infantes, qui lingua materna vix possent mentis suæ proferre conceptus, vt verè de ipsis fuerit à Propheta prædictum. *Ex ore infantium, & lactentiū perfecisti laudem.* Si ergo qui testimonium habet à Patre, qui verax est, illos dicit *Sal terra, lux mundi.* verè sal sunt, & lux.

Quemadmodum autem dum durat sæculum, neque sal deficiet, neque lux, adeo vt pactum firmum, & irrevocabile dicere- tur pactum salis. Ita verbum Domini manet in æternum, & in sæculum sæculi veritas eius. Ergo Autoritas magisterij, quam in discipulis suis Christus liberaliter collocavit, mansura est in perpetuum super terram, vt verè impleatur diuina promissio facta per Isaiam Prophetam. *Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui; Diu Dominus à modo, & vsque in sempiternum.* Per Spiritum intellige autoritatem, qui ideo dicitur spiritus principalis, id est, spiritus vngens, & constituens principes, atque in regia, ac

G princi-

Mat. 3. 16.

Hebr. 3. 6.

Isai. 49. 6.

Rom. 1. 16.

Mat. 3. 16.

cl. 4. 4.

obr. 1. 1.

arc. 16.

Eccl. 4. 2.

Mat. 4. 19.

Exod. 4. 10.

Psal. 8. 3.

4

Psal. 118. 90.

Isai. 59. 21.

Psal. 50. 14.

att. 22.

c. 16. 16.

n. 1. 1.

principali autoritate confirmans. Hæc verò autoritas potissimum datur ad docendam veritatem de omnibus. Ideo dicit, quod verba nunquam recedent posita in ore eius, nempe Christi, qui si loquebatur in Paulo, multò magis loquitur in Ecclesia, cuius semen semper conterens caput serpentis, patris mendacii, manebit vsque in perpetuum. Hoc igitur nouum est, & æternum testamentum, & lex, quæ manet in perpetuum.

5 Nunc exequens secundum simul cum autoritate collata docendi, qualitatem quoque innuit, excellentiamque doctrinæ. Sal enim condit cibos, lux illuminat oculos. Ergo Euangelica lex gustum respicit, & oculus: duo, videlicet, homini admodum necessaria; & gratum vtrumque. Nam quod insulsum est, insipidum est, & ingratum. Sal ergo sapidum, & gratum reddit cibum. Nec minus lux oculorum lætificat animam, vt dicit sapiens. Afficit lex nostra affectum nostrum, quoniam finis eius est charitas, nihil verò delectatio pari passu incedunt. Hoc igitur primum videamus.

Vtile est scire, quàm suavis, & grata sit lex, vt merito salî comparetur: cuius cõparationis hæc est prima ratio; quia procedit de intimo cordis Dei, vbi summa est beatitudo. Inde enim eructat verbum bonum sapiens originem suam, vt ad eandem originem, ipsa lege ligatos, reducat homines. Ex dulcedine Dei procedit lex eius qui diligens dirigit, & dirigens diligit: cum enim solus ipse sit nostrum bonum, nostraq; beatitudo, amans nos, cupit beatos esse. Ideo per legem dirigit ad beatitudinem. Audi Psalmistam. *Dulcis, ac reclus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via, diriget mansuetos in iudicio, docet mites vias suas.* Vides quomodo, quia dulcis, ideo legem dat? Vidit errantes homines sicut pereuntes oues, hoc est delinquere in via, & derelinquere viam rectam; compatitur illis ex sua dulcedine, & misericordia, & ideo ne pereant de via recta, Rectus ipse, ac Rector dirigit in viam rectam per legem suam; hæc lex iudicium

est, de quo dicit. Dirigit mansuetos in iudicio, quod declarans subdit. Docet mites vias suas, lege enim dum docet, dirigit: ergo dat legem etiam delinquentibus in via, vt non delinquant; dirigit autem, & docet mansuetos, quia mites sunt cedentes legi, atque obtemperantes. Lex ita quæ quæ ducit ad fontem aquæ viuæ, quæ est aqua refectionis, Diuinæ dulcedinis facit nos esse consortes.

Ad imitationem ergo Dei dicebat Apostolus. *Eo quod habeam vos in corde, facias gaudii mei omnes vos. Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.* Vnde hauserit Paulus tantum charitatis affectum, vt caperet fideles esse in visceribus Iesu Christi? certè quia nouit Christum in sua viscera nos transferre cupientem, & traicere in ventrem, & in sui cordis intimum, vbi plena est cõsolatio, & vera refectione. Hic Paulus suxerat mel de petra, butyrum, & lac, quia de foris egressa est dulcedo. Huc igitur trahere desiderabat, & satagebat transferre fideles omnes, vt essent socii gaudii, quod ibidem ipse gustabat. Cor Christi plenum gaudio. Cor Pauli in corde Christi participans gaudium illud. Habet igitur fideles Paulus in corde suo, vt socii sint gaudij sui. Quanto igitur magis Deus cupit nos esse socios gaudij sui? propterea fideli seruo dicit. *Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Vox, euge, vox est cum gaudio excitantis, seu insultantis. Gaudens ergo Deus, ad gaudium suum nos inuitat. *Cito inquit occidite vitulum saginatum, & epulemur, & gaudeamus.* Vt huiusce Diuini gaudij intelligentiam aliquam per figuram perciperemus, Tabernaculum suum, & Templum, quod erat domus Dei, vbi habitabat in hominibus; voluit esse pretiosum, & ornatum, vt esset pulchrum visu, & delectabile oculis, vt quod naturam figurauerat hortus voluptatis, id est, Paradisus terrestris, arte, ac studio figuraret domus ipsa materialis, nempe templum Domini. Vnde est illa similitudo. *Filia eorum composita, circumornata, vt similitudo templi.* Vt illuc ingredientibus ante Dominum, iam quasi in sinistra gustarent delectationes

2. Cor. 13.

Pro 5. 30.

1. Tim. 1. 5.

Ps. 24. 8.

6

Phil. 1.

Iudic. 14.

14.

Mat. 23.

Luc. 15.

7

Ps. 143.

Ps. 118.

etationes

Stationes eius, vt ad eas, quæ in dextera sunt, desiderans accenderentur. Ideo Psal-
*mus. Vt videam voluptatem Domini, & vixi-
 stem templum eius. Addens autem. Quoniam
 abscondit me in tabernaculo suo, in die
 malorum protegit me in abscondito taberna-
 culi sui.* Ostendit, quod in die mala liberat
 suos Dominus, vt custodiat, viuificet,
 & beatos faciat: Trahit enim illos ad in-
 teriora vclaminis, quod cæteris non datur
 accessus, vt in abscondita illa parte taber-
 naculi, protecti sint ab incurfu, & dæmo-
 nio meridiano, quin, & à timore noctur-
 no. Ita quod nec à sagitta volante in die,
 & à negotio perambulante in tenebris of-
 fensi, tota die, ac nocte non taceant lauda-
 re nomen Domini, qui de tantis pericul-
 is, & irruentibus malis eripuit illos, quin-
 imò, quibus dat illis cibum in tēpore op-
 portuno, vt quanto magis exterius affli-
 guntur in carne, eò magis interius refici-
 antur in mente. Nam quando mundus
 persequitur, Deus amplectitur. Si verè
 mundi insectationes hominem agunt in
 templum Domini, vbi videns voluptatem
 Domini, eam degulset, atque in ea dele-
 sceret, quasi Ægyptus compellat popu-
 lum exire in desertum, vbi cœlesti alimo-
 nia, & aperto, atque abundanti manna ci-
 batur. O fœlices tribulationes, quæ ad
 manna absconditum impellunt, quod est
 in abscondito tabernaculi, quod etiam cum
 sponso, & sponsa ingrediuntur prudentes
 virgines cum lampadibus suis; nam qui
 carnem suam crucifigunt cum vitiis, &
 concupiscentiis, mortificantes membra,
 quæ sunt super terram, hî spiritu ducentur
 in montes, vbi pascuis vberibus perfru-
 untur. Sed nunc iam ad propositum re-
 deamus, nempe, quod lex Domini in ma-
 culata, conuertens animas, ad locum vnde
 exierunt, nempe ad cor altum, videlicet,
 altissimi ipsius interni gaudiî faciat eas
 participes, vt iam in terra possint experian-
 tur, quod iudicia Domini sunt dulciora
 super mel, & fauam, & seruus Dei, qui di-
 lexit ea, sentit, quod in custodiendis il-
 lis sit retributio multa. O Salem Diuine
 legis, lapidum, & dulcedinem immitten-
 tem in corda hominum.

Iam secunda ratio, cur lex nostra salis
 comparata inuenitur dulcis; hæc est, sicut
 sal lapidos facit cibos, ita lex Domini
 quidquid secundum legem agimus, & ac-
 cipimus, lapidum facit, & delectationis
 plenum. Singulare, ac præstantissimum
 opus est sacrificium, quod soli Deo faci-
 mus. Huic præcipiebat Deus semper ad-
 hiberi salem. *Omnis (inquit) victima sale
 salietur.* In omni oblatione tua offeres
 sal. Cur ita? audi mysterium. Lege in
 Malachia, & inuenies altare sacrificiorum
 mensam vocari. In mensa autem cibi
 apponuntur ad manducandum. Mensa
 igitur est altare, vbi sit conuiuium me-
 dullatorum, & manducantur carnes tau-
 rorum, imò corpus Domini nostri Iesu
 Christi. Vnde Apostolus. *Habemus al-
 tare, de quo edere non habent potesta-
 tem, qui tabernaculo deseruiunt.* Mensa
 ista quasi communis erat Deo, & homini-
 bus, pars etenim illa sacrificij, quam deo-
 rabat ignis, cedebat in partem Dei, reliqua
 erat hominum: sal itaque apponebatur, vt
 suaui, & delectabilis esset cibus, nempe ac-
 ceptus Deo, & hominibus. Dixit n. Deus
 statuens hoc præceptum. *Quidquid obtule-
 ris sacrificij, sale condies.* Sed nunquid sa-
 por iste materialis Deum, aut gustum
 eius afficit? Quod scriptura dicit de o-
 dore, tu pariter, atq; eadem ratione dicas
 de sapore. Victimæ dum cremarētur, odo-
 rem efflabant, hunc odorem Deus vocabat
 sibi suauißimum, dicens: *Oblata omnia a-
 dolebit Sacerdos in holocaustum, & odorem
 suauißimum Domino.* Suauißas ista odoris,
 acceptatio est sacrificij Deo grata. Hinc, &
 Paulus de Christo. *Tradidit semetipsum ob-
 lationem, & hostiam Deo in odorem suauis-
 simi.* Ita sapor eandem acceptationem desi-
 gnat, quæ grata Deo debet esse sacrificia iu-
 stitia, & opera bona, hoc sicut lex, si quan-
 do cū ea, & per ea sumus offerentes sacrifi-
 cia in iustitia: sicut sal, lapida materialiter
 ipsa sacrificia legis sua suauißate reddebat.
 Ergo, qui secundū legem ambulat, & operat-
 ur, in muneribus suis placet Deo, & placant
 Deum. Tale sal non ponebat Cain in ob-
 lationibus suis. At Abel sacrificia sua sale
 isto condiebat.

Mar. 9. 49
 Leuit. 2. 13
 Malach. 1.
 12.

Hebr. 13. 10

Leuit. 2. 13

Num. 18.
 17.

Leu. 1. 13.
 Eph. 5. 2.

Gen. 4. 4.

Ideo respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem non respexit. Siue ergo quando manducatis, siue bibitis, siue quidquam aliud facitis, omnia per legem facite. Sacrificate sacrificium iustitiæ secundum legem fidei, iuxta præscriptum Euangelii. Tunc Deus acceptabit sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, operationes, & desideria, quia in omnibus honoratur Deus. *Ut videant*

Mat. 5. 16.

(inquit) *opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Idem huiusmodi sale condita opera nostra, etiã nobis sapiunt, qui verè per illa delectamur

Pf. 118. 14.

in Domino. Audi expertum. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.* Ratio est, quia sicut vitium separans à Deo, prohibet bonum à nobis, ponens etiam dulce in amarum. Pugnans enim orbis terrarum contra insensatos, & contra virtus, & iustitia, quæ secundum Deum est, appropinquare nos Deo faciens, & coram eo constituens, comedere nos facit de micis, quæ cadunt de mensa eius, & prægustare, quoniam suavis est Dominus, cuius ordinatione stillant mōtes dulcedinem, & colles fluunt lac, & mel, ut sapiens homo nouerit ratiocinando cōcludere. Si creata delectant, quanto magis creator facit gustare bonum illius donum? Et quis filius patrem petens panem, accipit lapidem? Quanto magis Pater cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? At audimus ab eo. Spiritus meus super mel dulcis. Et certè, qui astat ante Deum, vitur cibo inuisibili, qui sua dulcedine exuperat omnem sensum. Hoc autem facit lex, hominem colligens, ne per vana dispergatur, & ligans vinculo perfectionis, quod est charitas, qua sumus Deo cari, quin & filii carissimi. Ideo lex dicitur.

Luc 11. 11.

Eccle 24. 27.

Tob. 12. 19.

Col 3. 14.

Prov. 31. 26.

Ezech. 3. 2.

Lex sapientiæ, qua, quæ sursum sunt sapiamus, vnde pluit manna. *Os suum* (inquit) *aperuit sapientia, & lex clementia in lingua eius, ut saporem eius degustet, aliisque propinet.* Et quare volumen datum Ezechielis ad comedendum dulce fuit in ore eius? nisi quia lex, quæ in volumine continetur, dulcis est, & suavis? Posuit illa figura Deus verba sua in ore Ezechielis, ut

ad populum eadem renuntiaret. Sensit Propheta dulcedinem eius, quoniam profectò lege Dei nihil dulcius in terra, atque delectabilius reperitur. *Quis est homo, qui timet Dominum* (canit Psalmus) *legem statuit ei in via, quam elegit? Anima eius in bonis demorabitur.* Ergo *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis.* Quid nisi dulce, quod beatum facit etiam in terra, vbi tot mala sunt sibi perpetuò coherentia? Quid nisi dulce, quod ad eò replet bonis, ut circumstantia mala penetrare non possint? Quid nisi dulce, cuius virtute, etiam mala in bona, conuertuntur, & amara tanquam verè dulcia degustantur? Lex igitur bona, ut ait Paulus, & bonum est sal, ut Dominus ait.

Consequenter alia quoque ratione sal terra lex cœli comparatur: sal enim non delectat solummodò, verum & iuuat, dum corruptibilem, & corruptentem humorem exsiccat, & à comesto cibo, & à comedente viro, ideo est ad sanitatem edentium. Terrena sunt veluti cibus. Sal legis stringit humorem superfluum, iubens. *Quod superest, date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Humor superfluum poma vermibus scaturire facit, turpiãque, ac immunda reddit: tollite superfluum, & ecce poma sunt munda, poma ista sunt bona corruptibilia. Vnde & nos ob corruptibilitatem breui viuētes sumus, (ut scribitur.) Tanquam naues poma portantes, quæ nisi velocius transeant, poma marcescunt, quod & terreni homines probè scientes improbè dicunt. *Vmbra transitus est tempus nostrum. Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vno pretioso, & unguentis nos impleamus; coronemus nos rosis antequam marcescant:* sal igitur legis superfluum absument humorem, conciliat sanitatem. *Nam in multis escais non deerit infirmitas.* Lex verò, ac timor Domini sobriam facit animam. Quod dico de superfluo humore, intellige de rerum superfluitate, ut non capiamus plusquam oportet capere, sed habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti simus. Ideo enim & de muliere nequam præcipit Sapiens. *Abscinde illam à carne*

Pf. 24. 11.

Psal 111.

Rom. 7. 16.

Mar. 9. 50.

11

Luc. 11. 44.

Job 9. 20.

Sap. 2. 6.

Eccle 37. 31.

1. Tim. 6. 8.

Eccl. 2. 5. *à carne tua, ne super te abutatur.* Si de muliere hoc iubetur, quæ tuæ fortis confors est, cui etiam sacro coniugio coniungaris, quid de rebus, quæ ad te non pertinent, cum quibus nulla tibi societas est? propterea lex est superfluis præcipit abstinere, ut sobriè, ac iuste viuamus. Si quis plus debito de manna colligebat, excedens statutam, præfixamque mensuram, mox illa vermibus seatebat. Et quis corruptam comedisset? & si comedisset num corruptionem euasisset? huiusmodi sunt superflua omnia. Audi ergo, audi legem, salem adhibe, ut non cogites de castro, ne argentum thesaurizes, ne domum ad domum coniungas, & agrum agro insatiabiliter copulare contendas. Nunquid vos soli habitabitis in terra? *Maledictus qui transfert terminos proximi sui,* qui impinguitus, & dilatus nullis vult legis finibus coerceri. Rursus corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. *Vetus autem homo corrumpitur secundum desideria erroris.* Sale igitur noua legis saliat, ut humorum, ac desideriorum superfluitas euanescat; ac proinde uiuat homo. *Si enim spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* Audiamus quæso Apostolum. *Deum Filium suum misit, ut iustificatio legis impleteretur in nobis, quin secundum carnem ambulamus, sed secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum: qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui uero secundum spiritum sunt, quæ spiritus sunt, sentiunt.* Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, uita, & pax. Vide quantum refert lege moderari, & iustificari: quandoquidem miserit Dominus Filium suum, ut iustificatio legis impleteretur in nobis. Hoc uero præstat, quando non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ut ergo lex iustificans in nobis impleatur, frenanda, moderanda, mortificanda caro est: alioqui sua corruptione corrumperet nos, & uita priuabit. *Prudentia enim carnis mors est.* Lex ergo quæ spiritualis est, ut idem ait Apostolus, spiritu carnem mortificat, ut uiuat. Hæc est enim prudentia spiritus, quæ est uita, & pax. Sale ergo & lege, lege

& sale superflua nostra perstringamus, amputantes desideria erroris, quibus errantes rapimur ad infinitum inane.

Sed heu! quot sunt, qui à lege soluti, atque iustitiæ liberi, libertatem hanc, uel licentiam magis præbent in occasionem carnis, quasi iuuenculus indomitus, non cauentes pericula, damna non euitantes? putant enim se placencia consecuturos, dum quæ placet profsequuntur, & nesciunt, quod de illis verificatur. *Pericula inferni inuenerunt me.* Vix pericula ista euadunt, qui prudenter dirigunt gressus suos, tentantes num uia sit recta, tuta, solida. Quid ergo de iis, qui oscitantes nil cogitant aliud, quam uiuere secundum carnem? *Callidus* (inquit Salomon) *uidit malum, & abscondit se; innocens pertransiit, & afflictus est damno.* Hoc & in filiis huius seculi plerumque contingit. Qui caute ambulant, facile se à malis eximunt. At qui innocenter uiuentes, aliorum non aduertunt peruersitatem, & ita simpliciter ambulantes, ambulant confidenter, sæpè in insidias impingunt impiorum, à quibus damna multa sustinere coguntur. Discant ergo filij lucis prudentiam spiritus, quæ studiose, & sanctè callidi uideant malum, damna prouideant, ut ab ijs protecti uitam tueantur, & pacem. Alioqui si ueluti innocentes non aduerentes, quæ possint illis mala contingere, neque id curantes, aut corde non uigilantes, profectò affligentur damno. Videte cæci quomodo caute ambuletis, attendite uobis, sit uobis cordi uestra salus, ut salui esse possitis.

Hortatio.

Psal. 114. 3.

Prov. 22. 3.

SECUNDA PARS.

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. Dominus ex muneris conditione, & excellentia, quod illis iniungit, consequenter docet quales illos esse oporteat. Dixerat, *Vos estis lux mundi.* Ergo, sic luceat lux uestra coram hominibus. Homines enim sunt mundus ille, cuius ipsi sunt lux: luceant ergo, quia lux mundi.

Necessitatem huius consequentiæ iam præmonstrauit dicens. *Vos estis sal terra.*

Quod si sal euauerit, in quo salietur? ad nihilum ualeat ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Sal in ordine, ac genere saliendo primum est, nihil supra se habens, in quo ipse saliat. Ergo si euauerit, & infatuatum fuerit, ut non præterea habeat saporem, aut vim saliendo, a nulla re alia poterit saporem, sapidamque ac salientem virtutem accipere; & ideo insulsum remanet, & inutile. Hac similitudine Dominus eleganter nos docet Ecclesie suae firmitatem. Nam auctoritas Apostolica prima est, quæ ab efficiente nullo terreno, aut forma creata vim accipit saliendo. Quia prima sedes à nemine iudicatur. Summus Doctor, & prima lux non eget Sole, aut Luna ad docendum, & illuminandum eum. Lapis primarius nullo alio fundamento nititur præter Christum, qui est petra, & lapis positus in fundamentis Sion. Tolle fundamentum, ruit ædificium. Ecclesia stat in

Matth. 16. 18. perpetuum; quia porta inferi non proualebunt aduersus eam. Igitur firmum fundamentum stat. Porro, si sal euauerit, in quo salietur? Vbi sal fatuum est, id est, insipidum, nulla re alia potest condiri, ut sapidum fiat, nec quidquam poterit ab eo saliri, & condiri; omnia ergo insipida, erunt insulsa, ingrata, reiecta. Hoc uero est impossibile. Quia bene fundata est domus Domini, ut non ruat, & munera eius accepta erunt in æternum. Igitur sal iste nunquam euanesceat. Nam, & naturæ salis repugnat infatuari. Ideo firmissima quæque salis comparatur. *Pactum iuris erit* (inquit)

in sempiternum tibi, & filius tuus. Et est causa quam obrem iussit Deus, ut sale condiantur omnis oblatio. *Ne auferes* (inquit) *sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo*, ut intelligeretur nunquam futurum, ut deficeret sacrificium Dei in populo eius, quod pacto salis stabilitum est, atque firmatum. Si autem sacrificium est sempiternum, & sacerdos in æternum maneat, necesse est. O igitur

Num. 18. 17. *Luc. 2. 13.* *Luc. 22. 32.* vocem Sapientie plenam. *Vos estis sal terræ.* Quia ego rogo aut pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Ut non deficiat (inquam) nec a te, nec ab Ecclesia mea. Si quando igitur fratres tui titubauerint, tu sollicitus ad eos

conuerte oculos tuos, vigilans super gregem tuam; uade, & uide si prospera sint Gen. 37. 14. cuncta erga fratres tuos, & vacillantes confirmata, & debiles consolida, & errantes reuoca diligenter in viam rectam. *Pactum salu hoc erit in sempiternum tibi, & filius tuus*, his uidelicet, qui sibi succedent 17. in Pontificatu.

Necessitate rursus consequentiæ demonstrat, dum lucem eos uocat. *Vos estis lux mundi.* Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub molio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Vbi attende, quod & sal, & lux est ad aliorum emolumentum, & commodum. Quod commodum bifariam potest communicari, & auctoritate uidelicet, & sanctitate; utramque enim notat & sal, & lux. Sal, conditans uerbo, & exemplo. Lux, illuminans ore, & opere. Auctoritate quidem conditans, dum regit, potestate illa utens ad salutem gentium, & illam diffundens in ministros Ecclesie. Sanctitate conditans, dum uerbo, sed exemplo quoque ostendit eis uiam bonam, per quam ambulent, & prouocat ad ambulandum in ea, sicut Pastor ante oues vadens, & indicat, & inducit ad sua sequenda uestigia. Lux itidem utrumque facit & demonstrat, & delectans. Attamen quia sal uidetur notare incorruptibilitatem, & soliditatem, quæ perpetuò manent in sacerdotali potestate; lux uero aptius figurat illuminationem, quæ fit in sanctitate, & iustitia: ideo salis dedit expressius potestatem, luci sanctitatem. Et quia potestas eius firmo instituto de se permanet in seculum seculi, nec ita ab humanis consiliis pendet, ut ab illis aut deficiat aut diminui possit; ideo de sale agens Dominus, uocatis sal, nullam adhibuit iustionem, aut hortationem, sed naturalem facultatem salis solummodo patefecit, dicens: *Si sal euauerit* &c. Dū uero lucem appellat, eos excitat ad illuminandum tum ratione, tum iustione, ostendens, uidelicet quantum debeant, & præcipiens, ut faciant.

Rationem explicat duplici similitudine, ciuitatis uidelicet, atque lucernæ. De illa inquit.

inquiens: *Non potest ciuitas abscondi supra montē p̄ sita: de hac verò. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modis.* Res (inquam) conspicua. Vos estis, & in propatulo collocata. Vestrū igitur est radiis claritatis vestræ mundū illuminare. Vos veluti ciuitas estis, cuius sunt fundamenta in montibus sanctis. Ite ergo & ostendite vos intuentibus, vt & ipsi ascendere possint ad montem Domini, super quem ciuitas hæc illultris est ædificata. *Ingre- dere* (inquit) *ciuitatem, & dicesur tibi, quid te oporteat facere.* Hæc est enim sola ciuitas luminis plena, quia claritas Dei illuminat illam, & lucerna eius est Agnus. En quanta necessitas illis incumbit vt luceant coram hominibus, & sint tanquam luminaria in medio nationum. Cum enim sitis in alto ob eminentiam dignitatis vestræ constituti, ne velut res parua, quæ eminet, & si eminet, non sita tanquam patens est, veluti lapis vnus, aut arbor, aut etiam domus, sed tanquam ciuitas, eaq; magna valde; profusū necessarium est, vt lumen vestrū procul refulgeat, vt etiam sedentes in tenebris, & in vmbra mortis videant istam vestrā lucem magnam. Rursus. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub medio, sed super candelabrum.* Et hæc, videlicet in alto collocatur, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Digna certe mysteria, & aptæ similitudines, ciuitas sua altitudine, & magnitudine se foris ostendit, lucens in medio nationis prauæ, atque peruersæ, vt annuntietur nomen Domini in vniuersa terra. Lucerna suo splendore non exteriora facit conspicua, sed interiora, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucet enim omnibus, qui in domo sunt. Quæso, putasne intelligi, quæ legis? Proprium enim Ecclesiæ est, in qua Apostolica eminentia emicat, semper se cæteris sua pulchritudine demonstrare, vt ex bonis operibus illam considerantes glorificent Deum, qui talem sibi elegit populum; & iis, qui intus sunt, luceat esse ad illorum dirigendos pedes in viam pacis iustitiæ, & charitatis: ex quo fiat, vt illi videntes credant, isti credentes, bene omnia faciant, & iuste operen-

tur. Primum tamen, ac præcipuum, quod hic intenditur, est ratio euidens, quod Apostoli debeant suo fulgore mundum illuminare, quia ad hoc missi sunt, & in sublimitate constituti.

Quo docemur, vt vnusquisque quod sui muneris est, fideliter exequatur, sicut in corpore vnūquodq; membrum, suū opus operatur, pes, manus, oculus, auris. Sic in templo, vt erant varia instrumenta, ita diuersa erant ministeria. Panes ponebantur in mensa, lucernæ in candelabro, thus in altari aureo, oblationes in arco, non panes in candelabro, aut in mensa lucernæ, & sic de aliis. Ita in hominibus, alia functio Pontificis, alia Sacerdotum, alia Leuitarum, alia vulgi. Omnes itaque suum opus operentur, & ij potissimum, quibus plura sunt distributa talenta. Nec tamen, qui vnū accepit, iuste se excusari posse arbitretur; si dum fuerit negotiatus, lucrū de sibi concessis bonis conueniens, & dignum non retulerit Domino suo.

Tibi dico, qui pauper, qui simplex es, qui inter ea computaris, de quibus scriptum est, quod elegit Deus ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destruat, ob inopiam es quasi non sis, sed Deus, ea quoque quæ non sunt, elegit. *Videte* (inquit Apostolus) *vocationem vestrā fratres, quia non multi sapientes, non multipotentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destruat.* Dictum est enim seruo. *Exi in vicis & platens, & pauperes, ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc.* Hic ergo numquid se excusare poterunt, quod ad Dominicam cœnam non conuenerint, aut conuenientes non induti fuerint veste nuptiali? cur ille, cui obiectum fuit, quod ad nuptias nuptiali veste non indutus, cum intrasset interrogatus, non respondit. Domine vestem, aut pecuniam non habeo, vt veste alba indutus apparere valeam in conspectu tuo? At ille obmutuit: non excusat paupertas, non simplicitas, non ignobilitas, non carnis fragilitas, non sensuū pronitas, non mundi prauitas, non diaboli falsitas, non quidquid sub cælo est, aut in

tertia,

ad. 9.7.

Apoc. 21. 23.

16.

17.

1. Corint. 1.

28.

1. Corint. 1.

26.

LUC. 14. 21.

Matth. 22.

12.

terra, aut subtus terram, omnibus obuiū est regnum cœlorum, omnibus ad salutē patet via, quia *Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; & omnis arbor nulla excepta, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Et ficus infructuosa, etiam si non esset tempus fructorum, maledicta est, & continuo aruit. Ad eodē fuit Deus fructum iustitiæ, vt quouis tempore velit, vt opere mur bonum.

1. Tim. 2. 4.
Matt. 3. 10.
Matt. 21. 9.

18. Nunc tandem veniamus ad præceptum Domini lucidum, & expressum. Hoc est, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Iam eos demonstrauit ad hoc teneri cum sint lux, ciuitas, lucerna, & in edito loco positi, nunc præceptum explicat. Si lux estis, *luceat lux vestra.* Si estis ceteris prælati, & in principatu constituti, *luceat lux vestra coram hominibus.* Hæc est conclusio, quæ se ad nos quoque protendit, quibus dicit Apostolus. *Eratis aliquando tenebra nunc autem lux in Domino.* Qui propterea hinc deducit conclusionem istam. Vt filij lucis ambulare, quod est dicere. *Luceat lux vestra.* Neque enim lux est, quæ non lucet; luminaria enim fecit Deus ad illuminandum. *Fiant, inquit, luminaria, & illuminent terram.* Nunc Christiane, num lux es? num filius lucis, id est homo illuminatus, aut luminosus? Vbi est lux tua? Vbi radij ex te procedentes? Mandatum lucerna est, & lex lux, præceptum Domini lucidum illuminans oculos? Hoc si fuerit in corde tuo, in ore tuo, in manu tua, luce splendida fulgebis.

Eph 5. 8.

Gen 1. 24.

Hortatio.

Pr. 6. 23.

Psal 18. 9.

Ne mihi dicas: bonus sum, non facio cuiquam iniuriam, ambulo in conspectu Dei, iudex meus est in cœlo. Non mihi est curæ, quid de me sentiant homines: qui vident ea solum, quæ patent. Non sic impie, non sic. *Luceat lux vestra coram hominibus,* Deo quidem debes, sed hominibus quoque debitor es. Sol illuminat superiorem sibi partem cœli, vbi Stellæ splendent in lumine suo, at infra se quoque emittit lucem suam, vt appareat Arida, & Luna resplendeat, & nos videamus, & vi-

19.

uamus. Primum quidem est mandatum. *Diliges Dominum Deum tuum:* secundum autem simile est huic. *Diliges proximum tuum;* quod vt fit opere, & veritate, *luceat lux vestra coram hominibus.* Quomodo verò sic vt videant opera vestra bona, & glorificent Deum, & Patrem. Sic lucebat Abram, cui dicebant gentes. *Princeps Dei es apud nos.* Sic Isaac, cui dixit Rex Gerare, cum principe militiae suæ. *Vidimus Dominum esse tecum.* Sic Iacob, ideo scriptum est. *Terror Dei inuasit omnes ciuitates per circuitum, & non sunt ausi persequi recedentem.* Si extra hominum conuersationem degeres, forsitan satis esset, vt esses tibi ipsi sapiens. Sed vbi tot sunt conuiuantes in mensa Domini, te ipsum exhibere præsentem, non indutum veste nuptiali, hoc te reum facit, hoc te condemnat. Ambula nudus, & spoliatus, vt liber in domo tua, in cubiculo tuo, in cubili tuo; vbi Deus solus intuetur, sic ambula coram Deo, vt ei placeas, qui te probat. At in turbarum, & platearum ciuitatis, dicturus es cum Apostolo. *Per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.* Sed vnde mundo a scandalis, vnde Cain, vnde Balaam, nam etiã scriptum est: *Va iis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt. Et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Ecce quod nos ducit lex, nempe ad Deum, nam legis, & operum bonorum finis Deus est, vt tribuatur illi honor, & gloria. *Omnia* (scribit Paulus) *in gloriam Dei facite.* Illi soli gloria, nobis autem confusio. Sed concupiscentia mala etiã gloriam Dei sibi vsurpare contendit, nedum cetera bona; quod faciens digna est confusione; verum, & malè operans sibi sapiens, & iusta, & bona videtur. De hac dicit Salomon. *Relinquit ducem pubertatis suæ, & oblita est pæcti Dei sui.* Virum, videlicet offendit, & Deum. Lex quidem nos Deo coniungit, & hominibus, vt suū vniciq; tribuamus. Et hæc est sapientia, quæ hominem custodit ab hac muliere aliena, nempe, concupiscentia; sibi enim inuicem aduersantur sapientia, & concupiscentia. Illa ordinat hominem cum

Mat. 22. 37

Gen. 23. 8

Gen. 26. 11

Gen. 25. 5

1. Cor. 10.

35.

Mat. 18. 9

Iuda. 11.

20.

1. Cor. 10.

31.

Pro. 1. 17

E.

18.

P.

G.

c. catu-

creatura, & cum creatore. Hæc oblita est pacti Dei sui. Lex dicitur pactum, fœdus, testamētum: est enim firma, & vltima voluntas eius, qui pepigit fœdus cum hominibus, vt custodiant testimonia eius, & legem eius exquirant: quod fœdus, seu pactum, quasi testamentum firmatum est. Concupiscentia oblita est pacti Dei sui; quia legē a deo transgreditur, vt post se relinquat, illiusq; obliuiscatur.

11. Hoc nobis Salomon sub malæ mulieris figura, vt solet, graphice depingit. Ideo postquam ad Sapientiam est adhortatus; quam vtilis sit volens admonere, subiungit. *Vt eruaris ab aliena, & ab extranea, qua mollit sermones suos, & relinquit ducem pu- bertatis suæ, & oblita est pacti Dei sui.* Ducē puertatis vocat virum, quem habuit in iuuentute sua, qui dicitur dux eius, quia mulier virum debet sequi, & obsequi illi, sicut & homo legem debet sequi, atque ita obsequi Deo, obsequium illi præstans & obedientiam. Sed aduersaria concupiscētia totum molitur oppositum. Aliena est, & extranea, quia nō est homini iure coniuncta, sed contra fas, & contra natura- le, & cœlestē præscriptum. Aliena patiter, quia hominem trahit ad ea, quæ maximè illi sunt incongrua, quin & nociua, nempe ad opera mala. Hæc vt contraria legi mollit sermones suos. Heu! ne seducaris homo blanditiis concupiscentiæ; quæ grata, & voluptuosa suggerere videtur, sed certè impensè noxia. Durum tibi viderur quod iubet lex, quæ scripta est in lapidibus? aspera tibi proponere illam existimas; & mollia tibi suadere concupiscen- tiam? Attamen quæ dulcedo, quæ mol- lities fuit populi adorantis vitulum, dum lex in tabulis scriberetur? Ad iram prouocauit Deum, qui si non Moyſes restitisset, totum illum populum delere decreuerat: placatus tamen vitus est iniuria nece adorantium, qui fuerunt viginti tria milia. Ita & viæ huius concupiscentiæ sunt viæ inferi penetrantes interiora mortis. Per inferos autem, & mortem, tribula- tiones quoque huius vitæ intelliguntur. Molles quidem fuerunt Eux sermones, quæ viro suæ dedit pomum; sed ista mol-

lities eos fecit loci voluptatis extorres, ad labores misit, ad spinas, & tribulos, & mo- lestias, vt illa filios pareret in dolore, ipse verò nutrirer in labore, O molities du- rissima, o amarissima dulcedo! Sed quid est quod relinquit ducem puertatis suæ? coniuges in iuuentute vt plurimum ardēti amore coniunguntur. Ergo concupi- scentia illum relinquit, quem ardenti a- more debet prosequi; quam verò ardenti? *Qui suam uxorem diligit, se ipsum diligit, Ephes. 5. 28* (inquit Apostolus.) *Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Iubet Deus. Ergo 18 quem vt teipsum amare debueras, ductus concupiscentia relinquis, qui si non aliud detrimentum à te acciperet, hoc non est Matth. 22. 39. minimum, vt videat opera tua mala, vt scandalizetur in te, vt malè viuendo, il- lum perdas, pro quo Christus mortuus est; vt id destruat mala vita tua, quod construit bona, atq; pretiosa mors Chri- sti. Neque hic fistit concupiscentia, quæ continuò exardescit sicut ignis, etiam templum inuadit, etiam diuina per Deum ipsum ingredi non veretur, ponit os suum in cœlo, bellum facit sanctis, atque tan- dem per transgressionem legis Deum in- honorat. Legem ergo, o homo, legem Pro. 4. 5. meditare, posside sapientiam, posside pru- dentiam, & in omni possessione tua acquiræ prudentiam, & ne obliuiscaris legem Dei. Sal vrens si tibi viderur lex, rumina dili- genter, & eius dulcedinem senties, atque suauitatem. Nedum sal est lex, verum & lux gratissima, quæ oblectat animam. Hanc igitur ne despicias: si se laetauerint Pro. 1. 10. peccatores, si mollit concupiscentia ser- mones tuos, si blanditiis pellicit extranea, tu ne dimittas legem matris tuæ. In lege Eccles. 15. 2. Domini meditare die, ac nocte & obuia- bit tibi quasi mater honorificata, vt adda- tur gratia capiti tuo; & gloria cordi tuo. Quoniam quicumque glorificauerit me, 1. Reg. 2. glorificabo eum. Dicit Dominus, quod 30. dignetur facere, & nunc, & in perpetuum. Amen.*

H CON-

CONCIO SECVNDA,
ARGVMENTVM.

Quid Diues, & quid pauper inuicem sibi prestare debeant. Quomodo opera nostra sint lux, & quomodo videri debeant à proximis nostris, vt inde sequatur gloria Dei. Hoc tractatur optimè & mirè.

1. **Q**uo modo summus moderator æqualia componat, temperet in æqualia, vt ex his pulchrum quid resultet, atque conueniens; in his rebus maximè intelligitur, quæ illius apud nos præsentiam protestantur, videlicet Cherubim gloria & arca testamenti. Erant illi sedes Dei. Vnde Propheta. *Qui sedet super Cherubim* Erat hæc scabellum pedum eius, iuxta quam canitur in eodem Psalmo. *Adorate scabellum pedum eius*, Cum autem scriptum sit: *Cœli sedes mea*,

Isa. 66. 1.
Apoc. 11.
Ioban. 14.
2. 41.
1. Corin. 15.
16.

2. **Q**uamuis in illa mansiones multæ sint, & alia sit claritas Solis, alia Luna, aliaque stellarum, & stella differat à stella in claritate; participatio tamen huius ciuitatis Ierusalem in idipsum, quandam ponit in eius ciuibus congruentiam, imò & communicationem, vt iisdem bonis beatificentur, eodemque prorsus cibo cuncti fatientur: At verò Arceæ varix erant, imperfectæque mensuræ. Nam *latitudo habebat duos, & semis cubitos, latitudo cubiti cum dimidio, altitudo cubiti similiter, & semissem.* Vnde & cubiti simul collecti, erant quinque & semis, quia huius creationis moles plena est, nedum circumdata varietate. Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, quæ tamen tanta varietas ab infinita opificis sapientia in vnum colligi-

Ex. 25. 10.

tur, sicque sibi mutuo cohærent partes vniuersæ, vt vniuersus mundus esse dicatur. Quam sapientiam volens nobis primus scriptor ob oculos ponere, à partibus magis quam ab ipso toto voluit mundum ipsum denominare, dicens. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Qui mos loquendi in Scriptura veteri frequentissimus est.

3. At inter has varietates præcipua est hominum diuitum, & pauperum. Quam ideo sapiens potissimum considerauit, atque propoluit, vt in qua maximè apparet diuina prouidentia, quæ illos simul coniungit mirabiliter. Dicit ergo Salomon. *Diues, & pauper obuiauerunt sibi, vtriusque operator est Dominus, sibi occurrunt homines*, tam varix conditionis etiam corporali occursum, sed maximè in hominum consideratione forsan admirantium, cur iste sit diues, hic verò pauper: sed cum vtraque conditio ex Deo sit, qui pauperem facit & dicit, nostrumque bonum spectat in operibus suis, exploratissimum est, has sibi mutuo sic cohære diuersitates, vt subsidium sibi sint magis, quam dissidium, quia nec pauper sine diuite, nec diues sine paupere viuere potest commode, & in paupere commendatur humilitas, & in diuite misericordia. Sed componit Deus, & ordinat non ea solum, quæ ipse fecit, quæ bona sunt omnia, neque sibi iniucem aduersatur: sed cum suis nostra quoque, quæ ab illis quam longissime distant, immò & illis contraria sunt, & aduersantia, vt ex vtriusque, bonis videlicet & malis, appareat in operibus eius & bonum, & pulchrum, idque euidentius. Quid verò aliud sonant verba illa Prophetica citata ab Euangelista. *Populus, qui sedebat in tenebris, vidi lucem magnam, & sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis.* Nonne illuminare luce regionem, quam Hebraei incolebant, & penitus obscurata Ægypto, opus Dei clarius resplenduit: ita mundo tenebris obruto lux Apostolica superueniens gloriam Altissimo tribuit euidentius. Quod Dominus his verbis facit nos intelligere. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum*

Pro. 22. 2.

4.

Isa. 9. 1.
Matt. 4. 16.

Sap. 18.

strum, qui in caelis est. Quæ maiores diuitiæ, quàm lucis abundantia, & diuitiæ salutis? Quæ maior inopia, quàm cordis cœcitas, & veri luminis ignorantia? Ideò quem Deus vocat pauperem, & nudum

Apoc. 3. 17. sic hortatur. Collirio inunge oculos tuos, ut videas. Matt. 7. 6. ut videas.

Sic diuites erant Apostoli, margaritis ornati, quas ante porcos iubetur ut non mittant. Sic pauperes erant homines, qui à veritate aberrabant longissime. Ut ergo sibi obuiet, præcipit Dominus. *Lucent lux vestra coram hominibus.* Quos verò homines intelligat, nõ aperit, intendens, quòd omnes essent in tenebris, atq; ideò egentes vniuersi hac gloria Dei, ac luce superna, & hos & illos operatus est Dominus, idcirco vult omnes saluos fieri.

3. Quoniam verò non Apostolos modò, verù hieles omnes vult Deus esse lucentes, filios lucis lucèq; ipsam. Vnde Paulus: Eph. 5. 6. Fuisse aliquando tenebra, tunc autem lux in Domino. Ideò quod Apostolis dicitur: Luceat lux vestra, nobis omnibus dicitur. Sint Apostoli veluti luminaria magna. De nobis quoque scriptum est. 1. Corin. 15. 42. Alia claritas stellarum, stella autem à stella differet in claritate.

Duo ergo nobis veniunt consideranda. Quid videlicet diues, quid pauper præstare debeant, ut de illis sit verum. *Diues, & pauper obuiauerunt sibi.* Diuitis est tribuere, Pauperis accipere. Lux se diffundit, ut qui in tenebris est, videat, & eam suscipiat. Lux quidem erant Apostoli, quia lex ignea erat in eorum manibus. Nam *lex est lux.* Portabant enim Euangelium, quod est *præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, per totum orbem terrarum. At verò, ut lucidius appareret ista lux, debuit non in ore tantum modo sonari vox euangelizans, sed in manibus quoque, idq; in primis. Ideò speciale præceptum istud dat illis Dominus. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Non dixit, ut audiant verba vestra vera, sed, *ut videant opera vestra bona*, que tamen bona non essent, si iuxta præscriptam legis, quam euangelizabant, facta non fuissent. Monuit autem

Deus autem lux 1. h. 1. 3. est, & tenebra in eo non sunt vlla: Lux er- Gen. 1. 3.

go est opus illud, quod illo authore iusti homines operantur, ut non frustra videas primum opus distinctum in mundi creatione, perfectam fuisse lucem; quasi reliqua postmodum subsecuta proprietatem traxerint omnia ab ipsa luce, ut lucerent omnia, in quibus eluceceret Diuina sapientia, ac bonitas, quæ opera ideò cum fuissent perfecta vidit Deus, ut visibilia quædam, atque clara, quæ spectanda proponeret vniuersis. Opus ergò, quod à luce veritatis procedit, & cuius primum agens Deus est, meritò lux dicitur. Et hinc surgit secunda ratio huius nomen clarura, quia cum tale opus sentiat suam originem, quæ lux est, lucidum sit, necesse est, clarum, splendens, cœlestique fulgore decorum, ac pulchrù. Verè autem iustorum opera sic lucent, oculosque intuentium miro modo delectant. Ideò enim sponsa Agni visa est o- Apoc. 19. 8. perla, & ornata byssino splendens, & candido, & declaratum est, quod byssinum iustificaciones sanctorum sunt. Hinc, & Sapientia luci comparata inuenitur Sap. 7. 29. prior. Initium autem, quod est perfectio sapientia, est timor Dei, per quem reuerentiam intelligimus, obedientiam, atq; cultum Dei, ut verè is solus sit sapiens, qui virtutem colit; neq; enim aliud

7.

8.

H 2

est hu-

de bonis operibus, ut iustionem illam ad nos quoque deriuaret, ad quos non omnes pertinet prædicare, sed quibus necessitas vniuersis incumbit, ut operentur bonum ad omnes.

Nos igitur mandatum istud attendamus. Vbi primum videamus, cur opera bona lucis nomine designentur. Cuius rei prima ratio est, quia videlicet opera sunt veritatis, & lucis, quibus ambulant in veritate, de quibus dicitur: *Lux orta est iusto.* Psal. 96. 11.

Qui enim illuminatos habet oculos cordis sui, perspicuens in mandatis Dei, intelligit, quæ facit, ambulans in veritate. Cum igitur opera illius à luce orientur, lucida esse oportet, atque fulgentia. Idq; potissimum, quoniam, quæ sic fiunt, primum authorem habent Deum, à quo bona cuncta procedunt. *Deus autem lux 1. h. 1. 3. est, & tenebra in eo non sunt vlla: Lux er- Gen. 1. 3.*

go est opus illud, quod illo authore iusti homines operantur, ut non frustra videas primum opus distinctum in mundi creatione, perfectam fuisse lucem; quasi reliqua postmodum subsecuta proprietatem traxerint omnia ab ipsa luce, ut lucerent omnia, in quibus eluceceret Diuina sapientia, ac bonitas, quæ opera ideò cum fuissent perfecta vidit Deus, ut visibilia quædam, atque clara, quæ spectanda proponeret vniuersis. Opus ergò, quod à luce veritatis procedit, & cuius primum agens Deus est, meritò lux dicitur. Et hinc surgit secunda ratio huius nomen clarura, quia cum tale opus sentiat suam originem, quæ lux est, lucidum sit, necesse est, clarum, splendens, cœlestique fulgore decorum, ac pulchrù. Verè autem iustorum opera sic lucent, oculosque intuentium miro modo delectant. Ideò enim sponsa Agni visa est o- Apoc. 19. 8. perla, & ornata byssino splendens, & candido, & declaratum est, quod byssinum iustificaciones sanctorum sunt. Hinc, & Sapientia luci comparata inuenitur Sap. 7. 29. prior. Initium autem, quod est perfectio sapientia, est timor Dei, per quem reuerentiam intelligimus, obedientiam, atq; cultum Dei, ut verè is solus sit sapiens, qui virtutem colit; neq; enim aliud

7.

8.

H 2

est hu-

est huiusmodi sapientia, quam virtus, iustitia, & obseruatio mandatorum Dei.

Prou 3. 17. Ideo legimus de sapientia: *Via eius, via pulchra, & omnes semite illius pacifica,*

Eccli. 24. 24. & ipsa de se: *Ego mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancta spei.* Et quæ alia est nisi virtutis pulchritudo, de qua laudantur cœlestes sponfus, & sponsa: certè spiritualem hæc speciè spectabat canens Propheta de Christo.

Psal. 44. 3. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna.* Eandem pariter Christus Ecclesiã suam compellans. *Quam pulchra es (inquit) amica mea, quam pulchra est Totapulchra es amica mea, & macula non est in te. Quid igitur mirum si se diligant?*

Cant. 4. 1. 7. Hinc Paulus: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aqua in verbo vite, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sed, ut sit sancta, & immaculata.* Vides Paulum de pulchritudine sanctitatis eam commendantem, quam Christus summè diligit. Num ergò bona opera, lucis nomine non debent appellari, quæ omnes suo splendore delectat?

Eph 5. 25. Tanta verò bonorum operum splendens species, & forma virtutis est, atque potentia, ut non Christum modò, sed etiam probos viros, sed omnes prorsus etiam facinorosos in sui amorem illiciat. Homines virtute præditi ab omnibus diliguntur, laudantur, habentur in pretio. Neque causam aliam, cur aliquis odio habeatur, spernatur, euitetur, quisquam proponere consuevit, nisi quia malus est, vitiosus est. Nam & pessimi Iudæi hoc Christo Domino impingebant. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Si non esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum. Blasphemauit. Reus est mortis. Et propterea hoc est bonum nomen, quod proferendum censet Salomon diuitijs multis. *Melius est (inquit) bonum nomen, quam diuitia multa: super argentum, & aurum gratia bo-*

Ioh 9. 24. 18. 30. *na.* Hebræa non habent bonum, sed simpliciter, melius est nomen, pro quo tamen intelligunt famam, qua quis bonus, sapiens, fortis, & huiusmodi prædicatur. Hæc enim fama gratum reddit hominibus vitum studiosum, ac sanctum. Ideo sapiens addit. Gratia super aurum, & argentum bona est, sicut enim nomen super diuitias multas bonum est (sic enim Hebræi circumloquuntur comparatiua, quibus carent) sic gratia, qua quis Deo, & hominibus gratus est, bona est super quæcumque pretiosa, secundum quem sensum infra dicit idem sapiens. *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.*

Secundò igitur videamus, quid ex hoc conficiatur, ut scilicet homines huius lucis atque pulchritudinis studium debeant adhibere; quando inter laudes virorum gloriosorum, & hoc ponit alter Sapiens. *Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in dominibus suis.* Iis eisdem duabus rationibus, quibus iustitiæ opus lux dicitur, ostensum est, excitari ad cultum virtutis deberi hominem. Quarum prima fuit, quod opus illud ex veritate, & ex Deo progignitur. Quando Deus populum suum sponsæ, atque vxoris dignatur nomine, num fuerit absurdum, iustitiæ fructuose & opera, cõmunes filios appellare Dei, & viri iusti: *Respice (inquit Psaltes) in seruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum: Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos.*

Cur enim & sapientia se dicit matrem dilectionis, aliarumque virtutum, fructusque suos, qui sunt iustitia nostra, vocat generationes suas? *In me (inquit) gratia omni via & veritatis, in me omnis spes vite, & virtutis.* Transite ad me omnes, qui

Prou. 22. 1. *qui*

9. **Eccli. 44. 6** **Psal. 89. 16** **Eccli. 44. 6** **Psal. 89. 16** **Gen. 1. 24** **Gen. 1. 24**

9. **Eccli. 44. 6** **Psal. 89. 16** **Eccli. 44. 6** **Psal. 89. 16** **Gen. 1. 24** **Gen. 1. 24**

9. **Eccli. 44. 6** **Psal. 89. 16** **Eccli. 44. 6** **Psal. 89. 16** **Gen. 1. 24** **Gen. 1. 24**

qui concupiscitis me, & à generationibus meis impleremini. Hæc autem, quæ hic loquitur, & increata intelligitur, & creata sapientia. Deus enim qui est increata sapientia, generat, & producit opus bonum. Quod idem generat, & creata in hominum mentes infusa, qua & docentur, & mouentur, vt benefaciant.

10 Quod ergo ab vtraque factum est, vtriusque & generatio est, & proles. Et hæc est ratio firmissima, quam obrem Deus animæ decorem concupiscat, qui profectò alius non est, quam speciositas sapientiæ.

89. 7. 29. *Est enim hæc speciosior sole, nempe, vt cum ea, veluti sponsa coniungatur, ad prolem hanc sanctarum virtutum procreandam. Nam si decore isto careat, sterilis est, vt opus veræ iustitiæ producere non sit potens, in cuius tamen genituræ adiutorium facta est mulier: quod quidem adiutorium, vt viro simile sit, decretum est. Vir autem iste sapientia est increata; ergo & anima illi coniungenda sapiens esse debet. Propterea, quæ vitia sequitur, ab illo repudiatur, vt est in Propheta. Ipsa non uxorem, & ego non vir eius, auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum.*

11 Hinc ergo ratio trahatur, cur bene faciendum sit, nempe ob nobile connubium, & ob communem filium. O quanta dignitas! o quanta fœlicitas, consortem esse Diuinæ naturæ, Deoque ipsi coniungi, vnaque sic constringi, vt cum veritate dicatur. *Dilectus meus mihi, & ego illi, laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Et verè iam sint non vna caro tantum; sed etiam vnus spiritus. O homo si scires donum Dei, & quis est, qui tecum contrahere vult cœlestis coniugium, nunquam deheres a bono opere, in quo, Deo adhæret anima, tanquam sponsa in cubili suo. Quæ mulier habens drachmam consilii, atque sapientiæ, si esset nuptura, nollet cum summo, atque omnium principe nuptias obire? An non libentissimè relinqueret patrem, & matrem, vt tanto coniugi dulciter adhæreret? An non obliuisceretur populum suum, & domum patris sui, ita quod si diceretur illi, sicut Rebecca dictum est. *Vs*

ire cum homine isto? non statim responderet. *Vadam?* Sed nos ignoramus, quid agere debeamus.

Sed & hoc auget rationem istam, quod sterilis non est in eis, qui hoc sacro coniugio copulantur. Nam copula ista nunquã est sine conceptu, nunquam sine prole, eaque digna tantis parentibus. O excellentissimum opus, quod cum Deo patrat ab homine iusto. De sole sapiens scriptum est. *Vas admirabile, opus excelsi.* Sed excellentius est opus istud. Illud est opus nature, hoc gratiæ. De cœlis scriptum est. *Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut vestimentum veterascent.* At opus bonum, quod est iustitia, permanet in sæculum sæculi. Pondera tu valorem boni operis, & intelliges, quod omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Nam virtus prodians ab anima continente, & casta generatione, quam solam sibi assumit sponsam Rex vniuersæ terre, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Sed hoc quia etiam in sequenti ratione clarius elucescit, ad illam transeamus.

Lucem diximus appellari opus bonum ex hoc, quod cum a luce Diuinæ sapientiæ ortum habeat, claritatem quandam secum affert, pulchritudinem, atque splendorem, vt lux videatur iure posse denominari. Quæ claritas multum allicit homines ad ipsius operationem. Si enim ex hoc placeat homo hominibus, ipsiq;, & Deo gratus est, & carus, cur ipse sibi non placeat? Paulus, qui sedulo cauens quidquid meriti posset cuiusque displicere, iuxta quod dicebat. *Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo.* Ita sibi in beneficiis placere studebat, vt gloriaretur in infirmitatibus, ac tribulationibus suis, quæ illi essent occasio exercendæ virtutis, quæ illum sibi ipsi gratum redderet, atque placerentem: cuius idcirco verba sunt illa. *Placet mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: & certè dici non potest quanta sit animi quies, ac delectatio, vbi est conscientiæ serenitas. Ad hoc enim verum, plenumque gaudium, frequentif-*

manos suadet Diuina Scriptura, iubens, ut in Domino gaudeamus, atque ut gaudium nostrum sit plenum, flagitemus.

Isai. 46. 11. Propterea qui vocauit ab oriente iustum, ut sequeretur se, posuit quicquid, ut lapidem primarium in domo sua, vnigenitum filium, quem non ex voluntate carnis genuit, sed ex vi promissionis, iussit, ut

Gen. 17. 19 Isaac appellaretur. Habuit quidem Abraham, & alios filios, ut Ismaelem, & qui ex

Gen. 21. 6. Cetura nati sunt illi; Isaac tamen à Deo ipso vnigenitus dicitur. Eumque voluit Isaac appellari, quod est gaudium, quia hunc solum genuit ex diuina promissione,

Gal. 4. 24 quasi ex spiritu. Vnde & à Paulo dicitur natus secundum spiritum. Hunc solum voluit esse proprium semen sancti Patriarchae, in quo diuina implerentur promissiones. Quid quæso hoc docemur mysterio? Isaac filius est iusti, propter quem

Genes. 17. fides illius reputata est ad iustitiam. Hoc est opus bonum, ex fonte procedens veritatis, atque iustitiae. Hoc solum genitoribus

17. 18. 10. trisum conciliat. Risit Abraham, risit Sara, audientes promissionem de illo. Risus merito dicitur est filius ille, gaudium merito dicitur opus iustitiae: atque ideo dicitur lux.

Eccl. 11. 17 Quia lux oculorum lætificat animam, & dulce est lumen, & quando lux

Psal. 96. 11 orta est iusto, tunc restitit corde lætitia orta est.

13 Heu! homines, quid queritis aliud in hoc mundo nisi gaudium? nisi delectationem? nisi voluptatem? rectè. Ad hoc enim nati sumus, hic est finis. Vnde fidelis seruo, qui bene se gesserit in obsequio Domini, dicitur ab eo. *Eugè serue bone & fidei, intra in gaudium Domini tui.* Sed

Mat. 25. 21 quam via peruenitur ad gaudium? Certè non per aliam, quam per bona opera. Facias quidquid velis, sollicitus sis erga multa, & plurima; ex vno hoc quod est opus bonum, qui est vnigenitus, gaudium erit tibi semper. Numquid non obseruasti, quod ex Ismaele durities cordis contigit Abraham? Dixit ei Sara. *Eiice ancillam, & filium eius: & dnrè accepit hoc Abraham pro filio suo.* Quidquid aliud facias præter opus bonum, quidquid secundum carnem (nam Ismael, teste Apostolo,

natus est secundum carnem) spinas, & tribulos germinabit tibi. Id tibi procul dubio eiciendum erit, si id feceris per obedientiam, sicut fecit Abraham, molestia illa liberaberis. Audies enim dicentem Deum. *Non tibi videatur asperum super puero: Si id exequi detractaueris, inuitus id patieris.*

Quid aliud intendit Salomon in parabola illa. *Qui calumniatur pauperem, ut auget diuitias, dabit ipse ditiori, & egebit?* Quid putabas? augere diuitias? dicere animæ tuæ; Requiesce, bibe, & epulare: sed auolabunt hæc diuitiæ tuæ, facient sibi pennas, & fugient à te. Tu eiciis opus secundum carnem, dabis ditiori te. Necessitate coactus, ut in eas gratiam poteritorum, & ab iis protegeris, dabis münera, vel etiam à principibus spoliaberis, ut in egestatem decidas. Sed vnde cunque id eueniat, non

Prover. 11. 4 proderunt diuitiæ in die ultionis, quando rationem illarum reddes, quando redimet Dominus pauperem à calumniis hominum, & à diuitum oppressione. Vocauit Dominus Abraham ab Oriente propter semen sanctum, propter vnigenitum: ut in semine eius benedicerentur omnes gentes, & nos vocati sumus, ut Deo seruamus in sanctitate, & iustitia, & gaudeamus in Domino semper. Hoc igitur exequamur.

SECUNDA PARS.

Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Verba ista in pauperem respiciunt, qui à diuite suscipit diuitias gratiæ, vnde sustentet paupertatem suam, vel etiam ex iis, & ipse ditescat. Duo autem tanguntur ad illum pertinentia, nempe, ut videat iustorum opera, & ex iis glorificet Deum Patrem. Vbi imprimis nobis occurrit proverbium Salomonis. *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne forte disces semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.* Homo est animal sociabile, facile ab his trahitur, quibuscum vitam ducit, & ad consuetudinem illorum facile inclinatur. Ideo saluberrimum documentum est, ut ab iis elongetur, qui

Gen. 21. 6

Prover. 11. 4

164

Prover. 11. 4

Gen. 21. 6

164

20

14

Prover. 11. 4

24.

sua

sua necessitudine ad malum trahunt: Is
 verò adhareat, sitque familiaris, quorum
 15 iusta sunt opera, & recta consilia, vnde
 melior fiat. Ideò Salomon causam ex-
 pressit, quare ab iracundo, & furioso re-
 cedere debeamus. *Ne forte (inquit) dicas*
semper eius, & sumas scandalum anima
sua. Ne & tu iracundus fias, atque furio-
 sus, quod tibi erit in scandalum, vt cadas.
 Specialiter iracundos euitare monet, tum
 quia frequens præbent exemplum iracun-
 dia, tum quia etiam occasionem præbent
 irascendi his, quibuscum habent necessi-
 tudinem, illos sepe suis offensionibus ir-
 ritando, vt sic discamus, ab iis potissimum
 elongari, quorum consuetudo propen-
 sius ad peccandum prouocat. Propterea
 Dominus vult seruos suos cœlestis con-
 uersationis radios quocunque diffunde-
 re, vt omnibus pateant bona opera, quæ
 inuenientes ceteri folerter imitentur, vt me-
 ritò fideles ab Apostolo vocentur lumi-
 naria. Dicit enim. *Sitis sine querela, &*
simplices filii Dei, sine reprehensione in me-
dio nationis praua, atque peruersa: inter
quos lucet sicut luminaria in mundo. At-
 que ita inexcusabiles si sint, qui lucem o-
 dio habentes operibus instructuosis reab-
 2. Cor. 14. brarum potius delectantur. Hoc est e-
 nim quod dixit Apostolus. *Deo gratias,*
qui odorem notitiae suae per nos manifestat in
omni loco: quia Christi bonus odor sumus
Deo in iis, qui salui sunt, & in iis, qui pe-
reunt: alii quidem odor mortis in mortem;
alii autem odor vitae in vitam.

Intelligat ergo populus Christianus,
 quid illum maneat nempe mors, nisi vi-
 deat bona opera iustorum ad faciendum
 ea; & quam graue iudicium illi immi-
 16 neat, si ab his oculos auertens, ad fabulas
 conuertatur, & ad ea, quæ sibi noxia sunt,
 intendat vultum suum. Quod certe et-
 iam contra ipsam naturam est, quæ pul-
 chris delectatur, quæ auersatur turpibus,
 quæ offenditur indecoris, ac vilibus. Sues-
 lutum quarunt in quod inuoluantur. Dæ-
 mones, ne sic inquinarentur ingressi in
 porcos, in mari potius demergi cum illis
 vulerunt. At tu miser in caeno delectaris,
 & in vitiorum sterquilinio auidius perspi-

cis, & quaris, quæ offendunt intuirum
 magis quam quæ recreant.

Quod est mali animi certum si-
 gnum. Inter similia enim plerunque ac-
 cenditur amoris flamma. Malus itaque
 malis oblectatur. Vnde crabrones, qui
 è stercore nascuntur, in stercore volu-
 tantur maximè. Hac ratione, amici Iob
 cum in viro videre potuissent illius vir-
 tutes, quas ipsemet eorum importuni-
 tate coactus recenset, & scriptura ipsa
 refert, vocans illum *simplicem, rectum, ac*
106 37. timentem Deum, atque à malo recedentem;
Iob. 1. 7. versi sunt magis ad ea, quæ mala ipsi re-
 putabant eidem obiectanda, & exprobran-
 da, quasi & atrociter infortunia ferret,
 quasi illa sibi comparauerit iniquitati-
 bus suis. Adeò, vt qui tertius loquu-
 tus est, dixerit, quod *multo minora exi-*
Iob 11. 6. gerentur à Deo, quam illius iniquitas me-
ruiisset. Quin & Satan ipse aures auertens
 à laudibus quas Deus dabat sancto viro,
 vituperationes ingessit etiam falsas. Dixit
 quippè illi DEVS. *Nunquid considerasti*
Iob 1. 8. seruum meum Iob: quod non sit ei similis
in terra, homo simplex, & rectus, ac ti-
mens Deum, & recedens à malo? At ho-
stis ille pessimus. Nunquid Iob frustra ti-
met Deum? nonne tu uallasti eum? &c.
Et possessio eius creuit nimis? Sed extende
paululum manum tuam, & tange cun-
cta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit
tibi. Ita faciunt Satanicis viri, quarunt
 in proximo quod arguant, & si non in-
 ueniunt, fingunt. Quin & quæ sim-
 pliciter, studioseque facta sunt, malè,
 vt reprehendere possint, interpretantur.
 Id quod cum Dauide, & nunciis eius
 peruerse sentiens fecit Rex Ammonita-
 rum. *Misit namque Dauid ad Regem con-*
1. Reg. 10. solans eum per seruos suos super patris in-
2. teritu. Quam legationem in prauum su-
 mentes principes filiorum Ammon, ar-
 bitrati sunt, quod esset facta, vt inue-
 stigaret, & exploraret ciuitatem, ad e-
 uertendam eam, quod illorum interitus
 causa fuit. Iuxta ergo Domini nostri do-
 ctrinam videant homines hominum o-
 pera bona, eaque studiosius contemplan-
 tur.

Atque

Atque proprium naturalemque fructum inde carpentes (quod erat secundo loco videndum) Patrem honorificent, qui in cœlis est. Quem securus Petrus his verbis fideles cohortatur. *Carissimi obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam; conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrahant de nobis, tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Glorificatur autem Deus per bona opera seruorum suorum. Primum ex hoc quod sanctitas illius clarescit, habeturque explorata, quæ est gloria maxima, quam Deus exigit ab operibus manuum suarum. Suam quippe potentiam, atque sapientiam in opere creationis patefecit, perpetuoque in creaturarum omnium moderatione manifestat.

Sed quod magis ad rem facit, sanctum vult Deus ab vniuersis cognosci, ac prædicari. Ideo cœlos novos parauit, ac terram nouam, ut qui in veteribus sapiens corde, ac potens robore fuerat agnitus, sanctus in nouis ab omnibus videretur, & laudaretur. Hinc est, quod in naturæ molitione suam sapientiam velut effudit super vniuersa, quæ fecit, ut in iis appareret illa quasi in imagine. Quod notauit sapiens de sapientia scribens. *Vnus est altissimus*

Eccl. 1. 8. creator omnipotens ipse creauit illam in Spiritu sancto & effudit illam super omnia opera sua. At verò, ut appareret in iustitia, &

sanctitate nouam creaturam iustitia asper-

fit, ac sanctitate dicente Petro Apostolo. *Nouos cœlos, & nouam terram secundum promissam ipsi expectamus, in quibus iustitia habitat.* Id quod & perfecte implebitur in perfectione iustitiæ, summæque ciuitatis cœlestis decore, sic continenter fit in noua creatura, quæ nouo spiritu augetur, nempe in fidelibus, qui deposito veteri homine nouum induti, renouantur de die in diem. Hi quippe sunt noui cœli, nouaque

2. Pet. 3:13 Leuit. 11. 44 terra, in quibus iustitia habitat, qui obedi-

1. Pet. 1 16. 10. 40. dentes sunt voci Domini, dicentis. *Sancti estote quoniam ego sanctus sum.* In his ergo reuelat Deus, notamque euidenter fa-

cit sanctitatem suam. Quod quia in aduentu Sancti sanctorum maxime fecit, propterea Isaias, quando vidit gloriam ipsius Sancti, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum: tunc audiuit primum cœlestes spiritus proclamantes. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Et hæc est gloria sanctitatis, non sapientiæ modo, aut potentia. Propter quod, ut eleuatum vidit illum Propheta, & excelsum, vidit tamen iis, quæ sub ipso erant, repletum templum, quod est sanctuarium, & locus sanctus eius, vbi sancta sunt omnia. Ex hoc ergo loco sancto eius processit gloria sanctitatis eius in omnem terram, de qua Ezechiel scripsit. *Egressa est gloria Domini à lumine templi.* Et audiuit. *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Vbi obserua, quod apprensus Deus in hac gloria super quatuor illa animalia, populum instruit de sanctitate, arguens illius scelera, & prouocans ad virtutem, & fortè propter hoc Ioannes eadem quatuor animalia videns, illa pariter dicentia audiuit. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens;* ut intelligamus tum Deum proclamari sanctum, quando Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, ut sanctificaret ipse sibi per suum sanguinem Ecclesiam, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ex quibus omnibus conficitur, quod summa gloria, quam à nobis exigit Deus, hæc est sanctificatio eius, vnde & docti sumus, & iussi, ut quotidie deprecemur. *Sanctificetur nomen tuum.*

Hoc verò potissimum fit in sanctitate, & iustitia seruorum suorum. Qui enim illos videt sanctos, colligit consequenter Deum esse sanctissimum, qui tales eligit sibi ministros, iuxta quod canit regius Propheta. *Domine, qui habitat in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Hoc argumento utens Achior dux filiorum Ammon ad Holophernem ad hæc verba descendit. *Deus illorum (nempe Israël) odit iniquitatem.* Et propterea si populus Dei, vel quicumque seruus eius declinet ad iniquitatem, reputatur

atur ex hoc Deo iniurius, qui occasionem præbeat hominibus Deum blasphemandi. Sic reprehensus est à Nathan Dauid. Blasphemare fecisti inimicos Domini. Et ad Rom. 2. 23. Iudæos dicit Apostolus. *Per prauaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes sicut scriptum est. Scripsit quidem Ezechiel: Et ingressi sunt ad Gentes, & polluerunt nomen sanctum meum cum diceretur de eis. Populus Domini iste est.* Et subdit quod in sanctificatione ipsius populi, sanctificabitur nomen Domini. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gentes, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. *Effundam quippe super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* En manifeste quomodo sanctitas seruorum Dei Deum glorificat. Quomodo contra iniquitas eorum eum inhonorat. *Vidisti (ait Salomon) virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobilis.* Si reges ac nobiles seruis industriis delectantur, ac multo magis sanctis, ac puris, simpliciterque procedentibus. Vnde idem Salomon ibidem ait. *Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.* Et Rex Dauid. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam; quanto magis delectatur Deus in sanctitate suorum, vt in iis honoretur & declaratur sanctus? ergo, & qui illum male viuendo inhonorant, sicut maxime offendunt, ita vehementer prouocant illius furorē, vt hoc pacto, nempe illos puniens honoretur; sic enim quoque declaratur sanctus, & odio habens iniquitatem, vt Achior declarauit.

Alterum modum glorificandi Deum per opera bona terigit Petrus, dicens. *Vt ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis: qui dies est, quando homo videns fidelium bona opera, corde compungitur recedens a malo: neque enim sine diuina visitatione hoc præstari potest. Qui sic ad Deum conuertitur, Deo se subdens gloriam Deo conciliat. Qui ergo forma existens sanctitatis ad sanctitatem illicit peccatores, Deum*

Tom. 1. Bellintani.

& in se honorat, & in illis. Idcirco Tobias benedicens Dominum hortatur concaptiuos. *Confitemini Domino filii Israel, & in conspectu Gentium laudate eum; quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.* Regemque sæculorum exaltate in operibus vestris. O quanta bonorum operum excellentia, quando & Altissimum exaltant; illi dant gloriam, qui gloriosus est in semetipso; quæ Deum, cui soli honor est & gloria, honorant, magnificant, glorificantque. Regem (inquit) sæculorum exaltate. Regi sæculorum date honorem, sint opera vestra cælum ferentem sub pedibus eius. Vide quæso mysterium. Confirmato fœdere inter Deum, & populum per sanguinis asperionem, mox qui ascenderunt in montem, *viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est.* Quin & reliqui viderunt Deum, & comederunt, & biberunt; opus illud coloris cælestis, nunquid non est illud de quo Apostolus. *Nostra autem conuersatio in cælis est. Vnde & Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum? expectamus (inquit) quemnam? qui venturus est, nam si venturus non esset, frustra expectaretur.*

Ideo supra opus erant pedes illius, qui suo tempore descendit de cælo, quærens perditam ouem, quam in humeris reportaret in montes. Interim si opus nostrum sub pedibus eius est, illum exaltamus in opere illo. Vt ergo sit super cælos gloria eius, cælestis sit conuersatio nostra; sit quasi cælum cum serenum est; sit opus clarum, lucidum, manifestum, vt illud videntes homines glorificent Deum in die visitationis. *Lucent, inquit, lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Hinc Iacobus. *Qui Sapiens, & disciplinatus inter vos? Quali dicat. Cui dici potest. Vos estis lux mundi? nam Sapiencia luci comparata inuenitur prior, nedum æqualis est luci. Talis sapiens, talis lux. Ostendat (ait Iacobus) ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine*

I Sapien-

Tob. 13. 5.

Exod. 24. 10.

Phil. 3. 20. 22

Luc. 15. 4.

Iac. 3. 13. Sap. 7. 29.

- Sapientia. Non putet vi trahere homines ad Deum, non arbitretur se per potentiam Deum glorificare. *Mansueti hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Audiamus ergo Apostolum. *Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur, ad ipsius voluntatem.* Vides Apostolum docentem mansuetudinem, quæ profectò est sapientia; mansuetudo, quoniam sapientia animus moderatur, & per hanc ducuntur infideles ad veram sapientiam, quæ est in cognitione veritatis? Sicut ergo cum modestia corripiendi sunt huiusmodi: Ità ex bona conuersatione illuminantur, quasi ex sereno cælo. Vnde *glorificent Deum in die visitationis.* Nempe vt Deus, qui pedes habet super opus cælestis, eo veniat, vbi opus illud dirigit. Dirigitur autem ad homines, quibus ex bona conuersatione ostendimus operationem nostrã in mansuetudine Sapientia. Ex hoc ergo visitantur ab eo, qui vilitat plebem suam, & vocat non plebem suam, plebem suam. Hic enim dies est visitationis, in quo glorificant Deum, quem & Deum agnoscunt, & confitentur. Sic enim in Osee pollicetur Deus. *Dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet Deus meus es tu.* An non glorificatur Deus in multitudine filiorum, quos suscitatur de lapidibus? Hoc autem tunc impletur; dicente Propheta, & referente Apostolo. Et erit in loco, vbi dicitur eis. *Non populus meus vos: dicitur eis.*
- Ro. 9. 25. Filii Dei videntis.*
24. O gloria glorificantium, & exaltantium Deum in operibus suis, quibus semen Dei multiplicant. Paulus quippe dicebat. *Vt Filios meos charissimos moneo. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* At cui generauit? certe Christo. Nam in Christo Iesu (inquit) per Euangelium, ego vos genui. Ergo Christi sunt filii, quos suos filios vocat Apostolus. Nam & qui semen Abraham sunt; hi sunt filii DEI. Scribit enim Apostolus, *omnes filii Dei e-*

stis per fidem, qua est in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem heredes. Qui ergo per bona opera ad Christum trahit homines; generat filios Dei, pater est filiorum Dei, & dum Deum glorificat, seipsum glorificat: nam honorificat eum Patrem, qui in cælis est.

Sed audio conquerentem DEVM 1. Reg. 2. contra Heli Sacerdotem. *Magis honorasti filios tuos, quam me.* Quid ergo? Te quidem decreueram honorare: te, domumque tuam assumens in ministerium meum. Sed absit hoc à me. Sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Qui sunt, qui Deum contemnunt? qui seipsum, aut quoscumque alios à DEO, præter Deum honorant, ij Deum contemnunt. Qui legem Dei propriae postponunt voluntati, ij Deum contemnunt. Et quid emolumenti consequuntur, qui quaerunt hominum gloriam non DEI? Audi Salomonem. *Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi. Ascende huc, quam vt humiliaris coram principe.* Intelligisne quæ legis? aduertis quod Sapiens humiliationem, & confusionem magnam, quæ ipsa sit coram principe, iis comminetur, qui se gloriosos ostentant, qui magnorum occupant loca? Quid ergo illis eueniet, qui Deo ipsi seipsum anteponunt? si gloriam quaeris, cur ignominiam tibi creas? si in altum cupis ascendere, cur tuam turpitudinem imprudens manifestas? putas inaniter dictum. *Ne ascendas per gradus ad altare meum; ne reueletur turpitudinis tua?* Ascensus turpitudinem manifestat, humilitas illam velat, ac tegit. Et quare ascensus maxime ad altare prohibetur? Quia dixit Salomon. *Ne gloriosus appareas coram rege, ne te (inquam) in conspectu Dei velis exaltare.* Puta, quod soli Deo est honor, & gloria, Recole Abraham humilitatem, qui dicebat. *Loquar ad Dominum eum sim puluis, & cinis?* Audi Iacobum Apostolum. *Humiliamini in conspectu Dei, & exalabit vos.* Ad altare accede, sed non per gradus. Diuina

Diuina pertracta, sed humiliter. Cogita magnitudinem Dei, & prauitatem tuam, ad ima descende, & exaltaberis, & nunc, & in perpetuum.

Quoniam antecedens ista Concio longior euasit, quam constitueram, placuit hanc breuissimam subtexere.

CONCIO TERTIA.

ARGUMENTVM.

Duplici ratione ostenditur Apostolos esse salem & lucem. Altera est bonum nostrum, altera est ipsius Creatoris gloria.



HARA est adeo laus sanctorum virorum altissimo Creatori, vt ipsemet ore proprio illam exequatur, ipsos celebras, atque commendans. Quod inde patet, quod Deus etiam Satanæ dixit. *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum. Et recedens a malo? Sapientia item, quæ ex ore Altissimi prodit sic hortatur. Laudemus viros gloriosos. Eademque Sapientia incarnata suis Ioannem Baptistam extulit præconiis. Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? hominem mollibus vestitum? Prophetam? etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam Amen dico vobis Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista, & hodie suos compellens Apostolos dicit aperte. Vos estis sal terra. Vos estis lux mundi.*

Ratio verò cur id faciat Deus, duplex est. Altera bonum nostrum est, altera ipsius Creatoris gloria. De prima ait homo in

Psalmo. *Mibi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Quid est mihi, nisi ad meam vtilitatem, in profectum meum? Nam quousque putes, mihi, id est à me intelligi, obstant sequentia verba. *Nimis confortatus est principatus eorum.* Neque enim potestas principatus ab hominibus collata est, sed à Deo ipsis Apostolis: collata est tamen propter homines, vt qui principes essent, simul essent & seruatorum. Id quod alio in Psalmo ostendit aperte idem Propheta. *Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui: propterea populi confitebuntur tibi.* Mihi ergò, id est, propter me honorati sunt amici tui Deus, vt inde ego salutem consequi possim. Rationem alteram nihilominus à Psalme habemus, qui postquam quæsiuit. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Audit responsum. *Qui opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Timentes autem Dominum glorificat.* In tabernaculo Domini, & templo, quod erat in monte, Deus adorabatur, & honorabatur. Cuius honoris exhibitione is solus erat dignus, qui iniuriam proximo non inferebat, sed neque ab aliis ferebat illatam, neque honorem dabat indignis, quin potius huiusmodi ducebat pro nihilo. Contra verò Sanctos, qui Deum colerent, & glorificarent, ipse glorificaret. Ergò laus, & gloria Sanctis ab eo tributa in Dei gloriam terminabat.

Duo ista bona, quæ sanctorum efficit laus, ex ipsa, quam Christus Apostolis tribuit, laude videmus proficisci. Et primū quidem, quod bonum nostrum est, inde apparet, quod eos nō absoluta commendatione attollit, veluti si diceret, Vos estis Sapientes, Vos fortes, Vos clara lux: sed sic eos commendat, vt illorum perfectio ad aliorum profectū referatur. Vos (inquit) estis sal terra. Vos estis lux mundi. Ele est (inquā) ad condicendā terrā, ad mundū illuminandū. Hoc autē egit, vt corū excellentiā ad nos pertinere faceret certiores. Salis virtus res a corruptione seruat maximē, q̄ facile sine illo corrumpetur. Omnis au-

Pf. 138. 17.

Pf. 138. 17.

Pf. 44. 17.

Psal. 14. 1.

Gen. 6. 12.

tem caro corruerat viam suam, & infestam Pf. 105. 39. cta erat terra in sanguinibus. Mundusque 1. Ioan. 5. 19. totus positus in maligno. Is autem de quo Deo dictum est. Non dabis sanctum videre corruptionem. De caelo, ubi omnia

Ps. 115. 10. incorrupta sunt, descendens, terrae iam Eph. 4. 22. intulit corruptionem, expolians veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & nouum induens, qui nedum non corrumpitur; sed renouatur magis de die in diem, vt integer seruetur, & incorruptus in die Domini nostri Iesu Christi. Ergo tanti sui operis ministros, & coadiutores salem vocat merito. Qui sal propterea quod non de mari sumptus est, verum de caelo descendit; non futuram modo, verum, & extantem iam pellit corruptionem. Alioqui cur Apostoli vocant ad penitentiam? cur hortantur sequestrationem a mundo? veteris hominis depositionem? cur baptizant in remissionem peccatorum? Sal ergo terrae sunt Apostoli, quia incorruptos efficiunt terrenos, homines: & lux itidem mundi, quia mundum alioqui tenebris obrutum, radijs illuminant suae claritatis.

Hoc autem duplici modo praestant, tum videlicet oratione, tum actione; verbo, & opere; quae duo, vt simul coniuncta sint, opus tñ, aliquo modo, sermonē praecedere videtur: nam quos sanctos existimamus, hos libentius auscultamus. Sic n.

Mat. 6. 20. de Herode legimus. *Herodes metuebat Ioannē. sciens eum iustum, & sanctum, & libenter eum audiebat;* metuebat, id est, reue- rebatur, colebatque ob eius sanctitatem, propter quā libenter etiam audiebat illum. Manifestum est autē studiosos homines ab hominibus haberi in pretio, ac diligi.

Ruth. 3. 11. Sic Ruth a focu dilecta est, a Booz, a toto populo, cui propterea ille dixit. *Scit omnis populus mulierem te esse virtuosam* & hoc intendit Dominus, Apostolos debere praestare salem, & lucem. Sal enim si fuerit infatigatum, conculcatur ab hominibus, quia homines, qui alijs exemplo salire debent; si contra faciant, ab hominibus despiciuntur, & ita conculcantur. Lucis vero proprium est splendere, resplendant ergo opera vestra bona, ex quibus homo co-

gnoscitur; veluti ex fructibus arbor, vt ea videtes homines, vosque; ob illa suspicientes, & admirantes, exurgat in laudem Dei, qui vos vocauit in admirabile lumē suum. Ex quo fit consequens, vt vestram doctrinam accipiant, nō vt verbum hominum, sed vt est verē verbum Dei: quo rursus vt sale, & sole illos condiciatis, & illustretis.

Sed heu! vae mundo à scandalis, quae ab ijs ponuntur ante homines, quibus ex officio incumbit esse alius forma bonorum operum. A quibus Salomon hoc Prouerbio nos elongat. *Noli esse cum his, qui designant manus suas, & qui vadit se offerre pro debitis:* si enim non habes vnde restituas, quid causae est, vt tollat operimentum de cubili tuo. Vide Sapientiam vini huius, dehortantis à societate obligantium se radimonijs, atque velut ligantium manus suas, easque confingentium; infect, te, si cum his socieris, iam esse vnum ex illis. Sic docens quod qui socius est criminosis, criminosis & ipse proculdubio fiat; & detrimentum, quod criminibus debetur, illum certo maneat.

SECUNDA PARS.

Bonum aliud, quod ex sanctorum commendatione proficiscitur, illud est, quod Dominus in fine explicauit: *Et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.* Gloria videlicet Dei: sicut enim radi⁹ à Sole fluens illius claritatem manifestat: sic isti, qui sunt lux de luce, generantem se principem lucem, sua claritate monstrant, illamque oculis obijciunt insipientium, vt sapientes fiant. Hic vero effectus cum praecedentis fit finis, nunquam sine illo reperitur. Semper enim Deus in bonis seruum suorum operibus glorificatur; quo docemur ita proximi salutem quaerere, vt hoc pacto Deus in sanctis suis lauderetur. Quo facit lex, iubens in primitijs offerendis, professionē Deo faciendam, eandemque pariter in separatione decimae tertio quoque anno: qua vtraque; maxime Deus glorificatur. Cū primitiae tñ directe intēdāt gloriam Dei, per illas namque rerum illarū ipse declaratur Dominus, quarū primitiae offeruntur. Decimarum autē elargi-

Dicitur 26.2
 5.
 Dicitur 26.
 1.
 1. Cor. 10.
 11.
 1. Cor. 11.
 11.
 6.
 Rom 14. 13

tio apertè emolumentum spectat proximo-
 rum. Sic ergo lex. *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cariallo accedeſq; ad Sacerdotes, & dices ad eum. Proſiteor hodie corà Domino Deo tuo quod ingreſſus ſum in terram, pro qua iuravit Patrius noſter, ut daret eam nobis Primitijs, & profeſſione teſtatur terrà illà Dei eſſe, ſibi tñ concessam ad poſſidendum, cuius itaq; Deus verus ſit primuſq; Dominus. De Decima vero. Quando compleveris decimã cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tercio dabo Leuita, & advena, & pupillo, & vidua, ut comedant intra portas tuas. Loqueris quæ in conſpectu Domini Dei tui. Attuli quod ſanctificatum eſt de domo mea; & dedi illud advena. Leuita, & pupillo, & vidua, ſicut iuſſiſti mihi. Ecce quomodo legationem; hanc in Deum refert, dicens. Sicut iuſſiſti mihi; addens quoque Non prateriui mandata tua, nec ſum obliuſ imperii tui. Hæc attendens Apoſtolus illos arguens qui vel comedentes, vel abſtinētes inſimul proximi erant ſcandalo. Sic ſuam concludit orationem. Sive ergo māducatio ſine bibitū ſine aliud quid facitū, omnia in gloriam Dei facite ſine offeſſione eſtote Iudaicis, & Gentilibus & Eccleſia Dei, ſicut, & ego per omnia omnibus placeo, non quarens, quod mihi vile eſt, ſed quod multū, ut ſalvi ſiant. In quo manifeſtum eſt, quod ad vilitatem facim⁹ proximorum, id imprimis eſſe ad gloriam Dei, eamque nos in benefactis noſtris potiſſimum euidēter, & ex intentione Apoſtoli, illos maxime Deum inhonorare, qui hominibus, cuiuſcunq; ſint conditionis, præbent offeſſiculum. Propterea namq; Apoſtolus omnes comprehendens dixit. Sine offeſſione eſtote Iudaicis, & Gentilibus & Eccleſia Dei. Hoc quæſo chariſſimi conſideremus, quæ ſcripſit Apoſtolus commemorantes, hortans fideles, ut ſcandalo nō ſint fratribus, unde illam poſtea traxit vniuerſalem monitionem, ut non fratres modo ſcandalo non offeſſamus, verum neque Iudaos, neque Gentes. Dicit ergo. Ne ponatur offeſſiculum fratri, vel ſcandalum: ſi enim propter cibum frater tuus ſcandalizatur, iam non ſecundum charitatem am-*

bulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt. Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum Rurſus. Peribit inſirmus in tua ſcientia frater, propter quē Chriſtus mortuus eſt. Sic autē peccantes in fratres & percutientes conſcientiam eorum inſirmā, in Chriſtum peccatū. Heu! ſi tam acriter illos Apoſtolus criminatur, qui vel manducando Idolothita, vel ea vitando proximum ſcandalizant: quid his diceret, qui cum apertis tranſgreſſionibus homines ſcandalizantes, eſſent perditionis illorum cauſa? & quot ſunt huiuſmodi in populo Chriſtiano? qui ſcandalizantur, inſirmi ſunt, ut ait Apoſtol⁹; parui ſunt, ſicut Chriſtus illos appellat. Sed quid ait Salomon? Ne attingas paruulorum terminos, & agros pupillorū ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt: & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. Si agrum nō licet diripere paruulorum, quanto minus animam, conſcientiam, ſalutem æternā? Nunquid contra huiuſmodi direptorem omnipotentis non deſeruiet indignatio? Itaq; qua pacis ſunt ſectemur: & qua ad iſtationis ſunt, in inuicem cuſtodiamus.

MORALE.

HEU! quam ab hac doctrina Domini diſcordat vita noſtra? quam ab illius verbis diſtāt mores noſtri: ſalem vult nos eſſe ſolem conſtituit populum ſuum, qui ceteros ſaliat, qui ceteris luceat; & nos tamen in ſterquilinio manemus infulſi, & in abſcondito tenebroſi. Sed ò vitam nobis ipſis proſpiceremus, & eſſemus eiufmodi, ut verè ſal eſſemus terræ, ſol mundi. Intra nos ſapidi, extra nos lucidi, terra quid inſpidius? mundo quid obſcurius? ſed terrena ſi ſapis, ſaporem perdidit. Mundum ſi diligis, diligis tenebras magis quam lucem; amaritudine plenus, caligine circumfuſus. Videte vocationem veſtram fratres, videte conditionem, videte obligationem Delectationem quæris? non abnuo, quia & in Domino iubemur delectari, & delectari nos Dominus in factura ſua. Sed vbi hanc tu expetis? in cubilibus, & in impudicijs? in commellationibus & ebrietatibus? hæc non eſt vocatio noſtra.

vestra. Non enim vocavit nos Deus in im-
 mundiis, sed in sanctificatione, ut testa-
 tur Apostolus. Et fecit quidem cenam ma-
 gnā, & vocavit multos, sed ubi recumbant
 cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno coe-
 lorum, qui sic sobrii fuerunt, ut illorum me-
 dius Isaac, tunc prophetaverit, quando co-
 medit, & bibit; cibus sumptis, quibus libe-
 ter vesceretur & haulto vino repletus est
 Spiritu sancto & prophetavit, sic delecta-
 tus est in creatura, ut videret voluptatem
 Domini, & exultaret spiritus eius in Deo
 salutari suo. Et cur iuber Dominus, ut si-
 mus sal? ut saluti simus, conditi, sapidi,
 & gaudio pleni. Et quid est illud: Para-
 sti in conspectu meo mensam aduersus eos,
 qui tribulant me? si aduersus tribulan-
 tes, ergo deliciosa est mensa, si acerbita-
 tes arceat; si quae fastidij sunt, rejicit, er-
 go delicijs affluit. Hoc explanat ipsa
 propheta: Impinguasti in oleo caput meum,
 & calix meus inebrians, quam praeclarus
 est: Pharisaeo dixit Christus. Oleo ca-
 put meum non unxisti. Erant unguenta
 ista ad confortandum, & delectandum.
 Inde illud. Unguentum effusum nomen
 tuum: Et aliud in Psalmo: Unxit te, Deus,
 Deus tuus, oleo latitiae pra consortibus tuis.
 Myrrha, & gutta, & cassia a vestimentis
 tuis, ex quibus te delectauerunt filia re-
 gum. Et praeclarus calix inebrians, quam
 dulcis? quam blandus? quam dignus di-
 lecto ad ruminandum, & suaviter degu-
 standum? Ne igitur doleas, quasi per
 legem Christi, & voluntatem Dei auul-
 sus a delicijs sis, & delectationibus, au-
 diens: Delicia mea cum filiis hominum?
 Beatus est in se ipso Deus, non deliciatur
 cum hominibus, quasi ab illorum vel
 consuetudine, vel plenitudine quidquam
 accipiat, gaudet de bono nostro. Si ape-
 rueri mihi, carnabo cum illo, & ipse me-
 cum, vocat ad cenam suam, quam apud
 nos tamen celebrat, in mente nostra
 conuiuatur, deliciatur in cordibus no-
 stris, & in consolationibus nostris dele-
 ctatur: & renunt tamen cenam istam
 magnam, & insulsa quaerunt, & amara,
 terrena sapientes, & non quae Dei sunt,
 sed quae sunt mundi.

Mundus quidem abhorret crucem,
 spinas vitat, illa respuit, quae sensui sunt
 contraria. Hoc sapiebat Petrus animalis
 adhuc. Quamohrem audiens dicentem
 Dominum, quam oporteret eum multa
 pati, & occidi, coepit increpare eum di-
 cens. Absit a te Domine, non erit tibi hoc.
 Cui propterea respondit Dominus. Vade
 post me Satana, scandalum es mihi, quia non
 sapis ea, quae Dei sunt, sed quae sunt hominum.
 Hic est humanus sensus, sapere seculare.
 Numquid & filij Zebedaei, quaerentes se-
 dere ad dexteram, & ad sinistram eius in
 regno suo, non sapiebant, quae carnis sunt?
 Audierunt ergo. Nescitis quid petatis, &
 ad calicis sui portionem amaram deligun-
 tur. Sed in his tamen cena est; delectatio
 est, & calix meus inebrians quam praeclarus
 est. Quin in cruce promittitur paradysus,
 in passionis initio datur panis pinguis, qui
 praebet delicias regibus, & in sepulchro
 fit ad vitam immortalem resuscitatio, &
 vere communicantes Christi passionibus
 gaudemus, & in deserto solitudinis man-
 na cibamur. Contra vero diuitiae spinae
 sunt, teste veritate, & regaliam conuiuia
 Valthi Reginae ad repudium sunt: Aman
 principi ad suspendium, Amnon filio re-
 gis David ad interfectionem. Later sub
 melle venenum, cibus, quos comederas, euo-
 mes. Patent ista sensui, quoniam ipsemet
 experitur, & si sensus deficit, ratio succur-
 rat. Si mors per peccatum in hunc mundum
 intrauit, & non potest solui Scriptura. Qui
 quotidie peccamus, quotidie morimur.
 Septies in die cadet iustus, & resurget, impij
 autem corruunt in malum. Quare cadunt,
 & corruunt? quia adhæsit in terra ven-
 tereorum, terrenis applicantur, & quo-
 niam impetu acti concupiscentiae id faci-
 unt, non quieta ratione, ideo cadunt
 potius quam descendunt.
 Neque iustus ab hoc casu quotidiano
 alienus est, si frequens est & illius casus; sed
 quia iustus est, non corruit, non cadit pre-
 ceptis, non descendit ad inferos, leuiter in
 terram cadit, propterea, & resurgit facile.
 At impij corruunt, decidunt praecipites,
 grauiori casu de sederationis, & potesta-
 tis derubantur: ideo in malum euentun-
 tur hu-

tur huiusmodi, ut non resurgant. Penam
 magis spectabat Sapiens, quam culpam
 cum hæc diceret; subdit enim. *Cum ceci-*
deris inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina
eius non exultet cor tuum. Ne forte videat
Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo
iram suam. Iustus ergo tamen aliquis
 fit, frequentem num euadit casum, quo
 iugiter homines affliguntur: cum autem
 id propter frequentes iniquitates eueniat
 siue leues sint, siue graues; manifestum est,
 quod qui cogitat quæ sunt mundi, diuisus
 est; & quo plus mundo adhæret, eò diui-
 sionem accipit maiorem. De senioribus
 quos decepti concupiscentia in qua fue-
 runt erga Sufannam, num dixit à Deo mis-
 sus Daniel iudex vni, & alteri? *Eccè An-*
gelus Domini, accepta sententia ab eo, scindet
te medium. Hoc primo, alteri verò. *Ma-*
net Angelus Domini gladium habens, ut
feret te medium, & interficiat vos. Et de
 seruo percutienti conseruos, manducan-
 te autem, & bibente cum ebriosis, Do-
 minus ipse statuit. *Veniet Dominus serui*
illius, & diuidet eum, partemque eius ponet
eum hypocritis: illic erit fletus, & stridor
dentium: vides, quod vbi maior est mun-
 di cogitatio, ibi maior, accerbiorq; di-
 uisio est: Diuidit ipse se homo, dum co-
 gitat, quæ sunt mundi, quia se & à chari-
 tate Christi, & à suo naturali instinctu,
 qui bonum spectat semper, separat, dif-
 cordiamque ponit, ac diuisionem, in
 regno animæ suæ. Sed & Deus diuidet
 eum à bonis suis, ut illi bona non sint,
 quibus quo adhæret magis, eo plus illa
 eidem aduersantur. Sicut si gladij cuspi-
 dem ventri tuo admoueas, maior ad-
 strictio eum illo, maior est stringentis
 offensio. Sensus itaque & ratio concor-
 diter clamant, quod ijs qui diligunt
 vanitatem, omnia, afflictio spiritus
 sunt, labor, & dolor.

Cum ergo ita res habeat, quid est, quod
 ijs quoque filij imprudentes sunt, re-
 spicientes in vanitates, & insanias falsas?
 Nunquid poterit comedi insulsum, quod
 non est sale conditum? aut potest aliquis
 gustare, quod gustatum afferit morsem?

Natura resistit, contradicit sensus, renuit
 caro, mens resistit, & omnia, quæ intra nos
 sunt, insulsa respuunt, & nociua. Quid
 hoc ergo quod hominum consuetudo per
 diuersa procedit? Lam dictis probatum est,
 factisq; probatur continuè, quod insulsa
 sunt terrena omnia, quod corruptentia
 sunt, atq; adeo afferentia mortem; alioqui
 non magna esset Apostolorum commen-
 datio, qui sal à veritate vocantur, si sal es-
 set mundus quoque; Et incondita tamen
 comedit hominum vniuersitas, & nociua
 persequitur, quæ illi sunt ad exitium. Num
 clamabo? num vociferabor? num super
 montem ascendam ad locum editum, ibi-
 que exaltabo vocem meam contra insi-
 pientes hos, insipidos, inconditos, insul-
 sos? ò vti nam sal, sit verbum Dei con-
 diens horum insipientiam. Habete in
 vobis sal, ò mundanorum vniuersitas, &
 pacem habete inter vos. Sic veritas iubet,
 sic hortatur sic clamat. Qui in se ipso ha-
 bet sal, cum aliis habet pacem, ideoq; non
 querit, quæ sua sunt. Quod si fiat, iam
 est in terra pax hominibus, propterea
 quod iam sunt homines bonæ voluntatis.
 Sed non est pax impiis (dicit Dominus.)
 Hi enim omnes querunt quæ sua sunt,
 vnde bella, & lites. Non est felicitas, non
 est beatitudo: Si enim beati in via, qui
 ambulant in lege Domini, profectò qui o-
 perantur iniquitatem, non ambulant in
 vijs eius. Sunt autem via eius, via pul-
 chra, & semita illius pacifica. Iniquitates
 iniquitates vestra diuisionem faciunt in-
 ter vos, & Deum: ut non per vias il-
 lius ambuletis, neque pulchritudinem il-
 lius videatis, neque pacem habeatis.
 Non enim qui operantur iniquitatem in
 vijs eius ambulauerunt: quare via pul-
 chra? quia dulces, quia delectabiles,
 quia immaculatae. Noëmi dicens. *Pul-*
chram me me vocatis, sed amaram, infert in
 pulchritudine esse dulcedinem, qua quia
 erat vacua, Marah potius, id est, ama-
 ram expetit appellari. Discite veritatem,
 qui habitatis terram. Sapiens hæc mu-
 lier, à re, quam habet in se, se mauult
 appellari, quam ab aduentitio nomine sibi
 exterius imposito. Et nos tamen amari,
 amara

Marc. 9. 50

II.

Isa. 48. 22.

Psal. 118. 1.

Prou. 3. 17.

Ruth. 3. 16.

amara sectantes, pleni amaritudine, pulchri volumus appellari, Christiani, fideles, probi, honesti. Litigamus, contendimus, belligeramus, & pacifici exquirimus appellationem. Non ita erit inter vos, sed qui voluerit dici pacificus, & dies videre bonos, inquirat pacem, & sequatur eam. Nam operantes iniquitatem, non ambulant in viis eius. Alioqui diligentes vanitatem, queritis mendacium. Sequentes vana in veritate, in mendaciis dicitis vos diligere veritatem. Verè amari, pulchros vocari desideratis.

12. Sed mementote quod salis Dominus lucem coniunxit. *Vos estis sal terra. Vos estis lux mundi.* Ergo, qui salis abiiciunt, lucem vna reiciunt, in tenebris versantur, tenebras diligunt magis, quam lucem. Verius indicat gustus, quam oculus, certius iudicamus de his, quæ gustu percipimus, quam quæ vultu. Ergo si errat gustus, deterius id faciet oculus. Ergo ubi non est sal, lux non est in eo. Quid mirum itaque, si huiusmodi ponunt dulce in amarum, & amarum in dulce? eadem enim sententia utrumque percutit vox prophetica. *Va qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Ergo gustate, & videte. Cibum quem appetitis, quem manducatis si sit sale conditus, gustate, & iudicium facite. Error si sit in hoc iudicio, luce perquirite, claritate perpendite, & videte, ut verè sitis, & sal, & sol, prudètes, & sapientes, benè sentientes, benè intelligentes, Ita enim & vosmetipsos saluabitis, & fratres edificabitis, & glorificabitis Patrem vestrum, qui in cælis est, cui sit benedictio, & claritas. Vnde Domini & salus, & benedictio sit super vos. Amen.

Isa. 5. 20.

FERIA QVARTA DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Nolite putare quoniam veni solvere le-

gem. Matth. 5. De firmitate legis diuinae. De origine, de modo, & utilitate ipsius.

MAXIMA cuiuscunque rei laus est, & commendatio, quod durabilis sit, & æterna. Nam corruptibilitas, & mortalitas ex imperfectione est. Vnde, & mors ex peccato est, & corruptio ex formæ imperfectione, quæ suo contrario non valet resistere. Vnde res breui durantes vmbra comparantur. *Et fugit velut umbra.* Dicit patiens Iob. *Perfecta autem forma se in suo subiecto tuetur, hæc verò legis diuinae est singularis excellentia, quæ sic est manifesta, ut diceret Psalmorum author. Initio cognoui de testimonio tuo, quia in æternum fundasti ea.* Respicens enim legis tuæ principia, ac solida fundamenta, statim deprehendi illam nunquam esse casuram, sed perpetuò mansuram. Persepsi statim, ut illum obieci oculis meis, illius continentiam, nempe, ut scribit sapiens, *eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem.* Ex quibus cognoui, quod in æternum fundata sit lex. Cui propterea adhesi, ut non perirem. Tu ergo Domine vide humilitatem, id est, fragilitatē meam, tentationes, impulsus qui mihi inferuntur, ut cadam, & ex his periculis eripe me. Quia legem tuam non sum oblitus. Si rei mansuræ in æternum firmiter hæreo, adeo ut illius nunquam obliuiscar: igitur conserua me Domine. Hoc intendit Dominus asserens tantæ legem esse firmitatis, ut iota vnum, aut vnus apex a lege non prætereant, donec transeat cælum, & terra. Cælo enim & terra transeuntibus lex manet in perpetuum. Quoniam ergo hoc bene intelligere, atque considerare magnæ est utilitatis. Istam diuinæ legis firmitatem consideremus.

Atque de ea potissimum attendamus tria. Rationem, modum, & fructū. Quæ videlicet sit origo, & causa cur lex Domini maneat in æternum, quo pacto tandiu duret, quid inde nobis proueniat emolumentum.

Ratio-

Rationem, & causam tam firmam, atque
 prolixam durationis tetigit in illis verbis
 sapiens. *Fons sapientia Verbum Dei, & in-*
gressu illius mandata aeterna. Fons videli-
 cet vnde erumpit fluiuis sapientiae, est
 Verbum Dei. De sapientia increata, crea-
 ta procedit, & de Verbo aeterno, tempo-
 rale proficiscitur. *Verbum autem Domi-*
ni in aeternum manet. Potest ergo à se ma-
 nanti legi perpetuam conferre permanen-
 tiam. Sciendum tamen quod hoc in loco
 illud potest intelligi verbū, quo facta sunt
 omnia, & tunc sapientia accipitur, vt su-
 per creaturas effusa est, in hisce relucet,
 cuius ingressus, seu gressus, & viae sunt
 rationes, & modi, iuxta quos sapientia
 in creaturis gubernandis procedit, & hi
 modi sunt mandata aeterna, id est, fixa,
 & perpetua Dei constitutiones, iuxta il-
 lud. *Ordinatione tua perseverat dies, & sta-*
uit ea in aeternum. Cum enim sapientis-
 simè & rectissimè constituta sint omnia,
 mutatione opus non est, aut variatione.
 Non minus verò sapientia, quae relucet
 in creatura praesertim rationali, habet
 mandata aeterna, nempe firmam legem,
 propterea quod ex verbo increato, & et-
 iam scripto, quod processit de ore Dei,
 originatur, à quo recta sunt omnia, & vie
 eius iudicia sunt, & aequitates. Hinc Da-
 vid: *Fidelia omnia mandata eius, confir-*
mata in saeculum saeculi, facta in veritate
& aequitate. Fidelia idem valet, quod fir-
 ma, & incorrupta. Sunt autem sic firma,
 quia facta sunt in veritate, & aequitate. Sa-
 pientia ipsa, qua factus est homo, in pro-
 prium eius finem ordinat illum, & du-
 cit, ad quem nisi recta via non valet
 pertingere, quae propterea immobilis est,
 atque invariabilis. Et quemadmodum
 consilium Dei, qui hoc statuit, immutari
 non potest? Ita lex eius, quae est via ad
 aeternam salutem, nunquam everti pote-
 rit, aut submoveri. Potius ergo caelum,
 & terra transibunt, quam pereat lex, &
 praetercant verba legis.

Quo docetur homo, vt facturus opus,
 cuius nolle penitere, diligenter cogitet,
 si rectum sit, ne si obliquum sit, aedificiū
 mox cadat. Vnde Sapiens. *Fili sine consilio*

nihil facias. & post factum non poenitebit.
 Potissimum verò securumque consilium
 mandata sunt, atque iustificationes Do-
 mini, cui canitur. *Consilium meum iusti-*
ficationes tuae: & propterea, longè à pecca-
toribus salus, quia iustificationes tuas non
non exquisierunt. Vnde & si rectitudo,
 quam Deus posuerat in homine perseve-
 rasset, non periisset homo. Sed videns Deus,
 quod repleta esset terra iniquitate, poeni-
 tuit eum, quod hominem constituerat in
 terra. Videns (inquam) iniquitatem homi-
 num, suam aequitatem, rectitudinemque
 corruptam; *Poenitet (inquit) me fecisse eos.*
 Vbi autem rectitudinem inuenit, naturam
 etiam conseruauit, imò & fortè carnem
 omnem, *qua corruperas viam suam,* idèd
 deleuit, vt non corrumperetur, etiam id
 quod integrum praedurabat. Modus ser-
 uandi Noë virum iustum satis hoc innuit.
 Nam praeterquam quod ingressus est in
 Arcam, vt saluaretur in ea ab aquis dilu-
 uij, illa super aquas ipsas supernatate: Hac
 quoq; de causa ingressus est, vt ab iniquis
 disungeretur, & non delictis eorum, &
 plaga inuolueretur: quando adhuc non
 omnis caro corruerat viam suam, quam-
 uis multa malitia esset super terram. Ra-
 ptus est Enoch à filiis hominum, ne ma-
 litia immutaret à rectitudine animum
 suum, at verò corrupta omni carne, & v-
 niuersa terra, cessit multitudo impiorum
 deleta per diluuiū, & remansit solus Noë
 cum domo sua. Venit enim Deus sepa-
 rans pretiosum à vili, & rectum ab obli-
 quo, vt rectitudo legis seruetur in aeternum.
 Voluit hoc pacto Deus ostendere
 quoq; quod & impiis parcat propter pios.
 At nimia multitudo impiorum, Diuinam
 iustitiam ad se delendam coegit, vt per-
 maneret tamen immobilitas consilij sui;
 impiissimum eam seruaui in arca, vt pa-
 reret, ac pateret, quam iustitia secundum
 legem Dei potens sit, vt iniustos pari-
 ter protegat ab inundante aqua diuini fu-
 roris. Hoc totum dictum sit ad osten-
 dendam ratione stabilitatis ipsius diuinæ
 legis, vt nouerit, qui stare vult, & conser-
 uari, vbi se tenere debeat, ac sustinere; au-
 diens Prophetam. *Nisi quod lex tua medi-*

Psal. 118.

24.

Psal. 118.

155.

Genes. 6. 7.

Gen. 7. 6.

Gen. 6. 5.

Gen. 5. 24.

Gen. 7. 13.

Pf. 118 92.

Psal. 118.
92.

tatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea. Legi adhaesi, ideo non perij. Si legi non adhaesissem, periissem. Non enim aliter possum in mea humilitate me tueri tantis circumvallatus periculis, tantisque impetibus impulsis, & exagitationibus.

6. Modum iam prosequentes quo lex permanet in saeculum saeculi, hunc inuenimus duplicem esse, Alterum in se, Alterum in opere: ita quod in se lex ipsa permaneat, vel illius observatio nunquam deficiat. In se bifariam adhuc manet lex. Vno quidem modo manet in se, quando scriptura illius durat. Altero autem quando vis illius perseverat, obligans ad sui observationem. Naturalem legem Deus quoniam voluit, ut utroque isto modo iugiter maneret, eam in tabulis scripsit cordis, quod est inextinguibile, nec mori, aut deficere unquam potest. Vnde homines naturaliter ipsi sibi sunt lex, quae propterea sic durat, ut nunquam deleatur, neque etiam in inferno; manet illa semper in hominis conscientia sculpta: & ipse ad illam sine fine tenetur. Vnde & hac sua, & scripturae, & obligatione damnatorum illa cruciat mentes; arguens perpetuo illorum impietatem. Hanc eandem, ut

Exod. 31. 10. exterius quoque, & euidentius apparet, Deus digito suo scripsit in tabulis lapideis, deditque Moysi ad instructionem populi; sic notans eius firmitatem,

Exod. 21. 1. quasi in duro lapide sculpta. Addidit propter haec alia multa praecipua, quae iudicia vocat, caeremonias, testimoniaque, quae in volumine non in lapide exarata sunt: neque in arca locauit, sicut tabulas, sed extra ad latus eius; propterea quod non tantae esset firmitatis, lex ista factorum, quae iudicia continebat, & caeremonias, quanta erat illa naturalis; neque eo modo, eademque vi homines perstringebat. Erat quippe aliquando defectura, ut non teneretur mundus illam, sicut exterius verba sonabant, seruire

8. perpetuo. Quoniam vero lex ideo data *Exod.* 32. 19 est, ut seruetur, propterea in eo quod scriptura, vel maneret integra, vel frangeretur, id maxime figurabatur, quod in opere, vel observationis, vel transgressionis

fuerat euenturum. Idcirco tunc Moyses legis tabulas proiecit, ac fregit, ad radicem montis; quando populus vitulum adorans eandem transgressus est, & apposite, quae data est in montis vertice, in radice perit. Ut cogitemus, quod sicut in alto data est, ita in alto obseruatur ab iis videlicet, qui terrena despicientes, aspiciunt, & suspiciunt ad caelestia. At qui terrena sapiunt, atque conspiciunt, hi legem quasi in imo rumpunt; nec eis lapidea durities obstat, quo minus illam confringant. Quae durities firma Dei voluntas est, promissiones, minae, caeteraque omnia, quae ad illius observationem homines valent compellere: quibus tamen non obstantibus terreni homines, & in fecibus suis defixi legem contemnunt, transgrediuntur, nulloque pacto custodire, aut conseruare disponunt. Quae ergo in se fracta est, fractis tabulis in quibus digito Dei erat exarata, in se euestigio permanit, quando iterum in alijs tabulis scripta, atque in arca foederis posita integra perdurauit. Quod iterum figura est operis, quo illa, vel conseruatur, vel frangitur. Nam dum fuit in manibus Moysi, qui est figura Synagoga, & populi illius veteris, fracta est, non custodita, neque seruata. Hinc Dominus ad Iudaeos. *Nonne Ioh.* 7. 19. *Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Et Paulus *Neq. enim qui circumciduntur, legem custodiunt.* At condita in arca, quae Ecclesiae figura est, & noui populi, custodita est, atque seruata, de quo populo proinde dicitur a Domino. *Populus, quem non cognoui seruauit mihi, inauditum auris obediuit mihi.* Contra vero: *Filij alieni* (qui cum essent filij, alienati sunt) *mentiri sunt mihi* (foedus transgredientes; quod obseruare promiserunt) *filij alieni inueterati sunt* (nouis succedentibus, & illis tanquam veteribus abiectis) *& claudicauerunt a seminis suis* (viam deserentes, quam calcauerunt patres eorum.)

9. Denique tandiu, quae in volumine continebatur lex, mansit quidem in se, manetque scripta dum durat saeculum; nam in libris Moysi quatuor extremis continetur; Ecclesia quoque nostra habet illa, & legit.

legit. At quasi non vinculum ligans, & onus imponens, verum quasi typum, vmbraque nobis, aperiatur veritatis. Ideo enim prope Arcam tenebatur. At vera Arca, quae Ecclesia Christi, iuxta, non verò intra se Mosaicam habet legem. Prope (inquam) ut illam non abiicimus, non intus tamen, quoniam illam litteraliter non observamus. Littera enim occidit. Nouum autem testamentum, ac fœdus, quod erat mansurum perpetuò, vt nouum esset semper tã in verbo, quàm in vinculo, quinimò, & in opere, in cordibus credentium exaratum est. Neque enim in illius conditione, & promulgatione, exterior, materialisque data est scriptura aliqua, sed vox tantum audita est, & interior suscepta impressio. Euangelium namq; à Christo prædicante datum est, & promulgatum, & in fidelium animis digito Dei scriptum: Spiritu sancto misso de cœlo, & implente Christi familiam, qui nouus erat populus, nouique vtres, in quos mittendum erat vinum istud nouum, vt ambo conseruarentur vsque in finem. Ideò primum illud dicitur vetus, nouum istud, quia quod antiquatur, & senescit, prope interitum est, vt ait Apostolus, & propterea abrogatum est. Quod autem nouum est semper, consequenter æternum est. Vnde non mirum si vetus, brutorum sanguine, quæ prorsus mortalia sunt, dedicatū est; Nouum verò, Christi sanguine, qui finem vitæ non habet, mortemque destruxit, vt merito sanguis eius noui, æternique testamenti appellatus sit. Vide si non hoc est, quod Deus per Ieremiam pollicetur sicut Paulus annotauit. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & seruiam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum; non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Quoniam itaque populus iste, quod nouus sit semper, nunquam deficiet, propterea neque lex in eo scripta vllum habebit finem. Quod autem scripta sit in libris, hoc non pertinet ad eius promulgationem, & firmitatem, sed ad ampliorem instructionem. Quæ firmitas huius legis in se, signum

pariter est firmitatis in opere perfectaque illius obseruatione.

In opere manet lex, quando, quod illa verbo præcepit, factò impletur. De hoc modo dicit Dominus. *Non veni soluere legem, sed adimplere, & donec transeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex, non prateribit à lege donec omnia fiant.* Frangitur per transgressionem, vnde subdit Dominus. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur, magnus verò, qui fecerit.* Iuxta hoc frequens dicebat Deus. *Custodite leges meas: & Christus. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Hoc modo manet lex quandiu durat mundus, ideo dicit. *Donec transeat cœlum, & terra, nihil prateribit à lege donec omnia fiant.* Data est enim lex ad merendam, & acquirendam vitam æternam. Quoniam si *vu ad vitam ingredi, serua mandata.* Ad quam, quia patebit ingressus in sæcula, in sæcula similiter durabit opus legis.

Ex dictis patet duplici ratione, siue modo legem impleri, quæ data fuit antiquis. Altero modo secundum corticem, altero secundum medullam. Cortex erat, quod in aperto, & superficie apparebat. Huiusmodi erant legales oblationes, emundationes carnis ab immunditiis, quæ tactu mortui, & aliis huiusmodi contrahebantur; ciborum distinctio, Festorum, & Sabbathi obseruatio, circumcisio pueri, purificatio matris & huiusmodi innumera: prope: propter quæ à Paulo dicitur lex mandatorum, & à Petro iugum vocatur. *Quid tentatis (inquit) Deum; imponere iugum super cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* Medulla est intentio legis, quæ ad Christum ducere homines intendebat, sicut Ioannes ad Christum duos misit ex discipulis suis. Finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Et hoc est, quia vt plurimum eius præcepta figura erant eorum, quæ à nobis faciendæ sunt. Quemadmodum Paulus mandatum illud; *Non alligabitis boues trituranti;* interpretans docet, quod iis, qui

qui Euangelium annuntiant, licet de Euangelio viuere. Seruabatur igitur secundum corticem, dum illius præcepta diligenter obseruarentur. Sicut de Tobia legitur, nam recensitis pluribus eius virtutibus in quibus sunt fuga idolorum, cultus Dei, exhibitio primitiarum, & decimarum, & huiusmodi, subditur. Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat. Et de Zacharia, & Elizabeth scribitur in Euangelio. *Erant autem iusti ambo incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Contra verò Paulus. *Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt.*

13. Seruabatur secundum medullam ab his, qui spiritualiter illam intelligentes ad Christi misteria oculos dirigebant, quæ sub cortice abscondita tenebantur. *Qui cum Christus apparuisset scientes, quod omnia in figura contingebant illis, non ultra amplexabantur umbram, sed veritati tantummodo intenti, iustitiam quærebant, quæ est ex fide.* Iuxta quod dicit Ioannes. *Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Gratia dicit, quia ex operibus legis nemo iustificabatur. Vt ait Paulus. Sed quod impossibile erat legi, per Christi gratiam impletur est, quia iustificamur. Porro veritas dicit. Quia umbram habebat lex futurorum bonorum, quia umbra promittebat futura bona, & gratiam, sed non dabat. At Euangelium, *virtus Dei est in salutem omni credenti*; quia per illud iustificamur. Vbi illud aduerte, quod cum opera illa, & opera essent, & umbra, duo continebant, alterum in re, alterum in spe. In re continebant laborem, & operosam illam obseruantiam. In spe continebatur expectatio veritatis apertæ, quam per fidem intuemur. Vnde Apostolus. Priusquam veniret fides, sub lege custodiebatur, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex Pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago. Si ergo hæc duo diuidantur res & spes, opus & umbra, ex lege non potest esse iustitia, quia opera illa vim non ha-

bebant iustificandi, sed factores legis iustificabantur per fidem latentem sub umbra illius, quem desiderabant. At vbi in plenitudine temporis venit desideratus, & figuratus, & facti sumus speculatores illius magnitudinis, legem mandatorum decretis euacuauit, & umbram fugauit. Tunc ergo, id est, nunc non ultra opera umbratica atque figurantia prosequenda sunt, quia fugata umbra, non præterea latet sub illis fides, in qua veteres iustificabantur: sed reuelata iam fides non amplexanda est, qua reuelata facie gloriæ Domini speculamur amoto velamine figurarum.

Hoc pacto lex ipsa fideliter obseruatur: & ita intelligendum est quod Dominus dicit. *Nolite putare quoniam veni soluere legem, non veni soluere, sed adimplere.* Soluere est abrogare, atque reiicere. Quod adeo Christus non facit, vt ad ipsam legem mittat, qui illum audiebant, dicens. *Scrutamini scripturas, quia illa testimonium perhibent de me. Et, si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi: de me enim ille scripsit.* Et, *super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei.* Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite. Adimpler enim Christus legem dum exhibet, quod illa promisit, dum aperit, quod illa occultauit, & dum quod illa intendebat, factum exequitur, & quod illa tendebat, vadit ducens secum omnes, qui credunt in illum. Princeps mittens seruum vsque ad præfixum locum dat litteras ibi aperendas, in quibus iubet, quid postea illi sit agendum: iubet ergo vt prioribus ommissis, in quibus itineris seu operis initium illi committebat, steter secundis. Nunquid seruus ille non implet mandatum, quia non ultra priores litteras sequitur? Imò iudeo obediens est, quia illas abiicit, quæ ipsæmet illi iubent, vt abiiciantur, innitaturque secundis. Haud secus lex Moysi tanquam Pædagogus ducit nos ad Christum iubens, vt illum sequamur cum venerit. Siquis ergo nunc circumcideretur, aut Sabbathum obseruaret, aut sacrificia secundum legem offerret; Hic non legem obseruaret, sed illam transgrediretur iubentem; Hucusque nempe ad Christum veniens,

Gal. 13. veniens, & non vltra procedes. Ergo fideles Christi ad Christi imitationem implent legem Moysi, nō soluunt, aut transgrediuntur. Iudæi verò transgrediuntur, vt dicit Paulus. *Qui circumcidiuntur, legem non custodiunt.* Quod bene in tabulis illis lapideis figuratum est. Tam primæ quam secundæ eadem continent mandata, & primis contractis, secundæ succedunt. Rota in rota est, lex vetus in noua, vetus testamentum in hoc nostro nouissimo. Noua quoque in veteri continebatur, & hoc nouum testamentum in illo. Ergo qui vnâ legem obseruat, obseruat & aliam. Qui vnâ transgreditur, & alteram. Primæ tabulæ contractæ sânt, quia lex, vt in illis, & in vmbriticis mandatis continebatur, præterita est, prætermissa, proiecta, contracta; *nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Quomodo contracta?

Dicit. 18. Quia iubet, vt Propheta suscitandus similis Moysi debeat audiri, aded vt qui eum non audierit, exterminandus sit de populo Dei. At populus ipse nedum non audiuit, verum etiam interfecit illum. Nâ concilium damnauit ad mortem, populus clamauit, vt crucifigeretur, & ita *gentes fremuerunt, & populi meditati sunt inania, & principes conuenerunt in vnum aduersus Christum Domini.* Ergo secundum legem Moysi omnes exterminandi sunt de populo. Et si populus omnis exterminandus erat, non vltra populus ille, populus esse debebat. Vnde bene Propheta. Et non erit eius populus, qui eum negaturus est; at si genti alteri eadem daretur vetus lex, non iam mutatus esset populus, cum eadem extaret forma, quæ dat esse rei, nempe lex Moysi. Vt igitur qui non erat populus, esset populus, lex si non alia, alio tamen modo ferenda erat. Quod factum est dum prædicatum est Euangeliū omnibus gentibus, quæ non erant populus. Ergo lex Moysi, stante conditione q̄ Propheta non fuit acceptus in patria sua, & sui eum non receperunt, imperat euidenter, vt ab ipsa ad Euangelium transeamus: Id quod ab illis fit qui audiunt & accipiunt illud. Mansit lex etiam in operi-

bus eius, quatenus erāt opera, esset transgressio. Sed vt ad transgressionem eius ventum est quatenus vmbra erat, fidem velatam continens in eum, qui venturus erat, tunc tabulæ contractæ sunt, & proiectæ de manibus. Nam sic legis medulla exiccata est, intentio peruersa, atque sublata: & eo magis quod non in vmbra auerterunt se à fine legis, qui est Christus, sed palam, & clamorosa voce, & diffinita sententia abiecerunt illum, & ciecerunt extra vineam, vt nullo pacto iam eiser in populo illo. Christo igitur sublato, atque de lege cieccto, lex illa, vt sic, amplius non est lex. Vbi enim Christus non est, neque populus est, neque lex. Verum nos audiuius, quia *Christus manet in æternum.* Ergo aut hic est, aut illic. Non illic, ergo hic. Missus quidem erat ad oues, quæ perierant ex Israël, vt saluum faceret populum suum. At illi tradiderunt eum Gentibus, quæ cum gaudio susceperunt illum. Noster igitur est Christus, & lex nostra est, quæ idē posita est in Arca fœderis, quæ est Ecclesia. Non igitur venit Christus legem soluere, sed adimplere, alioqui esset inanis, & vacua, sicut est nunc in manibus Iudæorum, qui non attendunt, illā à Moysē ipso de manibus esse proiectam. At nostra iam plena ab ipso Moysē posita est sub pedibus Dei, nempe in scabello pedum eius, quia per illam subditus est omnis mundus Deo, & omnis populus eum sequitur toto corde, vt sequens vestigia eius, illuc perueniat, vbi super Cherubim sedet à dexteris Dei. Quoniam ipse dixit. *Qui mihi ministrat, me sequatur; & vbi sum ego, illic, & minister meus erit.*

Heu quantum nos, in quibus iustificatio legis impletur, debemus Christo, qui legem mandatorum decretis euacuans, onus leue sui Euangelij nobis imponit! Onus illud antiquum tam graue erat, vt à nemine, vt testatus est Petrus, posset portari. Quot labores erant in lege? quot annis tribus vicibus tenebantur omnes sexus masculini ascendere in Ierusalem ad adorandum Dominum. Quot expensæ? iuge sacrificium, frequentes oblationes, sacrificia perpetua, primitiæ, deci-

Matth. 21. 39.
Io 12. 24.
Matth. 10. 6.
Luc. 18. 23
Exo. 32. 19
Io. 12. 26.
Horatio.
Añ 15. 10.
Exo. 14. 23

mationes, Sabbata terræ, vt propè annis duobus ex septem quibuscumque oriani deberet. Quot cautelæ, & animaduersiones? quot restrictiones, & angustia? vndique prohibitiones, vndique caeremonia, vndique obseruationes. Non ita paruulus fiscus circumligatur, vt erat populus ille mandatis innumeris circumplexus. Adde iudicia, secundum quæ legis transgressor duobus, aut tribus testibus diudicabatur. At lex nostra nõ iudicat quemquam. *Non enim veni iudicare* (inquit Legislator noster) *sed saluum facere, quod perierat.* Et tu tamen, Christiana, legem hanc nostram tam facilem, tamque suauem obseruare detrectas? Christus ipse prior impleuit, totum quod erat ponderis in veteri lege, in humeris suis ipse portauit: excellentissime vniuersa compleuit, vt nõ iora vnum, aut vnus apex præteriret à lege, qui non obseruaretur. Non abrogentur lex donec omnia fiant, iã facta sunt omnia. Vbi igitur lex? abolita est. Ipse chirographum decreti affixit cruci. Si ferendum legem debebat mori, mortuus est, & in morte eius mortificata est lex, exinanita, sublata. Heu Deus meus, qui legem posuit, legem impleuit, & ego ero filius Belial sine iugo, sine lege, sine mandato? etiam si nos oporteret ambulare sicut ille ambulauit vias difficiles, semitas duras, contractos calles, iter arctissimum, num auertemur de post tergum Domini? num alia via procedemus, per quam non ambulauit, quia ascendit super omnes cælos? & si oportuerit nos mori secum, quid nobis dicendum est, nisi eamus, & moriamur cum eo? vt etiam in hoc sensu verum sit, si vnus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. At ipse Agnus Dei tulit onera nostra, vulnera nostra, dolores nostros, labores nostros ipse portauit; legem adimplere venit ipse, tantum sequamur ipsum in via hac, quam nobis demonstrauit, dicens. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Hæc est lex nostra, hæc sunt omnia pondera nostra, vt diligamus inuicem. Nam qui diligit proximum legem impleuit. Nam non adulterabis, non furtum facies, & si quid est

aliud mandatum in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. *Leu. 19. 18.* De honorando, & amando Deo, non loquimur. Nam quæ difficultas est amare Deum? De proximis nostris quaestio est. Dilige, dilige proximum tuum & legem implesti. Christus nedum pondus super pondus tulit, vt nos exonerati curramus, per viam immaculatam, vbi non sunt offendicula, non spinæ, aut vebres non montes & colles, quia ipse præcedens, fecit, vt essent praua directa, & aspera in vias planas, & ita posuit immaculatam viam nostram, sed omnium virtutum nobis proposuit exemplar. Agnus sine macula perfecti decoris, & immensi valoris, cuius caput aurum optimum, cuius crura columnæ marmoræ, quæ fundatae sunt super bases aureas. Torus reclusus, & inflectibilis, & indeclinabilis, vt ad iniquitatem vel respicere non possit. Totus speciosus à planta pedis vsque ad verticem, à pedibus ad caput, vt nedum opera sublimia, verum & minima, quasi pedum terram ac lutum calcantium, aurum optimum sint omnia. Ad quid, ad quid præcedit, nisi vt sequamur? solus quidem descendit de cælo, sed non solus ascendere vult de terra; venit fieri filius hominis, vt filios hominum fratres haberet, quibus tanquam primogenitus in multis fratribus, diuideret hereditatem. Qui vult ergo illius fieri coheres, illum sequatur, vt recipiat portionem substantiæ, quæ illum contigit. O summam legis adimplerionem factam per Dominum nostrum Iesum Christum, vt pro modulo nostro, & nos sequamur vestigia eius. Quid, quidnam fecit Christus legem adimplens? eripuit nos de potestate tenebrarum, soluit vincula captiua: filiæ Sion, animæ cuiuscumque, in libertatem nos adexit, dilatauit gressus nostros, gratiam meruit, & contulit, qua possimus, & velimus currere post illum in odorem vnguentorū suorū, nempe in spiritu gratiæ quo sumus victi, & acti. Heu, & adhuc moramur in immo, & adhuc diuertimur & diuertimur à semitis mandatorū suorū in seipso legem impleuit, vult & in

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Iob. 12. 23

Luc. 19. 10

Ps. 17. 33.

Cam. 4. 11.

& in nobis adimplere, idē & vias ostendit, & vires tribuit, vt expediti velociter currentes, & nos legem impleamus. Et tu peruerse, & aduerse alia vi gradiens, non cura de lege Dei? de mente Christi? de tua ipsius salute? Eia ergo post Dominum ambulamus.

SECUNDA PARS.

18 **I**Am de fructu legis dicturi consideremus Verba Domini hæc. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Vbi primum aduerte sequelam ex dictis notari in voce illa Ergo. Si talis est lex, si sic permanet, vt nē vnū iora ab illa possit præteriri, sed illius mandata omnia etiam minima profus obseruanda sint, atq; implenda: consequens est, vt qui soluit, pœnas det, & qui facit, præmium inde consequatur. Ratio sequelæ est, quia Deus, qui firmavit terram sapientia sua, & stabiliiuit cœlos prudentia, nullo pacto condens legem, mutatur: si enim naturalia sic sunt suo consilio firmata vt ad nihilum vsq; redigenda non sint. Nam statuit ea in æternum, & in seculum seculi: quāto magis spiritualia, quæ excellentiora sunt, & propter quæ condita sunt corporalia, viuunt in seculum seculi? At ordo, atq; connexio rerum naturalium, in quo apparet Dei sapientia, est veluti bitumen compaginans, atque constringens simul vniuersa, vt se mutuo sustentent, atque ita ex Dei sapientia, & ordinatione perseverent. Haud secus itaque spiritualia suam ordinationem habent, quæ sibi mutuo inuentia durent, atque permaneant. Ordo iste lege constituitur, quæ idē dicitur lex Sapientia, & Sapientia ipsa. Verum lex ista à creaturis ratione præditis voluntariè obseruatur. Vnde de sacrificio, quod est vnum de mandatis eius dicit Propheta. *Voluntariè sacrificabo tibi.*

Nunquid igitur ruet istud, ac domus quam sapientia ædificauit sibi, si casu eueniat, q̄ quis legem transgrediens peruerat

ordinem, & domus in se diuidatur, quādo discordia res etiā maximæ dilabantur? Nequaq̄ profectō. Nam fulcrum fortissimum ipse substituit, quo etiam ruitura firmiter stabiliantur. Hoc verò fulcrum alius est ordo, qui in manu consilij hominū non est, vt ad libitum suum peruerrere illū possint, sed est in manu Dei, qui dicit. *Consiliū meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.*

Isa. 46. 10.

Quoniam omnipotens Deus, qui malum facere non potest, q̄ est peruersio ordinis, 23.

Leuit. 16.

benè malum potest ordinare, & ordinat. Neq; enim ordo est ille, de quo dicit ipse.

23.

Si ambulaueritis, ex aduerso mihi, ego quoq; aduersus vos incedam: & septies percutiam vos propter peccata vestra. Magnus quippe ordo iustitia, reddens vnicuique quod illi conuenit, siue secundum naturam, siue secundum opera sua. Hic ordo adiunctus est legi, quæ non demonstrat tantum, aut iubet quid quisque facere debeat, sed addit mercedem quoque, vt sit vnicuiq; merces operi suo. Qui ordo nouissimus cum primo coniunctus, causa est cur Mundus rerum spiritualium ita firmiter fundatus sit, vt transeat cœlum potius, & terra, mundus videlicet iste materialis, quàm cœli noui, & terra noua, in quibus iustitia habitat, valeant aliquando perire. Quoniam iustitia, quæ immortalis est, habitat in illis, manu tenet illa, & illis sua immortalitate dat perpetuitatem. Videtne iam quomodo ex legis firmitate procedit, vt qui custodit mandata, custodiatur ab illis, & eorū transgressori suspendatur in collo mola asinaria

2. Pet. 3. 13.

Mat. 18. 6.

& demergatur in profundum abyssi? quid est mola ista tantū ponderis collo alligata nisi firmitas quædam, atque suæ transgressionis pœna perpetua vbi, quæ rapuit, exoluat vsque ad minimum quadrantem? Ergo quemadmodum legem sequitur merces, ita legis stabilitatem, mercedis stabilitas. Benè igitur Dominus. *Qui ergo soluerit, &c.*

Secundò aduerte, vt intelligas quod nā sit op^o, cui merces à lege præfixa debeat, quod de hoc opere dicit Dominus. *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines. Qui autem fecerit, & docuerit, &c.* Punctū autem hoc multa continet.

19

Primum

19. 18.

17. 31.

7. 4. 11.

Ps. 148. 6.

Ps. 13. 8.

Ps. 9. 1.

O, ca. 11. 4.

Primum est, in hominum arbitrio possum esse, ut impleant legem, aut prætereant. Trahit enim nos Deus in vinculis Adam, & in funiculis charitatis, nempe vinculis humanis, quæ sunt vincula amoris fortissimè quidem ligantia, sed libero homini maximè congruentia. Secundum est quod soluere legem, idem est, quod prætereire, & transgredi legem, nam soluere oppositum est ei, quod est facere. Dicit enim ex vna parte: *Qui soluerit, & docuerit* & ex alia: *Qui autem fecerit, & docuerit*. Sicut ergò legem facere est obseruare illam: ita soluere est ab illius obseruatione deficere. Vbi notatur quod lex ligat, & legis transgressio soluit. Diximus quippè lege ligari simul homines, vthac connectione firmentur: sicut mundus totus naturali lege firmatus in æternum stat. Legis ergò transgressor, quantum in se est, humanam istam, atque spiritualem connectionem dissoluit, ut per se non stet, quin species humana soluarur; sicut de templo corporis sui a Domino dictum est. *Soluite templum hoc*

20

Ioh. 2. 19.

Duo alia puncta sunt in hoc secundo principali contenta, videlicet quòd distinctio sit in mandatis, & quod aduersus illa duplici modo ambulatur. Distinctionem mandatorum innuit Dominus dicens. *Vnum de mandatis istis minimis*; aduertens per hoc alia quoque reperiri, quæ minima non sunt. Vnde alibi dicebat Dominus de dilectione Dei. *Hoc est maximum & primum mandatum*. Secundum autem simile est huic. Ideo enim & in duabus tabulis data est lex, ut distinctio aliqua signaretur in mandatis. Nam alioqui non poterat tam grandis lapis inueniri, qui vnus omnia præcepta cõtineret. Ex hoc sequitur quod maior etiam maioris præcepti transgressio, & maior consequitur etiam pœna. Aduersus verò mandata tam minora, quam maiora bifariam pugnatur, vel soluendo videlicet vel docendo. Sicut eisdem coaptatur homo vel faciendo vel docendo. *Qui ergò soluerit* (dicit Dominus) *& docuerit sic homines*. Nempe *docuerit* soluere. *Qui autem fecerit & docuerit, docuerit* videlicet facere. Apostolos enim suos hoc

Matt. 22.

38.

Exod. 32.

15.

in loco Dominus compellabat, quos, cum tabulis Euangelii sui mittebat in mundum, ut illud prædicarent omni creature. Quos ideo, & salem appellauit, & lucem, ut in ore quidem haberent Euangelium prædicando, & in manibus quoque obseruando. Ideò de facere, & docere instruit. *Qui fecerit* (inquit) *& docuerit*, & per oppositum. *Qui soluerit, & docuerit*. Per hoc innuens futuros in Ecclesia homines sui Euangelii transgressores, & eiusdem pariter falsos, fallacesq; doctores. Sicut è contra futuros obseruatores veros, veracesq; doctores. Hæc autem duo simul coniungit; factum videlicet, & dictum, siue bonum vtrumque siue malum vtrumque. Quæ duo extrema sunt, inter quæ cadere possunt media, eorum videlicet, qui soluumt quidem, sed non sic docent, sed fortè malè agentes vel benè docent vel nullo modo docent. Vel eorum, quæ faciunt quidem, sed non sic docent. Facere autem mandatum, & oppositum docere non datur. Quoniam qui peruersa loquitur, mandatum soluit. In quinque igitur partes hominum conditio distribuitur: ut sint qui malè agant, & malè doceant. Qui malè agant, & benè doceant. Qui malè agant, & nec benè, nec malè doceant. Sint prætereà qui benè agant, sed nihil doceant, & qui benè agant, & bene doceant. Duos extremos tetigit, ostenditque Dominus, ut ex his, alii à nobis ipsis conicerentur. Vnusquisque ergò ad se conuertat oculos suos, & suos mores examinet, & videat vbi, & in quo gradu numerari dignus sit. Attendens, quod Dominus, qui hoc decreuit in Euangelio suo, in trono iudicii omnes discernit, vnicique redditurus secundum opera sua, & videri vias hominum vniuersas, nec iudicat secundum visionem oculorum, neque secundum auditum aurium, sed in aequitate & veritate. Quid prodest homini si vniuersi laudent illum? Scit enim Dominus, quoniam laudatur peccator in desideriis anima sua, & iniquus benedicitur: scit multos esse similes sepulchris dealbatis, qui hominib; apparèt iusti, intus autem pleni sunt dolo, & iniquitate. Sed intuetur corda, & non opus est ei, ut

Matt. 51.

Isa. 11.

Psal. 10.

Matth. 27.

ei, ut

ei, ut quis testimonium perhibeat de homine, ipse enim scit, quid in homine sit, qui omnia nouit.

Mat. 2. 25.

21 Tertium denique, quod debemus aduertere, merces est, operariis reddenda, hanc exprimit Dominus dicens. *Minimus est in regno caelorum. Hi magnus est in regno caelorum.* Regnum caelorum, hoc

Mat. 6.

in loco vocat Regnum Dei, qui sedens super thronum regni sui, nedum sublimia, sed etiam humilia respicit in caelo, & in terra, intuens & abyssos, omnia prospiciens, omnia disponens, omnia gubernans, habens clauem etiam mortis, & inferni, attingens a fine summi caeli, vsque ad finem nihili, super quo terra fundata est.

Mat. 3. 15.

Apoc. 1. 18.

Magni ergo sunt in hoc regno, qui habitant in caelis. Minimi, qui demeriti in inferno, in stagno ignis cruciantur die ac nocte. Vide ergo si latum mandatum Dei est nimis. Quando omnis consummationis videt finem & comprehendit nedum omnes fines terrae, sed etiam super cardines caeli ambulat, & peruenit vsque ad antiquum dierum, cuius capilli candidi, & cani sunt, quia sapientissimus est, & ex ore eius procedit lex. Ergo quanta sit creaturarum omnium consummatio, atque perfectio, mandatum latius est vniuersa complectens, & ideo sui obseruatores cum Deo coniungit, qui est super omnes, & super omnia. Transgressores vero, qui se ipsos a Deo per sua peccata separauerunt, in extremos terrae fines demittit, atque concludit portis ferreis, quae sunt portae inferni, & clauis abyssi.

Mat. 9. 6.

O vos qui magnitudinem appetitis, hanc expetite. Hac clari facti sunt sancti illi, de quibus dicit Sapiens. *Homines magni virtute.* Magnus vis esse? quare, & consequere magnitudinem magnam: nam parua magnitudo vera magnitudo non est. Quidni maior sit forma, quam materia, quando haec ab illa terminatur, & determinatur, & veluti coarctatur? Quidni maior sit anima rationalis formis omnibus corporalibus? Maior enim spiritus est corporibus omnibus, quia magnitudo virtutis, molis magnitudinem impense superexcedit. At magnitudo spiritualis ea

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 2. 6.

est maxime, quae perficit spirituales naturam. Hanc magnitudinem tribuunt charismata meliora, in quibus omnibus charitas superexcellit. Charitas ergo magna est veraq; magnitudo omnem superexcedens magnitudinem. Illa magni sunt homines. Hac magnus factus est Ioannes Baptista, de quo, qui maior est, ita diffinit. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo. O veram magnitudinem! Zacchaeus statura pusillus erat, sed animi magnitudine vana, atque transeuntia, quae vere pusilla sunt, vestigio suo terrens, & pede conculcans, ascendit in arborem Sycomorum, ut videret Iesum, qui inde erat transiturus. Paruorum despectus aspectum meruit illius de quo dictum fuerat. *Hic erit Magnus.* Huiusquam magna magnitudo, illi coniungi, qui caelum palmo concludit, tribusque digitis totam terram molam appendit? Hanc magnitudinem in terris, illa in caelis sequitur magnitudo, de qua scriptum est. *Magna est gloria eius in saluare suis; gloria eius magnum decorum impones super eum.* Quis igitur hanc tantam magnitudinem non exquirat? Christus qui dixit Ioanni, a quo voluit baptizari. *Sic decet nos implere omnem iustitiam:* ideo magnus est, quia magna fecit. Magnus (inquam) ante oculos nostros, qui in serapimam non est arbitratus esse se aequali Deo. Magnus, quia impleuit omnem iustitiam. Magnus, quia venit legem implere. Magnus, quia etiam secundum legem voluit mori, ut ne iura verum, aut vnus apex praeteriret a lege, quin fierent omnia. O Deus magne, & potens! o homo magne, & patiens! Quid nisi legem referebas, quando dicebas. *Possum quidem rogare Patrem, ut suppetias exhibeat mihi, sed quomodo implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri? legi subdi voluisti, quam ipse tuleras, sic magnus factus es inter mortales, & immortales omnes. Dum minor apparuisti, maximus euasisti. De te enim loquebaris dicens. Qui minor est in regno caelorum, maior est illo.* Ioanne videlicet. Tu minor in regno caelorum, qui ad tantam te demulisti paruitatem, ut vere di-

Mat. 11. 11.

Luc. 19. 2.

Luc. 1. 32.

1/a. 40. 12.

Psal. 10. 6.

Mat. 3. 15.

Phil. 2. 6.

Mat. 2. 6.

Mat. 11. 11.

- cere posses. Ego sum vermis, & non homo.
Psal. 21. 7. Vere & vermiculus, non minus, imò plus
 multò quam Dauid, de quo legimus scri-
 ptum. *Sedens in throno sapientissimus prin-*
ceps inter res. Ipse est quasi tenerimus ligni
vermiculus, qui ostingentos interfecit impe-
tu vno. Nonne hoc in natura mirabile ad-
 modum est, quòd tenerimus vermiculus
 durum lignum rodar, terat, edat, digerat,
 & destruat? paruulus est, tenerimus est, &
 magna arbor, & durum lignum illi cedit.
 Sic ergo humilis, & tener Dauid magnam
 suam virtutem ostendit interficiens octin-
 gentos impetu vno. At quis tenerior Chri-
 sto, qui mansuetus, vt Agnus ductus est ad
 victimam obmutescens? quis illo pusillus
 magis, qui minor est in regno cœlorum?
Isai. 9. 6. qui se humiliat, vt paruulus, & paruulus
 verè natus est nobis? Hic vermis, iste ver-
 miculus impetu vno totum orbem strauit?
Ios. 14. 15. verè Adam maximus, maior illo, qui ma-
 ior est inter omnes natos mulieru. Hic mi-
 nimus ille est, cui datum est, regnũ, & cui
 regni cœlorum, & terræ collata est magni-
 tudo. Et humillimum (inquit) hominũ con-
 stituit super illum; illum (inquam) cui Ex-
 celsus regnum dederit. Nam illum posuit
 excelsum pra regibus terræ. Magnus effe-
 ctus nimis, quia nimis humiliatus, factus
 minimus non homo, sed vermis atq; ver-
 miculus.
 33 Et tu ergò ò homo, fias, si vis maior esse,
 minor; humiliare, vt exalteris; ad nihilum
Dan. 8. 35. redigaris, vt ex paruo lapide, fias mós ma-
 gnus implens omnem terram. Quia man-
 sucti hæreditabunt terram. Lex ligans, atq;
Ps. 36. 11. coercens stringit hominem, vt non dilate-
 tur & magnificetur; & velit esse maior quã
 sit, inflatus, dilatarus. Putat homo se plus
 quam hominem esse, posse, vide licet, suo
 arbitrio vivere; nullis legibus esse subie-
 ctum, dominum esse sui ipsius, dicens. *Quis*
est Omnipotens, vt seruiamus illi? sed quid?
Psal. 9. 21. Constitue legislatorem super eos, vt ciant
 gentes quousam homines sunt, lex paruulum
 facit, subiecit, cõprehendit, & propriæ par-
 uitatis admonet vnumquemq;. Quid igitur
 superbis? quid magnificaris? quid dila-
 taris? quid iactaris? & supra te ipsum eleua-
 ris? Num tu Assuerus es, qui voluit osten-

dere magnitudinem atque iactantiam po-
 tentiæ suæ? iam in puluerem redactus est,
 non vltra apparet. vermes hæreditauit; sic
 & tibi eueniet, & gloriam tuam in puluere
 reducet mors, nihil enim præteribit à lege
 donec omnia fiant. Fiant, quæ præcepit; fi-
 unt, quæ promisit; fiunt quæ præ ostendit.
 Moyses, qui tabulas fregit, homines inter-
 fecit, fracta lex, frangit tractores legis. Nã
 nihil præteribit à lege donec omnia fiant.
 Nunquid noscis quid sapiens dixerit de ea,
 quæ obliuata est pacti Dei sui? *Inclinata est ad*
mortem domus eius, & ad inferos gressus e-
ius; omnes, qui ingrediuntur ad eam, non re-
uertentur, nec apprehendent semitam vitam.
 Hæc est concupiscentia, hæc est prudentia
 carnis, hæc vitalicentiosè transacta, hæc
 est legis transgressio, quæ pactum Dei sui
 obliuiscitur, & testimonia eius non exqui-
 rit. Ideò ad mortem inclinatur, ad inferos
 tendit, in quibus nulla est redemptio, & à
 quibus nulla est reuersio, vt quis ab vmbra
 mortis valeat ad lucem vitæ regredi. Sic sic
 euenit, sic eueniet eis; qui declinant à mã-
 datis Dei. Veniet mors super illos, & ma-
 ledictio, & æterna damnatio. Quia nihil
 præteribit à lege donec omnia fiant, sicut, quæ
 lex decernit. Si non facies tu, faciet Deus.
 Si non facies legem, faciet Deus necesse. Li-
 bertati, qua vis viuere, vt vis, restrictio op-
 ponetur, ligatis manibus, & pedibus. Vo-
 luptati, cum operam das, apponetur affli-
 ctio, & supplicium, nam legationi additur.
Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit
fletus, & stridor dentium. Quin & prudentia
 carnis, qua vides ea, quæ patēs, & sapias ea,
 quæ placent, respondebunt tenebræ exte-
 riores, vt nihil deleat visum, & pereat de-
 siderium, cuius ardori, ardor tormentorũ
 respondebit. Inclinata est domus eius ad
 mortem. Non sola concupiscentia morie-
 tur, ita vt à morte perpetua depascatur, sed
 & domus eius tota. Quicquid secũ trahit
 concupiscentia carnis, concupiscentia o-
 culorum, gutturis appetentia, manuũ im-
 munditia, pedum incontinentia, brutalis
 sensuum nimia licentia, mentis ignoran-
 tia, ipsiusque voluntatis effrænis, & teme-
 raria petulantia, hæc est domus hominis
 inobedientis, qui se quitur concupiscentias
 animæ,

Exod 31
19. 21. 27.

Pro. 2. 11

Matth. 13.

animæ, quæ inclinata est ad mortem. Heus tu, vides inclinatam domum, ruinas minantem, & non fugis, ne opprimaris ab ea? Quid aliud est vita hominis peccatoris, quam domus inclinata? domus cadens? nunc non vides pendentes parietes, iam propè cadentia ligna? Tunc videbis, & flebis quando facta fuerit mina illius magna; sed non erit iam locus penitentiar. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur. Exi ergo magis de domo hac, si illam ingressus es, & vade in domum Domini. Vbi lex Domini custoditur immaculata; ibi laberis cum Angelis, nam Cherubim protegunt arcam, vbi est lex. Angelorum cris cuius, angelorum conuivia: nam & in arca erat manna, panis, videlicet, Angelorum. *Angeli custodient te in omnibus viis tuis*, ne à quoquam offendaris. Nam & in arca erat virga, qua Moyses populum liberavit à persecutibus illum. *Ista quæ est domus Domini, sit & domus tua*, in qua habites omnibus diebus vitæ tuæ. Vade vade in domum tuam, vade in domum Patris, vt videas voluptatem Domini: *nihil enim præteribis à lege donec omnia fiant*, fiat, fiat.

Ergo nos diuinæ legis excellentia, & efficacia si à nobis considerentur attentius, vocant trahuntque ad eam fide suscipiendam, atque obedientia.

Quæ duo propterea à Christo hodie nobis proponuntur, de excellentia eius, quæ later in illius perpetuitate, sic statuerit. *Nobis putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere. Amen quippè dico vobis, donec transierint cælum, & terra iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant*. De efficacia vero. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istius minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*.

Salomon hortatione illa sua. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*. Ratione inquit hoc suo proturbio, cur lex Dei debeat obseruari. Terminus quippè illa est definiens quo se quibus vsq; licite possit extendere. Cancelli quidam sunt diuinæ mandata, intra quos conclusi omnes sumus, extra quos egredi non licet. Ideo, qui illa non custodit, præterire dicitur, & transgredi. Sic loquebatur filius sentor. *Numquid mandatum tuum præterisui*. *Luc. 11. 29*. Sic Phariseis Christi discipulos suggillantibus quasi traditionum antiquarum transgressores, respondit Dominus. *Quare & Matt. 23. 3. vos transgredimini mandatum Dei*; Antiqui sunt termini illi, quia non nouiter excogitata est lex: quæ decreuerat ante constitutione mundi æternus Deus, & in ipsa constitutione, hominem condens, quasi tabulam in qua eandem exararet, menti illius incidit, inscripsit, infudit, vt sic quam stabilis sit, atq; in æternum mansura omnibus pateat, ne quis audeat, aut putet illam se posse transferre, aut commutare, quemadmodum de Antichristo scribit Daniel. *Putabit, quod possit mutare tempora, & leges*. Propterea ne quis Christi Euangelium, quasi nouum inuentum abieceret, & despiceret, de illo dicit Apostolus. *Quod ante promiserat (nempe Deus) per Prophetas suos in Scripturis sanctis, & Ioannes vidit Angelum volantem per medium cæli habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret*. *Apo. 14. 6.*

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De excellentia & efficacia legis diuinæ.

MAGNA legis ab omnibus custodienda ista est, atque euidentiſſima ratio, quod illa tantæ est firmitatis, atque a deo fixa, & inconcussa, vt cæli potius tranſeant ſimul & terra quam illa vacillet, nutet, vllaque ratione muret. Neq; enim *iota vnum* aut *vnus apex*, mandatorum quantumuis minimum præteribit à lege donec omnia fiant. Magna rursus, & quæ multum valeat eiusdem obseruanda legis ratio, est fructus, aut merces inde procedens. *Qui enim illam fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum*.

gelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Propter hanc quoque causam à patribus termini isti positi esse dicuntur. Non enim tu tibi legem posuisti, qui te genuit, qui te creavit, is te legibus suis alligavit, ut qui sua virtute vitam dederat, eandem ipse sua lege moderaretur. Atque illi cuius es, non tibi, qui tuus non es, semper viueres. Demum erant lapidei termini illi, ut ne corrumpentur, sed extarent continerent. Non erat frequens admodum, vel visitata scriptura, qua stipularentur contractus, lapidibus ad perpetuam rei memoriam

Gen. 31. 34

utrebantur. Euidens exemplum est de Laban, & Iacob, qui erecto lapide in titulum coaceruatis lapidibus aliis tumulum fecerunt, quem aceruum testimonii nuncuparunt, ut veluti testis esset, ne alter alterum prateriens tumulum, inquam offenderet, super quo etiam ad certiores fœderis societatem vnâ comederunt, & forte super eundem, ut sacrificator esset, victimas Iacob

Ios. 22. 10.

Deo obtulit. Sic duæ tribus cum dimidia, quæ partem vltra Iordanem fuerant sortitæ, altare struxerunt infinite magnitudinis, ut esset inter eos, & tribus reliquis in testimonium eiusdem omnium religionis, cultusque diuini. Merito ergo, & lex in lapide scripta est, ut quæ in æternum esset mansura, quamque propterea, quasi testimonium à Deo constitutum, transgredi nemo profusus auderet.

4

Vbi mysterium nota, quod præter decem verba, quæ Deus digito suo in tabulis scriptis lapideis, plurima adhuc constituit præcepta, in quibus eximonia erant, atque iudicia: quæ proprie Mosaicæ lex est, quæ ab eodem Deo iussu in volumine fuit exarata.

Deut. 27. 2

Hanc rursus iussit Moyses super lapides scribi. Sed hoc pacto. *Eriges inquit iungentes lapides, & calcæ lauigabis eos, ut possis in ea scribere omnia verba legis huius, Iordane transmissa.* In lapide quidem exposita est lex ista, sed qui iam fuerat igne à duritie semotus, qui redactus in puluerem, qui mistus aqua, in calcem euaserat mollem, qua lapides impoliti possent laeuigari. Videlicet Mosaicam legem in lapidibus impolitis populi illius duræ ceruicis, inscriptam?

quam neque tamen susciperent nisi eos igne minarum, & beneficiorum lacte, omnipotens laeuigasset. Quæ propterea neque diu seruauerunt. Calx nulla soli, pluuia, cæterisque exposita aëris mollescit, & alterationibus facile dissecta est, ut scriptura illa profusus aboleretur, quin & lapides dispersi sunt, ut iam altare non sint, neque populus Dei. Vide ergo legum differentiam. Moralis, quæ & naturalis in lapide solido scripta est digito Dei viuui. Cæremonialis, quæ & iudicialis est in lapide dissoluto, & tenero, & hoc hominum cum præcepto, tum artificio. Illa, ut in se durans locata est adhuc in arca fœderis, loco tuto, loco sacro, loco, qui iugiter in protectione Dei cœli commoraretur. Hæc in se ratione sui subiecti facile solubilis, iacet præterea sub diis, ubi intemperies aëris proculdubio, illam sit velociter destructura.

Verum & hac figura forsitan DEVS, quid in terra promissionis Iordane transmissio, nempe in Ecclesia Christi contingere debuisset, voluit declarare. Qui baptismo, cuius origo in Iordane dedicata est, imbuti sunt, iis ablatum est cor lapideum, carneum verò, id est, molle, mite, tractabile datum est, quod se albicare discernitur, simulque cum corde isto nouo datus est nouus spiritus, ignis videlicet emolliens lapidem, & albificans, ut scriptura cum in eo recipi valeat, tum discerni, & legi. Data iam olim sit in terra deserta, in Arabia petrosa, in petra Oreb, ubi dura, aspera, horrida sunt omnia, nil lene, nil mite, nil suauis. At nunc Iordane transmissio in terra præcipua, quam iurauit Dominus daturum se nobis, scribitur lex in tabulis cordis carnalibus, eorum videlicet, qui in carne viucentes non secundum carnem ambulat, sed secundum spiritum. Audiamus de hoc diuinam sollicitationem per Ezechielem Prophetam. *Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum: & faciam, ut in præceptis meis ambuletis. & iudicia mea custodiat, & operemini: Et habitabit in terra, quam dedi patribus vestris,*

Ezech. 36. 26.

vestris. & eritis mihi in populum. & ego ero vobis in Deum. Vide, quæso, Christiane, vnde munus tuum, debitum tuum, quod est legem obseruare, alioqui inter Iudæos annumerandus es.

6 Nec tamen mireris si figura vna eius legis & cellationem notet, & conseruationem, quando eadem ipsa lex, & hinc verè delistat & verè nihilominus inde consistat. Et eadem profus in primis tabulis velut deleta fuit, illas confringente Moyle ad radices montis. Insecundis verò custodita. Et quare deleta in primis?

En. 39. 19 Propterea quod qui primi illam acceperunt, in dispositione Angelorum non custodierunt. Si ergo propter transgressionem fracta; quid aliud nisi illius obseruatio innuitur dum integra seruat? Et qui obseruatores, nisi, qui primis successerint? de quibus audis. *Populus qui creabitur, laudabit Dominum?* Quam laudem exprimit Psalmus dicens. *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitie tue.* Et verè in his impletur, quod dicit Dominus. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Hæc namque gens illa est magna, de qua Moyle facta est illa promissio. *Faciam te in gentem magnam* Populus enim Christianus & facit, & docet nedum magna illa dilectionis præcepta, verum & vnumquodque de mandatis illis minimis, quæ a Moyle præcipiebantur. Non enim esset Moyses in gente hac magna, nisi ab ea lex eius custodiretur: custoditur autem, quia Princeps huius populi asserit in veritate. *Non veni soluere legem, sed adimplere. Amen dico vobis donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non prateribit à lege, donec omnia fiant.* Vbi duo notat. Primum, quod non adhuc facta sint omnia, quæ mandat lex. Alterum, quod omnia facienda sunt. Ad hoc enim venit ipse, vt faceret, quæ sine ipso fieri non poterant. Fecit autem ipse per se quasi caput, sicut oportebat in illo impleti, quæ de illo in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis scripta fuerant. Non secus vt, quæ ab ipso perficienda præmonstrata fuerant, ipse impletet perfectissimè. Fecit

Al. 7. 13

Ps. 101. 19
Ps. 118. 7

Exo. 32. 6

Lu. 4. 44

nihilominus etiã per suos, quasi per corpus, quæ per illos facienda erant, dū propheticam illam implet pollicitationem. *Faciam, vt in præceptis meis ambuletis. & iudicia mea custodiat, & operemini.* Et obserua quod non præceptorum modò meminit, quæ moralia possent intelligi, verum & iudiciorum, quæ absque dubio ad cæremonialem, proprieque ad Mosaicam legem pertinent. Hæc enim fideles fideliter, atque spiritualiter corde nouo, pleno spiritu nouo perficiunt in Ecclesia Christi, nec cessabitur vnquam. *Donec omnia fiant.*

Huc considerandum venit doctrinale prouerbiu Salomonis. *Quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposta sunt ante faciem tuam.* Quis princeps nisi Christus? Vide quid comedat, *Deus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. & posui legem eius in medio cordis mei.* Ergò, qui cum illo comedit, apposta sibi debet attendere, quæ diuina præcepta sunt maximè, lex, atque voluntas eius. Alimentorum huiusmodi, quædam nuda sunt, & aperta, vt Euangelica præcepta; quædam sub cortice velata continentur. Sedulitate hic opus est, vt ne testa contentus nucleum Iudaico more abicias; nam cortex, qui est littera, occidit; nucleus, qui est spiritus, præstat vitam, & victum. Adhære testimoniis Dei in eo, quod æterna sunt; nam vbi corruptibilia sunt, quin & corrupta, vitam tibi incorruptibilem præstare non poterant. Nam *corrupti, in non possidebit.*

Hæc est ratio cur legem debeas obseruare, quia manet in æternum, quia qui se custodiunt, eos manentes facit, æternis que mansionibus dignos. *Beatus vir cuius est in lege Dei voluntas, & in ea meditabitur die, ac nocte: nam erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructu suum dabit in tempore suo, & folium eius nõ defluet, & omnia, quæcunque faciet, semper prosperabuntur.* Non manebit (inquam) duntaxat, vt lignum aridum. Nam ea ratione manebunt & impij aridi, & apti ad comburendum.

Exech. 36. 27.

7
Prou. 23. 1.

10h. 4. 34.
Psalm. 39. 9.

2. Cor. 3. 6.

1. Cor. 15. 50.
8

Psalm. 1. 1.

dem. Manebit viride cum fructibus & foliis, cum fructibus iustitiæ, quæ manet in sæculum sæculi: eum ornamentis viridantium foliorum, quibus & Deo gratus sit, & hominibus, & prospera illi omnia in terris, & in cælis succedent. *Non sic impij, non sic; sed tanquam pulvis, quem proicit ventus à facie terræ.* Minimi sunt velut atomi, & pulvis, qui solvant mandata etiam minima, nullam in se habentes stabilitatem, propterea quod legis stabilitatem deseruerunt. Quos ideo ventus diuinorum iudiciorum disperdet, ita vt etiam a facie terræ in corde terræ proniciantur, vt non sint super, sed habitent in perpetuum inferiores partes terræ. Heu! infelices vento agitati, fluctuantes, labentes, vertiginem patientes, neque requiem vllam habentes, aut vnquam habituri. Nam si maledictus, qui transfert terminos proximi sui, longe magis maledicti, quid declinant à mandatis Dei. *Qui transfert transferetur, qui declinat, rectitudinem linquens cadet.* Ideo non resurgent impij in iudicio, sed iacebunt cauta eorum cadente, quoniam Dominus vias peccatorum disperdet.

S E C U N D A P A R S.

LEGIS efficaciam sequentia verba demonstrant. *Qui ergo soluerit, &c.* Vbi primum aduerte, quod ex excellentia Dominus trahit diuinæ legis efficaciam, dicens. *Qui ergo soluerit.* Est enim consequens, si tanta sit lex, vt ab ea ne minimum quidem iota possit incallum præterire; sed vniuersa profus quæ decernit, implenda sunt ad amissim, vt inde qui vel soluerit, vel impleuerit, iustam accipiant mercedis retributionem. Vtrumque enim continet lex, & quid facere opus sit, & quid aut facienti, aut non facienti certo contingat. Ergo, *Qui soluerit minimum, Qui impleuerit magnus vocabitur in regno cælorum.* Hoc Deus intelligi voluit, iubens, vt expensis tertio quoque anno decimis, in egentium utilitatem, testetur homo se diuino mandato paruise, & mox roget Deum, vt populo,

veluti in obedientiæ quadam mercedem sit propitius, sic dicens. *Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut precepisti mihi. Respice de sanctorum tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo Israel, & Terra, quam dedisti nobis.*

Secundò, videnda est merces illa qualis illa sit. *Minimus* inquit *vocabitur soluens: Magnus* vero *impleus*, vterque in regno cælorum. Vocari in regno cælorum, est verè vocari, ac publicè, solemniter que vocari. In mundo, vbi *omnis hominudax est, laudatur impius in deserto anima sua, & iniquus benedicitur, & sapienti dicitur. Quis est hic?* At in regno cælorum regnat cælorum author Deus, qui verax est, & vniuersæ tribuit secundum opera sua. Ergo, qui hic in cælo, videlicet, vocatur *minimus*, verè est; qui *magnus*, verè magnus. Vteriusque qui *minimus* est, minimus declarabitur, proclamabitur, fietque illius conditio omnibus nota: Quod idem magno contingit. Magna virtus Ruth in petra deserti, quod est in regione Moabitide latere non potuit. Impulit eam spiritus, vt veniret ad montem filiarum Sion, in regione vbi quasi mons, veritas eminebat. Hic nota facta est omnibus diligentibus veritatem: audi Booz virum probatum, qui huius mulieris causa inter Patres Christi numeratur, dicentem illi. *Nunciata sunt mihi omnia, quæ feceris serui tui post mortem viri tui, & quod reliqueris parentes tuos & terram, in qua nata es. & videris ad populum, quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Et quanta huius magnitudo, quæ facta est Mater Christi? an non vocatur magna non illius prædicatur magnitudo in regno cælorum, quâdo vtriusque testamenti pagina solemniter illam celebrat? Vetus quidem. *Dedit illi Dominus, vt conciperet, & pareret filium, & vocauerunt nomen eius Obed. Hic est pater Isai, patris Dauid.* At nouum sic. Booz genuit Obed ex Ruth; Obed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid Regem At

non

Deut. 26. 14.

10

Ps. 111. & Rom 14. Psal. 103. Eccl. 11. 29

Isa. 16. 2.

Ruth 2. 10

Ruth 4. 14

Math. 1. 1

non magna gloria huius puellæ in regno
 cælorum; quando propter ipsam so-
 lemne illud habemus vaticinium. Emit-
 te Agnum Domine dominatorem terræ
 de petra deserti ad montem filia: Sion: De
 petra deserti, quæ erat civitas in regione
 Moab missus est Agnus Dei, quoniam ex
 Ruth natus est Christus princeps regum
 terræ. Missus est autem ad montem filia:
 Sion, tum quia missus est ad populum
 Dei, tum quia denique processit ad Eccle-
 siam suam, quæ certe gloria Ruth non mi-
 nima est. Alluditur verò interim, quod
 qui à petra deserti, vbi data est lex, venit
 ad montem Sion; factor legis à deserto, &
 abscondito loco mittitur ad publicum, &
 frequentissimum. Vbi magnus cognosci-
 tur & vocatur, de quo scriptum est. *Et
 erit in novissimis diebus preparatus mons
 domus Domini in vertice montium, & ele-
 vabitur super omnes colles, & fluent ad
 eum omnes gentes.*

magnus. Alioqui quoniam pacto poterit
 qui parvus est, magna in se continere? Di-
 cit autem ibi Petrus. *Magna, & pretiosa no-
 bis donavit*, vt per hæc maius illud præ
 omnibus ipsius largitate consequamur. Ne-
 que enim sic suam naturam nobis confert
 Pater, quemadmodum Filio, cui dum illã
 dat, esse dat, vt non nisi per illam sit, &
 Deus sit. At iam existentibus nobis in
 nostra natura, suam communicat, vt quæ
 natura sumus homines, dii natura esse nõ
 possimus. Quod pfecto cum non omni-
 bus faciat, distinctio inter illos aliqua,
 pcedat necesse est. Est autem illa, q̄ qui-
 busdam dona quædam præbet, quoru alij
 expertes sunt. Magna sunt aut dona ista,
 atq; pretiosa, vt dignos reddant eos, qui
 bonum illud, quod est maius omnibus,
 consequantur. At magna hæc, pretiosa ista
 quomodo recipiet vas modicum? Qua ra-
 tione vilis erit, qui pretiosa contineat? Vi-
 desne quemadmodum donorum Dei par-
 ticeps, quæ magna sunt, magnus est? At
 qui sunt, qui istis à Deo donantur muneri-
 bus? Dominum audiamus. *Qui misit me, Ioh. 8. 29.
 mecum est, & non reliquit me solum, quia
 ego, quæ placita sunt ei, facio semper.* Ab hu-
 mana consuetudine ita loquens non recedit,
 vbi obedientia hominis tener præferen-
 tiam Dei, quæ duo in Christo, obedien-
 tia, videlicet, Filij, Patrisq; præsentia sic
 sunt coniuncta, vt altera alteram non præ-
 cedat, nec causet. Docet tamen sic nos, vt
 si velimus Deum esse nobiscum per suam
 præsentiam, & gratiam, nos illi, facientes
 quæ placita sunt ei, adesse per obedien-
 tiam, & subesse debeamus. Ergo obe-
 dientia nos cum Deo coniungens, ma-
 gnos efficit.

Quoniam verò Deo obedire, est legem
 illius obseruare, ideo à lege pendet quan-
 titas hominum. Ea enim vel magnos facit,
 vel minimos. Porro vnde exaltatus
 est antiquus populus super cæteras natio-
 nes, vt esset gens magna, nisi ex lege testis
 est Moyses, dicens illi. *Hæc est vestra Dent. 4. 6.
 sapientia, & intellectus coram populis, vt
 audientes vniuersa præcepta hæc, dicant,
 En populus sapiens, & intelligens; Gens
 magna.* Lex itaque ipsa populo collata
 ipsam

16.1.

16.2.

11.

14.3.

10.2.9.

14.4.

ipsum magnificat. At rursus si illam obseruarent, maiorem adhuc promittebat illis Deus excellentioremque magnitudinem. Eodem Moyse sic loquente. *Si audieris vocem Domini Dei tui, ut facias, atque custodias omnia mandata eius, faciet te Dominus Deus tuus excellentiorem cunctis gentibus, quae uerantur in terra.* Et quare populus Christianus, etiam super populum illum magnificatus est, nisi propter abundantiam iustitiam, quae lege noua iubetur? Nam quod populus Christianus maior sit quam antiquus, ex Dei promissione Moyhi facta perpicuum est. Nam Deus destructurus antiquum illum Moyhi dixit. *Te faciam principem super gentem magnam et fortiolem, quam haec est.* Quod uero ex lege hoc assequamur, inde planum est, quod lex illa non iustificabat; *Euangelium autem uirtus Dei est in salutem omni credenti.* Est enim lex fidei iustificantis, ut illud uocat Apostolus. *Propterea quoque, ut monet Paulus, abundantius oportet obseruare nos ea, quae audiuimus.* Et hoc est quod ait Dominus: *Nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam Scribarum, et Pharisaorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Merito ergo Salomon: *Ingradiatur ad doctrinam cor tuum, et aures tuae ad uerba scientiae.*

13. At magnitudo Synagoga, quae erat ex lege, ex eadem lege ad tantam paruitatem deuoluta est, ut uere confiterentur illi: *Dan. 3. 37. Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra.* Quo enim quis est eminentior, durius, si cadat, subit praecipitium. Ergo nos, qui ueteres illos suppressi sumus, si a tanta celsitudine per inobedientiam decidamus, omatim erimus minimi, humiles, abiecti. Iuxta similitudinem talis, qua Dominus ad sedulitatem praedicandi, & sancte uiuendi prouocabat Apostolos, dicens. *Vos estis sal terra, quod si sal euauerit, ad nihilum ualeat ultra, nisi ut mittatur foras, et conculetur ab hominibus. Naeque in terram, neque in sterquilinum ualebit. Quid uilius? quid modicius? certe minimus iste erit in regno caelorum.* Ideo Paulus

monens, ut abundantius illa, quae audiuimus, obseruemus, addit. *Ne forte perefluamus.* Quid autem hoc? *Omnes meremur, et quasi aqua dilabimur in terram.* Aqua sic fluens perit, ut ultra nec appareat, nec sitaqua; congrua similitudo morientis, qui per mortem definit esse, ut uere iam non sit. Ergo qui non obediunt Euangelio, ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, ut minimi adhuc sint, quam minimos esse.

Quae Deus ueteri populo, si non obediisset, minabatur, haec omnia perniciose magis euenient nobis, si non fuerimus obediens, quae illi temporaliter, & extertius inferebantur cum maiori detrimento; quia in praesenti, & in aeternitate nos oppriment. *Mittet Dominus super uos famem, et esuriam, et in oreptionem in omnia opera uestra, donec coterat te, et perdat uelociter, propter adinventiones pessimas, quibus reliquisti me.* Intelligis coterat te? Qui contemnitur, in puluere reducitur, & perditur, ut ultra non appareat. & iste non est minimus omnium? cur uero? quia reliquisti me. Si magnus est, qui maximo adharet, qui illum derelinquit, is certe minimus est; *Minimus (inquam) in regno caelorum.* Sit magnus inter homines animales, qui non praecipit ea, quae sunt spiritus Dei, intumescat in crassatus, impinguitus, dilatus. Proculdubio ad nihilum deductus est Malignus. Spiritus est, qui magnificat, caro non prodest quidquam, ad nihilum ualeat neque in terram, neque in sterquilinum (inquit) ualebit. Sanguisuga, quae numquam dicit sufficit, repleatur sanguine foetido, ut fiat crassa, illum cogitur euomere, & ad pristinam deuenire tenuitatem. Illi, qui gloriantur in multitudine diuitiarum suarum, voluptatum, honorum, rerumque transentium, omnia cogentur derelinquere. Et mittet illis Dominus famem, & esuriam, & attenuabuntur, ut minimi sint in regno caelorum. *Cibus, quos comedas, euomes (inquit Salomon) quinimo quantumcumque talis homo magnus appareat in terra; minimus tamen est in regno caelorum.* Sic decernit ueritas, sic iudicat, qui habitat in tabernaculo

eulo Domini, quia de illo scriptum est. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: talem arbitratur, minimum, & plusquam minimum, quia nihil reputat illum. O contentio mundanorum! Quis eorum videatur esse maior? Qui fecerit, quod praeceptum est; Hic magnus vocabitur in regno caelorum.*

M O R A L E.

15. **S**I talis est lex, si eiusmodi sunt mandata tua, Domine; *utinam dirigantur via mea ad custodiendas iustificationes tuas.*
 Psal. 118. 4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, quando iota unum, aut unus apex non praeteribit à lege, donec omnia fiant. Quibus verò mandasti: qui suat, qui illa debeatur custodire mandata ista Domini? scimus autem, quoniam, quacumque lex loquitur, in, qui in lege sunt, loquitur. Nos autem si credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, in lege fidei iam sumus. Ideò lex nostra, & mandata Dei, quae nobis custodienda proponuntur, Euangelium sunt, ut obediat Euangelio; qui illa custodit. Quin omnes tenentur ad haec; non enim latior orbis terrae, quam sit latum mandatum Dei. Non enim latus nimis orbis; at latum mandatum tuum nimis (dicit Propheta) ut omnes omnino completatur. Verumtamen quid mihi de iis, qui foris sunt? Ego sub lege sum, atque in lege. Partes meae sunt, portio mea est, custodire legem Dei. Hoc exigit à me illius firmitas, illius efficacitas. Nihil prorsus nisi quod verum est, dignum est, quod ametur, quod queratur, quod teneatur. Nam umbræ, quae parent, & non sunt, possibile non est, ut teneantur, neque quod putatur phantasma esse, aut diligatur à quoquam, aut appetitur. Omnis terra veritatem inuocat. Caelum etiam ipsam benedicit. Quoniam qui verè est siue homo, siue quidquid aliud, cum non nisi veritate verè sit, quod est, quoniam seipsum amat, amat veritatem, & quoniam unusquisque ad id, quod perfectius est, aspirat, inde est quod omnes alius quoque diligunt veritatem; eamque & spectant, & concupiscunt. Veram quid est veritas? Omnia*

Tom. I. Bellintani.

mandata tua veritas. Nam & principium verborum tuorum veritas. Quod autem principium verborum Dei? Quando dixit & facta sunt omnia. Quando verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quando fundavit terram super stabilitatem suam. Vera sunt omnia, quae creata sunt. Ergò verbo Domini, quod est veritas, omnia verè sunt, & vera sunt, & veritate sunt. Si autem principium boni, quod est esse, à veritate procedit, quid erit perfectio boni, quod est bene esse, & in his maxime, quibus facultas ista est beatè esse? Mandato datū est esse, quia Mandavit & creata sunt. Mandato datur perfectum esse, quoniam qui custodit legem beatus est, & ad perfectum adducit lex, si nō vetus, at noua. Ergò omnia mandata tua veritas. Veritas haec in praecepto legis, aequitas est, iustitia est, rectitudo est, non declinans ad dexteram, neque ad sinistram, vnicuique tribuens, quod suum est, & profusus immaculata. Ergo, qui illam sequitur, non errat; qui custodit, bene omnia facit: ut denique merito simus, si iuste viuamus, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei. O homo hanc veritatem si considerares in lege, beatus proculdubio esses: num si homo es si ratione praeditus es, si de terra illa es, quae omnis inuocat veritatem, legem non custodies? Quando monet Salomon. Ne amuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquitur. Num aliud ponit ob oculos mentis nostrae, quam veritatem? quam id quod verè dignum, & iustum est: non praemium pollicetur, non poenam comminatur: iustitia pulchritudine nos impellit, comminans illius contrarium, nempe quod malum faciant, quod absint à veritate ipsos, quos malos vocat, & quos prohibet amulari, abstinere a malis quia mala sunt opera eorum. Sic & alibi breui sententia docet. Errant, qui operantur malum. Hoc; hoc ad arcendum nos à peccatis sat esse deberet. Omnis enim hominis est diligere veritatem, quia omnis terra veritatem inuocat.

M Firmi-

Psal. 118.

160.

Psal. 148. 5.

Psal. 32. 6.

Psal. 103. 5.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

Psal. 118. 86.

16.
Firmitas.

Firmitas autem ex veritate procedit; nam ubi veritas non est, vanitas est, quae nihil infirmius, nihil instabilius, nihil fugacius: nisi forsitan melius dicamus; nihil nihil longius esse ab entitate, ab essentia, ab existentia, ut non opus sit illud transuolare; cum neque pedes habeat, neque alas, neque alterationem, aut motionem, cum haec rerum existentium sint, non vanitatis, quae cum existentia sit vacua, nullum aut accidens admittit, aut dispositionem quamcumque. Quantum ergo quidquam habuerit vanitatis, tantum abest à firmitate: & quanta est veritas quavis in re, tanta ibi firmitas sit necesse est. Quoniam ergo lex lux est veritatis, & mandata illius veritas vere sunt, propterea tanta est firmitatis, ut nihil vel apex, vel minimum iota ab ea pertranseat, donec fiant omnia. Salomon firmitatem cum veritate coniungens hominem ad sapientiam conatur perducere hac tanta pollicitatione. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, ut ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis:* Quod dicit tripliciter, idem est, quod multipliciter. Multipliciter verò eam docuit, ut patet in eius libris, & in hoc ipso, quod est proverborum, ubi documenta, proverbia, similitudines affert & huiusmodi. Ad quid verò docuit: ut ostenderent tibi (inquit) firmitatem, ut gratia posset stabilire cor, ut non per instabilia fluctuares; & quoniam sola est veritas, quae mentem firmat, addit, *Et eloquia veritatis.* Simul, videlicet, ostenderent, & firmitatem, & veritatem. Ergo lex sola nos sua veritate saluat, sua firmitate beatos facit.

17.
Efficacia.

10b. 4. 10.

Verum quare, quae ratione scientia salutem hominibus affert? Christus dum mulieri dicit. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo,* ostendit scientiam veritatis, affectum excitare. Nam si scires, petisses. Ipsum verò affectum, effectum producere, qui salutem consequetur, sicut evenit huic mulieri, quae tandem petens à Domino aquam vivam salientem in vitam aeternam, salva facta est ex illa hora. Scientia enim ista veritatis, qua salutem

consequimur, non de rebus terrenis est, non de vanis, non de curiosis, atque superuacaneis. De Deo est, de donis, & gratis Dei. *Si scires donum Dei (inquit) & quis est qui dicit tibi Da mihi bibere.* Si cognosceres beneficium, & benefactorem, iam non mundana quereret, non de aqua ista esses sollicita, sed suspiceres ad aeterna, ab eo peteres, qui dataquam vitam, aeternamque salutem. Hac scientia mulier haec donata fuit, qua dixit: *Domine, video quia Propheta es tu. Scio, quia Messias venit.* Venite, & videre hominem. Nunquid ipse est Christus? Haec est vera Sapientia, sic nosse Deum, ut affectu, & effectu erga illum conuertamur, Qui sic sapiens est, operatur secundum legem Dei. *Nam omnis qui audit verba mea (decernit Christus) & facit ea, assimilabitur viro sapienti. Et omnis, qui audit verba mea & non facit ea, similis erit viro stulto. Ita prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Fatua autem acceptis lampadibus non sumperunt oleum secum, unde eorum lucernae extinguebantur, nec lucebat earum lux coram hominibus, ut earum bona opera viderentur. Ut sapienter dictum sit. *Qui cogitat mala facere stultus vocabitur.* Sapientia autem ducit hominem per semitas aequitatis, ambulat enim in viis iustitiae.

Quod mulier rursus exemplo suo nos docet; potu enim aqua viva, quam illi Christus dedit, se se illi declarans, & manifestans praebuit, illic relicta hydria, venit in civitatem praedicans, etiam cum sui dedecore, gloriam Christi. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quae cumque feci.* Haec est sapientia salutaris. Haec (inquam) quae ut nos ad opera provocaret, laudibus se extollens, se sublimiter operantem ostendit, dicens, quod erat cum Deo ab initio cuncta componens. Ex quo etiam sequitur quod cum per eam bona omnia à Creatore profuxerint, qui illi adharet, saluus erit. Quapropter post tantam sui commendationem, hortatur, ut illum audiamus, suscipiamus, custodiamus; certi de hac sua pollicitatione. *Qui me inuenerit, inuenit vitam, & hauriet salutem à Domi-*

à Domino Quidni inueniet vitam, qui
 illam fulcipit, à qua vita procedit, per
 quam Deus dat omnibus inspirationem,
 & vitam? Quidni hauriat salutem à Do-
 mino, qui Sapientiam tenet, cuius spiritus
 super mel dulcis, & illius hereditas, atque
 possessio super mel, & fauum? Cum autem
 ista scientia Dei sit scientia, consequens
 est, ut operetur opera Dei. Sic Christus,
 quia aliquando Iudæos monuit. *Opera-
 mini non cibum, qui perit, sed qui permanet
 in vitam aeternam*, de hoc nobis nunc
 præbet exemplum, dicens discipulis suis.
*Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius,
 qui misit me, ut perficiam opus eius.* Venerat
 mulier haurire aquam, quod erat opus
 mundi; viuebat luxuriose, quod erat opus
 carnis, adorabat quod nesciebat, igno-
 rans in infidelitate, quod erat opus
 diaboli. Audit tamen sapientiam dicen-
 tem sibi. *Mulier crede mihi*. Hoc est opus
 Dei, ut credatis in eum, quem misit ille.
 Dixit eadem Sapientia. *Credens ergo mu-
 lier, opus Dei operatur sicut & nos, quo reu-
 cit opus diaboli.* Relicta hydria dicit illis
 hominibus. *Venite, & videte hominem.*
 Ergo misso mundi opere, diuina vacat
 actioni, confitetur peccatum suum. Qui
 dixit mihi omnia quæcunque feci. En
 propter opus Dei, abiectum opus carnis.
 Sic sapientia operans, cum sit scientia
 Dei, Dei perficit opus, quod est salutare,
 salutem impartiens, quæ permanet in vi-
 ta aeterna, & tu ergo fac, si vis saluus esse,
 opus Dei. Nam opus iusti ad vitam.
 18 Vera salus à veritate procedit, aeterna
 salus, à firmitate procedit. In lege Dei ve-
 ritas est, & firmitas. Lex ergo, qui sibi ad-
 hærent, eos saluat; qui illam obseruant,
 haurient salutem à Domino. Fac ergo opus
 legis, & saluus eris. O stulti, qui ope-
 rantes iniquitatem saluos se futuros ar-
 bitrantur, qui terræ hærentes, cælum se
 putant conscendere; qui recedentes à
 Deo, se à Deo recipi autumant in aeterna
 tabernacula! Cur qui mittuntur in tene-
 bras exteriores, ligantur manibus, & pe-
 dibus, ligatio ista testimonium est, & si-
 gnum quoddam causæ, propter quam il-
 lic mittuntur, quia nec bene operati sunt,

nec ad Deum accesserunt; sed malè ope-
 rantes steterunt à longè. Quid? quid in-
 nuit rursus ista ligatio? mala fuerunt il-
 lorum opera, viam iniquitatis ambula-
 uerunt. Ne igitur putent se posse profeci-
 qui, quod malè vixerunt, ligatas enim ha-
 bent manus, & pedes? Ut sciant quod des-
 derium illorū peribit, ut non præterea va-
 leant malè agere, idè ligantur manibus,
 & pedibus. Adde, quod, & hac ligatione
 significatur finitum esse tempus merendi
 per bona opera salutem aeternam. Ergo
 nulla ulterius spes, ergo in inferno nulla
 est redemptio. Ergo dum tempus habe-
 mus, operemur bonum, ergo dum solutæ
 sunt manus, leuemus illas ad mādāta Dei,
 ad preces Dei. Ergo dum via patet, ambul-
 emus, & curramus viam mandatorū Dei
 (legis veritas ad operandum: legis firmi-
 tas ad firmiter procedendum) iustitiam ope-
 rantes. Non satis est iter capere, non ope-
 rus aggeri, nō paulisper conari. De Noë
 mi reuerfura ad populum suum de regio-
 ne Moab, vbi decem annis morata fuerat
 scriptum est. *Egressa est itaque de loco per-
 grinationis, cum utraque nuru, & iam in
 via reuertendi posita in terram Iudæ; dixit
 ad eas. Ite in domum matris vestra, & oscu-
 lata est eas; quæ elouata voce flere cœperūt,
 & dicere. Tecum pergemus ad populū tuū.*
 Restitit illa, ostendens commodum nul-
 lum illas non fore inuituras si cum illa per-
 gerent. Sed quid: elouata igitur voce ruf-
 tum flere cœperunt. Orpha (sic vocaba-
 tur vna) osculata est focrum ac reuerfua
 est. Ruth (sic altera) adhæsit focru suæ,
 protestans & ostendens non suum com-
 modum se spectare, sed amans focrum,
 non suum querens emolumentum; illi
 adhæret perseveranter, neque ob vllam
 resistantiam sibi factam ab illa recedit.
 Hæu quoque viam carpunt, incipiunt bonū
 opus & feruentes se in initio demen-
 strant, & reuertuntur tamen! Non sic Ruth
 & propterea digna facta est in qua imple-
 retur efficax i la imprecatio. *Reddat tibi
 Dominus pro opere tuo, & plenam mercedē
 recipias à Domino Deo Israel, ad quem ve-
 nisti, & sub cuius confregisti alas. Qui
 sic perseveranter ad Deum veniunt, sub
 M 2 ymbra*

Psa. III. 10.

Gal. 6. 10.

Ruth 1. 7.

Ruth 2. 12.

22
 umbra alarum eius verè in salutem, & hu-
 ius vita, & aeternæ protegentur. Mitte ex-
 cufationes in peccatis, ne culpes infirmâ
 carnem, fallacias diaboli. Te ipsum ac-
 cufâ: & audi Sapientem. Si dixeris. *Vires
 non suppetunt. Qui in fpektor est cordis, ipse
 intelligit, & feruatore anima tua nihil
 fallit, reddetq. homini iuxta opera sua.* Ser-
 uator tuus est Deus. Ipse liberator, atque
 faluator, nouit ipse vires nostras, & imper-
 fectum nostrum vident oculi eius. Quod
 potes petis; & quod non potes, præbet,
 & sic faluatis in Domino. Ergò quocum-
 que potest facere manus tua, instanter o-
 perare, *vt Spiritus faluus fit in die Domini
 nostri Iesu Christi, cui est gloria in sæcula
 sæculorum. Amen.*

Prou. 24. 12

Dan. 6. 27

Eccles. 9. 10

1 Cor. 5. 5

FERIA QUINTA
 DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Nisi abundauerit iustitia vestra, Matth. 5.
 In prima parte ostenditur, finem
 legis Christi esse reddere hominẽ per-
 fectissimum, idè ab ipso appetenda esse
 remedia, quibus talis perfectio acqui-
 ritur. De ira agitur, & ostenditur
 quàm magnum malum. In secunda
 parte adhibet remediũ contra ipsam.

1.

VENIO ad vos hoc mane cū
 salutatione Principis Aposto-
 lorum, qui fidelibus scribens,
 sic illos salutat. *Gratia vobis
 & pax multiplicetur* Hæc en-
 nim duo sunt, quæ hominem decent ma-
 ximè, gratia Dei, & pax hominis: vt sit ca-
 rus Deo, & hominibus, amans Dei, & a-
 matus à Deo, amans hominum & ab eis-
 dem hominibus verè dilectus. Hoc bo-
 num meredò cupiunt Apostoli fidelibus
 esse concessum. Idè consueuerunt hu-
 iusmodi vti salutatione, dum illis scriberent.
 Sic Ioannes. Ioannes septem Ecclesiis,
 quæ sunt in Asia. *Gratia vobis, & pax ab
 eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est,*

1 Pet. 1. 2.

Apoc. 1. 4.

Ita Paulus suos solitus erat salutare. Sic
 ad Colossenses: *Gratia vobis, & pax à Deo Coloss. 1. 2.*
 nostro Sic ad Philippenses, sic & ad Ephe-
 sios. At Petrus hoc tantum bonum no-
 bis exoptat cum abundantia donari. *Gra-
 tia vobis, & pax multiplicetur.* Nam &
 Paulus charitatem cupit abundanter illis
 erogari. *Et hoc ero (inquit) vt charitas ve-
 stra magis, ac magis abundet.* Hanc do-
 ctrinam didicerant à magistro, qui Eu-
 angelium prædicans dicebat. *Nisi abun-
 dauerit iustitia vestra plusquam Scribarũ,
 & Pharisæorum.* Quam ideo vt discam-
 mus, & nos illius verba diligenter audiam-
 mus, & examinemus.

Phil. 1. 11

Vbi duo nobis proponuntur. Primum
 est regula generalis, de abundantia iusti-
 tiæ in communi. Dum dicitur: *Nisi abun-
 dauerit iustitia vestra, &c.* Secundum est
 regula specialis de proximi dilectione, cui
 & alia postmodũ subiiciuntur, vt sequen-
 tibus postea diebus audiemus. De qua
 speciali regula dicit Dominus: *Audistis
 quia dictum est antiquis, Non occides, qui
 autem occiderit, reuertit iudicio. Ego au-
 tem dico vobis, quia omnis qui irascitur fra-
 tri suo, reus erit iudicio.*

Circa regulam decretumque generale,
 quator attende, & primum quod hanc do-
 ctrinam facit sequi ex præcedenti, in qua
 fecerat mentionem de varietate manda-
 torum, in quibus sunt minimæ, maxima
 & mediocria. Dixit enim ibi. *Qui ergò sol-
 uerit vnum de mandatis istis minimis.* Ex
 quibus verbis innuitur & maxima dari. Ita
 quod dicens: *Qui autem fecerit, & docue-
 rit, hic magnus vocabitur,* intelligi voluit.
 Qui fecerit maxima mandata, & eadem
 alios facere docuerit, hic erit magnus. Mi-
 nima ergò pertinebant ad legem veterem,
 magna ad nouam. Ne igitur putaret iam
 satis esse præcepta illa seruari, addit. *Dico
 enim vobis, nisi abundauerit iustitia ve-
 stra plusquam Scribarum, & Pharisæo-
 rum, non intrabitis in regnum cælorum.*

Matth. 5. 19

Secundò. Attende, quòd Deus vult o-
 mnium creaturarũ perfectionẽ. Vnde feri-
 ptura. *Igitur perfecti sunt cæli, & terra; per-
 fecti (inquam) quia formis suis propriis v-
 numquodq. statuerat, dans esse proprium,
 & natu-*

Genes. 2. 1.

& naturam competentem illi, ut nihil esset in suo genere imperfectum, quae omnia comprehendit sub his duobus nominibus, caelum videlicet, & terra. Quod & in principio fecit, quando argumentum rerum a se factarum strictim comprehendere voluit: quod ut explicatius postea declararet, dixit. *In principio creavit Deus caelum, & terram.*

Inclinatio quaedam illi naturalis, quaeque natura suam ad operandum extendit potestatem. Ideo inclinatio in carne corrupta, qua prona est ad malum ab adolescentia sua, dicitur ab Apostolo, *prudentia carnis*, quae praevenerit rationem, unde homini inest, etiam ab adolescentia sua, quando videlicet mens, & ratio usum adhuc perfectum non est liberi arbitrij consecuta, ut non immerito inclinatio rerum secundum naturam earum dicatur sapientia à Deo diffusa super omnia opera sua.

Rom. 3. 6.

At creatura ratione praedita, cum non naturaliter dumtaxat, sed spontaneae quoque exeat ad opus suum, altiori indiguit sapientia, qua cognoscens discerneret bonum à malo, & ita sciret reprobare malum, & eligere bonum. Hanc ergo excellentiorem sapientiam hominibus tribuit per legem suam, qua dirigeret gressus eorum. Unde Propheta. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.*

6

Quo lumine procedente, statui custodire iudicia iustitiae tuae. Vidi enim in lumine legis tuae viam, qua mihi pergere conueniebat, illamque elegi, & assumpsi, atque peregi. Ergo ut perueniret ad suum perfectum, lege instituendus erat, quae est nostra sapientia, & intellectus nobis tunc est promissus quando dictum est nobis. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: Firmabo super te oculos meos, id est illuminationem sapientiae meae. Nolite ergo fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Ne videntes non videatis, & audientes non audiat.

Psal. 118. 105

Psal. 31. 8.

Psal. 31. 9.

At verò cum hominis operatio, qua perficitur non vna tantum sit, sed multiplex, quod non sit homo ad vnum determinatus ex libera sua voluntate.

7.

Attende terriò, quòd haec lex, & sapientia nostra, ita disposita est, ut plura demonstrat, in quibus gradus consistant humanae perfectionis. Id quod, sicut decet nostram libertatem, ut liberè apponat quisque ad quodcumque voluerit manum suam; ita multum cum diuina sapientia quadrat, quae sicut in mundo materiali tam diuersas condidit species, ut fieret singularis quaedam, & còspicua vniuersi pulchritudo;

4 Ita quòd principium illud totis sex diebus continebatur; scriptum quippe in lege est. *Sex diebus creauit Deus caelum, & terram: & in eiusdem rursus sex diebus. Fecit Dominus caelum, & terram, mare, & omnia, quae in eis sunt.* Vbi patet, quod per caelum, & terram intelligi necesse est, omnia quaecumque sex illis diebus ab ipso creatore condita sunt. Quod manifestius aperit, dicens. *Igitur perfecti sunt caeli, & terra, & omnis ornatus eorum.* Ornatus verò est plenitudo eorum, de qua plenitudine dicit Psalmista. *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.* Sicut autem aliud non est terra, & orbis terrarum: ita idem prorsus est plenitudo, & vniuersi, qui habitant in terra. Haec omnia perfecta sunt, quantum prima illorum conditio, & creatio postulabat. Quod autem Deus omnia velit esse perfecta, manifestat Scriptura, subdens. *Et requieuit Deus de septimo ab omni opere suo, quod pararat.* Quod est dicere. Non requieuit nisi postquam perfecti sunt caeli, & terra, & ornatus eorum. Illis verò perfectis tum requieuit ab omni opere suo.

Gen. 1. 1.

Exo. 31. 17.

Exo. 10. 11.

Gen. 1. 1.

Psal. 118. 105

Psal. 31. 8.

Psal. 31. 9.

5 Non enim requiescit donec compleat omnes cogitationes cordis sui. Sicut autem naturam tum illis dedit, atque virtutem, & potestatem; haud secus postmodum eduxit illas ad operationes suas, in quibus earum vltima consistit, atque summa perfectio. Ita quòd sicut non requieuit ipse, donec perfecisset creationem omnem; ita creaturarum nulla, quietem habeat, donec operando ad verticem suae perueniat excellentiae. Quod, ut facerent, sicut ipse omnia in Sapientia fecit, ita super illam talem effudit sapientiam, qualem vniuersiusque natura exigebat. Haec verò est

Gen. 2. 1.

Psal. 104. 24

haud fecus in mundo isto nobiliori, quod est humanum genus, maxima varietas maxime testis esset exploratissimus celestis, diuinæque Sapientia. Hæc itaque ratio est, quam obrem in condenda lege sua, non viam modo tenuit rationem, aut viam: sed primo legem suam inseruit in visceribus nostris, vt vnusquisque sibi esset lex, & legeret in tabulis cordis sui, quid sibi faciendum esset, quidue cauendum: additis nihilominus ad pleniorum intelligentiam, & instructionem exterioribus quoque colloctionibus, & intimis illuminationibus, vt perfectè esset homo ad bonum illud instructus, quod sibi fuerat imperatum.

8 Hinc factum est, vt nedum ex libertate, ac libera voluntate hominum in eadè seruanda lege diuersitas contingeret, verum etiam alia, & alia claritas, veluti stellarum non eodem modo lucentium, à Deo desuper diffusa, & infusa, in causa esset, cur alius quidem sic, alius autem sic in atsequenda congrua per legem perfectione, Deo sic disponente, se gereret: Legi autem in cordibus impressæ quando libuit illi expressam, & in tabulis, addidit, & in volumine legis, in qua etiam mandata, secundum sui beneplaciti sapientissimam dispositionem, multiplicaret. Tandem vero legem illam, mandatorum decretis, fidei legem per Euangelium instituit, in qua ad summam eueheret Euangelicos homines perfectione. Ità vt multiplicitas ad sublimitatem reduceretur: & homo, qui tot variisque præceptis tenebatur implexus, iam in libertate vocatus, & in breui, amoris lege collectus, leuaret se super se, ascendens ad apicem perfectionis omnis, hominibus possibilis, vt perfectè esset homo Dei, ad omne opus bonum instructus, per charitatem, in qua tota lex pendet, & Prophetæ. Adeo vt vocem, à

Matt. 5. 48 Patribus non auditam, nos audiamus. *Esote vos perfecti sicut & Pater vester celestis perfectus est, vt effectum illius saluationis, & desiderij, seu etiam preceationis cõ-*

Iuda. 1. 2. sequamur. Nempè, *miserordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur.* Merito ergo dicit Dominus. *Nisi abundauerit iustitia*

vestra plus, quam Scribarum, & Phariseorū, non intrabitis in regnum caelorum. Quod est, nisi seruaueritis legem vobis data, in qua maior perfectio continetur, nullo pacto aditus vobis patet ad celestem gloriam.

9 Vbi quartò attende, quòd summa perfectio hominibus proposita, est regnum caelorum in summo caelo, summa enim perfectio nostra, nostra beatitudo est quia bonum, acquisitum a sentiente, delectat gignitque voluptatem. Et quando sensus est multa cogitans, non videlicet determinatus ad vnum obiectum sensibile, sicut visus ad colorem; sed vniuersa percurrit obiecta, qualis sensus mens nostra est. Tunc bonum eius sed plenum sit, beatitudo est, que status est omnium bonorum aggregatione perfectus. Hoc est perfectum illud, de quo Paulus. *Cum venerit quod perfectum est, euacuetur quod ex parte est.* Hoc celeste perfectio illa præcedit, quæ in terris est consequenda. Et hæc est iustitia, quæ virtutem omnem cõpellit, quæ in sacris literis, & iustitia dicitur, & sapientia, & timor Domini, & legis diuinæ observatio, siue obedientia. Et hæc est perfectio, de qua dicit Apostolus. *Nò quod iam peruenierim, aut perfectus sim, sequor autè si quo modo comprehendam, in quo comprehensus sum à Christo Iesu, & de quo supra.* Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Pater, vt trahat ad filium comprehendit hominem quasi per manum apprehendens eum. *Cum inquit ego apprehendi dexteram.* Hoc autem per gratiam, qua ad perfectum ducit, ipse perficit. Qui per omnia gratiam sequeretur, atque in omnibus illi consentiret, & comprehenderet, in quo esset cõprehensus, ad omne opus bonum instructus, & in omni bono opere consummatus. Qui enim creauit hominem, cum perfectas æquitatis, vsque ad summum perfectionis verticem euehit. *I in iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crecit vsque ad perfectam diem.* Iure itaque merito, qui in hoc modico fidelis fuit, ad summum, quo periturus bonum euehendus est, ita quod perfectio viæ ducat ad perfectionem vitæ, & iustitia perducatur ad regnum caelorum;

Quod

Num. 11. Exod. 30. Hib. 9. 14. Hib. 9. 5. Psal. 98. 1. Pro. 2. 12. 11 Iob. 42. 12. Tob. 11. 2. Aug. 19. Matt. 5. 3. 4. 18. Matt. 5. 4.

Quod in arca fœderis videtur apte figuratum fuisse. Neque enim dubitandum quin arca illa significet iustitiam, quæ ex lege est, puta quæ perfecta est legis observatio, cum dicatur, *Arca fœderis seu testamenti*, id est legis; eo quod in illa legis tabulæ servarentur: super hanc Deus ostendebatur ut sedens, quia ipsa erat scabellum pedum eius, ex alis Cherubim, quasi aptata sede. Vnde sedere dicitur super Cherubim, hoc autem sedere regnare est. Quod Psalmus aperte demonstrat, canens. *Dominus regnavit, irascentur populi, qui sedet super Cherubim, moveatur terra. Populos irasci, & terram commoveri idem est.* Ita ergo Dominum, & regnare & sedere super Cherubim, eadem proflus est res. Hoc ergo est regnum Dei. Quod quidem notatur esse regnum cœlorum, quando qui regnat, sedet super Cherubim qui sunt ciues cœlestes: & quorū habitatio in cœlis est: huic regnanti, arca coniuncta est, quæ scabellum est pedum eius, coniuncta (inquam) per subiectionem, ergo à iustitia ascenditur ad regnum cœlorum, & per gratiam in iusto iam rex gloria. En via perveniendi ad regnum cœlorum. Hinc Salomon. *Qui redi sunt, habitabunt in terra, & simplices permanent in ea.*

Mos est veterum Scripturarum obedientibus Deo promittere bona ista, quæ hominibus parent, per quæ tamen invisibilia debebant intelligi. Nam & illius temporis iusti prosperati sunt, & si qui tentati sunt, postmodum quoque ad sublata bona, etiam cum incremento, restituti sunt. Sic Iob, sic Tobias, sic David. Per hæc igitur temporalia, quæ prisco illi temporì congruebant, ea, quæ nostro conveniunt, quæ sunt spiritualia, ostendebantur. Nam & Christus, qui regnum cœlorum reprobavit, dicens. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Illud idem mox terram vocat. *Beati* (inquit) *mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Quali dicat. Quod ego nunc terram nomen, regnum cœlorum est. Neque in mea pollicitatione à magnis ad parva descendendo, ut sciatis hanc esse terram, quæ priscis temporibus à Patre meo vobis pro-

mittebatur. *Qui ergo redi sunt, habitabunt in terra hac.* Ipsorum est enim regnum cœlorum, & simplices permanent in ea. Propitius sit nobis Deus, ut in hac terra, quam pedibus calcamus non diutius permaneamus. Ideo enim oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, ut eripiat nos de luto fœcis, & abbreviet incolatum nostrum, ne nimis prolongetur, & finiat tandem peregrinationem nostram, & colloquet cum principibus populi sui, in regno suo.

Hæc certè est terra, in qua simplices permanent. Quia in permanente, non autem in transeunte permanetur; hic autem permanentem non habemus mansionem. Quia in domo Patris, qui in cœlis est, mansiones etiam multe sunt. In terra autem via est, & peregrinatio; sic ergo intelligamus alias similes promissiones. *Custodi legem, atque consilium, & erit vita anime tue, & gratia faucibus tuis.* Rursus, *Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.* Rursus. *Arripe sapientiam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* O utinam etiam bona vitæ præsentis, quæ iustitia, & virtus secum afferunt, degultaremus. O utinam abundaret iustitia nostra, & has suas promissiones proculdubio etiam in hac vita consequeremur; & erit (inquit) vita anime tue, & gratia faucibus tuis. Si comminata mors, mala secum traxit uniuersa; bona uniuersa certè in vitæ pollicitatione promittuntur. Erit vita anime tue, viues (inquam) verè; vera vita erat vita tua. Vigilans, & dormiens bene habebis. *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget.* Nedum in domo tua securus eris; sed etiam custodieris in omnibus viis tuis, ut à nemine offendaris. Nedum in domo tua commodè viues, & sine molestia, at in itinere quoque pes tuus non impinget, ut non offendas ad lapidem pedem tuum, ut tibi mala non occurrant.

Præterea ne dum vigilans ab omni malo eripieris, verum & dormiens. *Si dormieris (inquit) non timebis, requiesces,*

Pro. 2. 22. 12 Ioa. 14. 2. Pro. 3. 22. Pro. 3. 35. Psal. 4. 8. Pro. 3. 23. 13 Pro. 3. 24.

Et suavis erit somnus tuus Ne paucas repen-
tino terrore, Et irruentes tibi potentias im-
piorum Ne paucas, id est, non expauesces.
 Eadem enim vox Hebraeis est, quae futu-
 rum indicat & iubet. Quando videlicet
 cubabis, in lecto tuo, non timebis, quod
 superueniat tibi repentina calamitas, etiā
 à potestate tenebrarum, & hominum im-
 piorum. *Dominus enim* (inquit) *erit in la-*
tere tuo, Et custodiet pedem tuum, ne capia-
ris, ne videlicet illaqueeris. Mundus la-
 queis plenus, vndique pericula, vbique of-
 fendicula, nullus tutus locus, omnia dolis
 referta, omnia malis, omnia perturbatio-
 nibus. Vnicum remedium est tantis in-
 commodis. Quod verò illud? custodi le-
 gem, atque consilium, arripe sapientiam,
 amplectere iustitiam, & Dominus custo-
 diet te ab omni malo, & iam pedem im-
 mittes, vt intres regnum caelorum. Nam
 & gratia erit faucibus tuis. Quid autem
 hoc? pro faucibus intellige guttur, & col-
 lum, quod solent monilia, & torques or-
 nare, & decorare. Gratia igitur ista est pul-
 chritudo, & forma speciosa. Rursus dulcia
 faucibus tuis immittentur, vt & exterius
 appareas in decore, & interius gaudeas de
 bonis Domini.

Pro. 3. 26.

14

Ad specialem regulam nunc tandem
 transeamus. Vbi duo facit Dominus. Pri-
 mò ostendit quàm malum sit irasci. Po-
 stea hortationem facit, siue iussionem po-
 titius, docens cuiusmodi remedium contra
 tantum malum nobis sit adhibendum, di-
 cens. *Cum ergo offers munus tuum ad alta-*
re, &c. Explicaturus malignitatem iracun-
 diae citat veterem legem, & assert suam; de
 veteri ita loquens. *Audistis, quia dictum*
est antiquis. Non occides qui autem occide-
rit rem erit iudicio de sua subdens. *Ego*
autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur
fratri suo, reus erit iudicio Atque ita decla-
 rat Dominus quomodo sit nostra iustitia
 superiustitiam Scribarum, & Phariseo-
 rum abundantior; nempe vt excellentius
 obseruemus mandata Dei. Ad explican-
 dum irae malitiam, argumentum sumit à
 poena eidem per legem taxata. *Audistis*
(inquit) quia dictum est. Qui occiderit, reus
erit iudicio. Ego autem dico, &c. Iudicium

Num. 35.
16.

illud erat, quo discernebatur, numinopi-
 narum, aut praemeditatum, quis homici-
 dium commisisset. Nam si ex industria
 quis proximum interfecisset, morte ple-
 ctebatur: si autem casu, poterat in ciuita-
 tibus refugii à morte liberari.

At in nostra lege, *omnis, qui irascitur*
fratri suo, reus erit iudicio Vt diiudican-
 dum sit, num ira illa sit eius generis, de
 quo scriptum est. *Irascimini, Et nolite pec-*
care. An culpa quidem sit sed leuis. De
 qua Apostolus. *Sol non occidas super ira-*
cundiam vstram. Vel fortè talis sit, qualis
 iracundia Cain, qui occidit fratrem suum;
 quae si huiusmodi reperta fuerit, sicut ho-
 micida tunc morte plectatur: ita, qui sic
 irascitur, reus est gehennae ignis, morte,
 videlicet aeterna. Quoniam verò signa ira-
 cundiae exterius ostensa, quamuis modico
 signo, cuiusmodi est vox *raccha*, quae tunc
 erat indignantis vox, in periculum malis
 iniiciunt, ideo exactioni iudicio opus est,
 quod concilio celebratur, vbi ad discuti-
 endam culpam plures conueniunt sapien-
 tes. Hoc augmentum culpae, & poenae o-
 stendit, quod rigorosus expendantur cul-
 pae in nostra lege, quam in veteri. Vnde &
 ibi poterant falli, & fallere Iudices. At in
 nostra impletur quod praedixit Isaias. *Ecco*
in iustitia regnabit Rex, Et principes in Iu-
dicio praeerunt. Non vocabitur vltra is,
 qui insipiens est, Princeps, neque fraudu-
 lentus vocabitur maior. Iudicium illud
 fiebat ab hominibus; hoc verò fit à Deo,
 qui solus potest mittere in gehennam.
 Quod dicit. *Qui autem dixerit fatue, reus*
erit gehennae ignis; sic intellige, quod vbi
 culpa euidentis est, poena est ignis. In ira-
 cundia, aut in signo non est adeò exploratum
 peccatum, sicut quando aperta est ini-
 iuria. Nam duobus primis modis zelus
 potest esse iustitiae, sicut de se dicit David.
Super inimicos tuos tabescebam, perfecto o-
dio, id est, valde magno, oderam illos; Et
inimici facti sunt mihi. At iniuria ex ira
 procedens, culpam aperit, vt non sit vltra
 iudicio, aut concilio discutienda. Vbi au-
 tem aperta est culpa tam in primo, quam
 in secundo gradu, iam diuino iudicio poe-
 na taxata est, quae est gehennae ignis. Ex
 his

1^a Sal. 4. 5.
Eph. 4. 26.
Gen. 4. 11.

Isai. 31. 1.

Exh.

Eccl.

Ps. 138. 21.

his duo consequuntur. Primum, maximum malum esse iram, quæ tanto supplicio plectitur. Secundum, quod cum pœna atrox magis, atque acerba huius legis transgressoribus debeat, lex ista exactiorem flagiter obseruantiam: & iam *Nisi abundauerit iustitia vestra, non intrabitis in regnum cœlorum.*

16 Qua in re hoc quoque obseruandum est. Quod vi legis Euangelicæ nemo est ab hominibus morte mulctandus. Summa enim punitio à lege ista taxata est ex terminari de populo suo, vnde transgressor sit tamquam Ethnicus, & Publicanus. Nam sicut obseruantium merces est regnum cœlorum, quod solus Deus donat, ita transgressorum punitio ignis est gehennæ, qua solus Deus damnat, re ipsa mittens in stagnum ignis. Et hæc est ratio quædam; quam obrem hominibus antiquis temporalia, tum bona, tum mala proponebantur, quia secundum legem illius temporis temporaliter, & in hoc mundo homines iudicabantur. At lex nostra imprimis spectat retributionem futuram, quæ cum carnales homines non adeo impense exciter; idcirco amore magis inuitat, & prouocat ad Deum amandum propter seipsum. Quoniam calcæria timoris, ac spei, ut potè remotiora, non sic acriter pungunt.

17 *Exhortatio* Propterea ab ira, & odio, & omni mala voluntate nobis, qui huic tam excelso legi sumus subiecti, maxime cauendum est. Quia lex ista lex amoris est, ordinat nendum exteriora opera; verum etiam & potissimum animi exteriores motus, vbi in cathedra sedet, qui totius animæ regno potitur, princeps amor. Sit igitur procul à nobis iracundia, quæ subuertit huius regni quietem, & pacem. *Ira enim & furor* (inquit sapiens) *utraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorū.* Quod peccator contineat iram, & furorem, qui nihil est aliud quam ira vehementior, multiplicem habet sensum. Tum videlicet, quod qui peccatis est assuetus, facile irascitur, sic Deo permittente. Tum quod vir iracundus variis peccatorum generibus implicat semetipsum. Multa enim ma-

Tom. I. Belliniani.

la, & vitia furorem consequuntur. Tum demum quod ira numquam nisi peccatori contingit; non enim potest esse peccatum primum in homine. Irascitur enim homo tunc tantum, quando impeditur concupiscentia eius, ut aut adipisci non valeat, aut retinere, quod amat inordinate. Amor enim inordinatus omnium malorum est artifex; & *Radix omnium malorum est cupiditas,* cui dum libet, quod non licet, reliqua omnia peccata contingunt, maxime verò iracundia. Quoniam inordinatus animus non potens est, quæcumque voluerit assequi secundum desideria cordis eius; & tunc iracundiæ motus tanquam ex ardentis fornace confurgunt, ac proinde, qui modò iracundus est, antè hoc iam erat peccator. Ita Cain videns à Deo se esse postpositum fratri suo, iratus est valde, & præliuore etiam contra Deum accensus, nolebat nec oculos leuare, vnde concidit vultus eius. Sic enim de illo dicit scriptura. *Iratus est vehementer, & concidit vultus eius.* Deus autem, qui & illius, quamuis peccatoris curam habebat, ut eum ad cognoscendam culpam suam, eamque voluntaria confessione delendam prouocaret, sic eum allocutus est. *Quare iratus es? & cur concidit facies tua?*

18 Vellem, ut quicumque irascitur, hanc vocem animo auscultaret intento. Quare iratus es? redde ratione indignationis tuæ. Nullam certè reddere poteris. Insipienter enim agis sicut Saul confessus est sine ratione procedens. Non enim frustra dixit Salomon. *Superbus, & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Quare iratus es? O execrabile facinus, & irrationabile opus. Ira, & furor utraque execrabilia. Extra sacrum, extra legem Dei, extra quoque humanam rationem. Dic, responde: Quare iratus es? responde si quid habes, ut iustificeris. Radix prima iracundiæ irrationabilis est, exoritur enim ex concupiscentia, quæ sine ratione concupiscit, quod lege prohibitum est; *qua lex ratio Dei est.* Quare, o Cain, iratus es? putas ne Deum iniuste tecum agere, & cum fratre tuo? Si ad Abel, & ad munera eius, non verò ad te, & ad munera tua respexit,

N exami-

examina conscientiam tuam, diligenter inquire, quid egeris, quo animo id egeris, & videbis à te processisse, vt non respicerentur munera tua tecum. Et quid culpæ est in fratre tuo, vt eum oderis, vt inuideas illi de muneribus Dei? Si respexit DEVS humilitatem animæ suæ, & puritatem manus, & mentis suæ, quid commertuit, vt tu offensus bonitate suâ exacerueris aduersus illum malignitatem tuam? Quare iratus es? Nulla te ratio ad hoc potuit mouere, nullus rectus animi motus: furor tuus, malitia tua, peccatum tuum, quo etiam indignus iactus es, qui ab oculo maiestatis Dei, utque benignitatis eius, respiceris: hæc te mouerunt. Dum te furor exagitat, rationi non est locus: perpetrato fratricidio cum furor efferbuerit, tunc cognosces malignitatem tuam, confiteberis palam.

Gen 4. 13. *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.* O iracundiam, quæ animum impedit, ne possit cernere verum, quæ oculos nedum claudit, sed & eruit, ne videant malum, quid sit, dum fit: cedit ira, succedat ratio, & clamabit. Maior est iniquitas mea, quam putaram. Tu ergo, homo,

Eccl. 23. 6. præmitte rationem iracundiæ tuæ, ausculta sapientem. Memorare nouissimorum, & desine inimicari, memento timorem Dei, & ne irascaris proximo. Si Cain à presentibus auertisset intuitum, & ad futura conuertisset, menti admonens, quæ peccantibus accidunt, non fuisset in fratrem crudelis, impius in Deum. Ira irâ plectitur; ira hominis Dei iracundiam promeretur. Audi Psalmistam. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Sine ratione faciunt, qui aduersus proximum commouentur, & ided tunc lo-

Psal 2. 1. *quetur ad eos in ira sua, & in furore suo consurbabit eos.* Horum nouissimorum memorare. Quia Deus inultum abire non patitur, & cum tranquillitate iudicabit, quod tu furens committis: sed acerbitas pœnæ etiâ in tranquillitate decretæ, quasi irascentem Deum, furentemque demonstrat. Idque eò magis, quo lex eius charitas, pax, patientia, mansuetudo est. Cui nihil aduersatur magis quam ira, furor, c-

dium, impatientia, malignitas, crudelitas.

Quomodo ergo impletur ab iracundis? Ergo memento timorem Dei, & ne irascaris proximo.

SECUNDA PARS.

19
Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c. Nunc demum hortatur, & iubet, quid pro remedio contra iram à suis fidelibus præstandum sit. Facta enim declaratione, quàm magnum malum sit proximum offendere solo etiam, & non multo aspero verbo, elicit documentum, quo nobis remedium contra iram intendit persuadere. Quod remedium est reconciliatio, cuius necessitatem volens proponere, decernit etiam oblationes Altissimo, cui offeruntur, nisi præcedat reconciliatio, gratas non futuras. Vbi rursus apparet, quàm Deo displiceat proximi offensa. Duo itaq; proponit bona; alterum est, munus Deo offerre; alterum est, offenso proximo reconciliari; vt utrumq; bonum est, vt utrumq; Deo acceptum, si ordinatè fiat. Quis autem non putaret Dei oblationem, proximi reconciliatiõni esse præferendam? Nam Deus est Deus, & homo est homo, & ordo erga superiores, secundum rectam Physicam, præcedit ordinem erga inferiorem, & æqualem; & tamen Deo tantum est cordi, vt pacem habeamus inter nos, vt si illa non præcedat, ad munera nostra aspicere non dignetur. Et per Salomonem diffinitum est. Facere misericordiam, & iudicium magis placet Domino, quàm victimæ. Et idcirco iubet. Si offers munus tuum. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et vt fortius premat, non absolute dixit, præmittendam esse reconciliatiõnem, sed casum posuit, quod si tibi offerenti, iam inchoata oblatione, & ante altare stanti, vt illam compleas, veniat in mentem, quod iultè erga te sit indignatus frater tuus, tunc ibi dimisso munere tuo, & imperfecta adhuc oblatione, vade, priusquàm ultra in illa progrediaris, ad fratrem tuum, & sic age, vt restituta pæe reconciliatus illi, ad diuinum reuertaris obsequium perficiendum. En ordo necessarius, sine quo etiâ oblatio, quam iussit Deus ipse, non sit illi

illi accepta. Nam ne putares oblationem à Deo esse neglectam, mandat, vt præmissa reconciliatione, compleatur. Vos sacerdotes, sedentes in throno gratiæ, quando ad iudicium vestrum accedunt homines penitentes, qui bona verba dant de de facienda iniuria, vel damno proximi, vt factio præueniant ad altare, ordinè peruertentes, quem nunc Dei sapientia Christus instituit; recordamini horum verborum. *Si offers munus, &c.*

20. Ex his iam patet quod reconciliatio nõ bona sit modò, verum, & necessaria. Vbi primùm supponitur offensa. *Si ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, nempe qd offenderis illum, vnde iuste posset de te expostulare. Hoc est. n. habere aliquid aduersum te, esse, videlicet à te offensum. Sicut & Dominus dicit in Apocalypsi aduersus Ecclesiã Ephesinam.*

Apoc. 1. 4. Habeo aduersus te, quod charitatem tuã primam reliquisti. Et Ecclesiã Pergami. Habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinã Balaam. Habet ergo aliquid aduersus proximum, qui ab illo offensus est. Supposita igitur offensa, est semper reconciliatio necessaria. Si igitur ante altare constitutus recordatus fueris te proximũ tuum offendisse, vade reconciliari: nam offensio offendente perdit. Vnde dicebat

Mat. 18. 15. Dominus de illo. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Non ergò leue quid putares offendere fratrem tuum. Quoniã dum illi noceres, te ipsum perdis; dum auferis pecuniam, odio habes animam propriã; dum famã detrahis, gloria te ipsum priuas æterna; vulnus illi infligens te ipsum totum interimis. Huic malo medetur reconciliatio, quæ vt habeatur, proximo satisfaciendum est, illique, quantum possumus, restituenda sunt ablata, vt res, si possibile sit, redeat in pristinum. Quod offendens & optare debet, & conari pro viribus, vt verè nolit proximum offendisse: ac proinde per ipsum non stet, quin proximus iam offensus illi reconcilietur. Idèò, & præcepto legis furtum restituere tenebatur. Raptori multa compotes indicebatur. Hinc quoniam Maria soror Moyse contra illum locuta est, à Deo lepra percussa est. Moy-

ses enim erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur super terram, & propterea Deus ab illum offendentibus supplicium exigebat.

Facta satisfactione, tunc tenetur offensus reconciliari, atque ex corde dimittere, vt pax sequatur. Amat enim Deus pacem in domo sua, vult filios suos se mutuo diligere, ac beneficijs promereri. *Vt filios Iob. 11. 52. (inquit) Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Mortuus est Christus, vt nos mutuo diligamur, vt scimus vnum inter nos. Heu! quam est pacis amator? Sic

1. Pet. 3. 8. Apostoli nos hortantur. Omnes vnanimè compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes modesti, humiles, nõ reddētes malũ pro malo, nec maledictũ pro maledictò, sed è contrario benedicentes. Vnitatis Deo chara est, quia, & ipse vnus est Deus, vnus pater omnium nostrũ, vnus paterfamilias; nos verò sumus domus eius, vnus populus. At si domus supra domum sit diuisa, cadit. At Deus domum suam, vult stantem esse, stabilem, firmam: propterea non est Deus dissensionis, sed pacis.

Nam & Salomon ait: *Qui reddidit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Pro. 17. 13.* Et adèò pacis amator est, vt nolit sacrificium ab his, qui oderunt pacem. Præterea mundis tantummodo licebat offerre sacrificium; alioqui magis offensum se Deus reputabat, si quis immundus præsumeret ante illum accedere. Magna verò macula est inimicitia cum proximo. Mundare igitur priusquam accedas ad altare. Hanc mundiciam præstat reconciliatio. Audi principem Apostolorum. *Animas vestras sanctificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius. Non hi simplici corde diligunt, de quibus scriptum est. In corde, & corde locuti sunt, vniuersa labia dolosa. Denique obedientiam vult Deus; magis quam sacrificium. Quid enim nostrum sacrificium, aut quoduis nostris obsequium Deo prodest, aut quid illi præstat? Non ob aliud grata sunt illi sacrificia, & obsequia nostra, quàm quia ab eo mandata sunt nobis. Mandat verò, vt prius proximum diligamus, quàm illi cultum*

exhibeamus.

1. Pet. 1. 22. Psal. 11. 3.

1. Pet. 1. 22. Psal. 11. 3.

1. Pet. 1. 22. Psal. 11. 3.

exhibeamus. Si ergo accedas ad eum proximo non coniunctus, te reicit inobedientem, temeritatem tuam redarguit, & quasi ipsum irrideas reprobatur te. Ita ingrata fuerunt illi sacrificia Sathili, qui non obtemperauerat Deo iubenti, ut omnia, quae **1. Reg. 15. 22.** erant Amalecitarum aboleret. Hinc Salomon. **Ecc. 4. 17.** *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei: & appropinqua, ut audias. Multo enim melior est obedientia, quam stultorum uictima, qui nesciunt quid faciunt mali.* Victimam stultorum vocat obsequia Deo impensa ab homine odiente proximum suum contra Dei praecipuum. At quid quae obsequia ista? frustra laboras, nec tibi prodes, nec Deo places, petitiones tuae putrescunt apud Deum, pro suaui odore factorem mittis. *Stultorum* (inquit) *uictima.* Quare stulti? quia nesciunt, quid faciunt mali. Ergo malum faciunt. Quid stultius, quam malum facere quasi bonum? Quid stultius, quam velle Deo placere in eo, quod illi displicet? Quid stultius, quam cum opere peccati, peccatum putare deleri? Ideo *custodi pedem tuum ingrediens domum Dei*, & ad Deum accedes, attentissime debes inspicere, & considerare quid facias. Tunc intentus ausculta, quid a te petit Deus, ut noueris quid te ab eo petere oporteat.

23. Ausculta ergo. *Audi populus meus, & Exhortari loquar Israel, & testificabor tibi. Deus, Deus Psal. 49. 7.* *tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Audite ergo vos fideles, qui estis populus Dei, & attendite, quae Deus testificatur. *Deus, Deus tuus ego sum.* Quid per hoc intendit? ut attentè audiamus, quia Deus est, qui loquitur, & qui iubet, ut audiamus. Quid verò audituri sumus? Primum quod ipse sit Deus. Et si Deus est, nullo indiget. Non ergo illi profunt obsequia nostra: ideo dicit. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* bene. Sed nunquid non tenemur nos illum colere, cum ipse sit Deus, cui cultus debetur, & gloria? Tenemur proculdubio. Quanam igitur ratione id praestabimus? si id ita impleamus, ut hono-

rificemus illum. Audi illum. *Immola Deo Ps. 49. 14.* *sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Inuoca me in distributionibus: eruam te, & honorificabis me.* Haec tria a te petit. Primum, ut immoles sacrificium laudis. Quo temporibus nostris intelligimus sacrificium Missae, & omne opus bonum, quo Deus honoratur. Secundum, ut reddas Altissimo vota tua; nempe debita tua persoluas tam Deo, quam hominibus. Vota emissa obligant, sic & praecipua omnia, sic promissa, & quae ex iustitia fratribus debemus, haec unicuique reddenda. Tertium, ut inuoces eum in die tribulationis, ut videlicet in quacumque necessitate ad illum confugas tanquam ad Patrem, qui filiorum suorum curam gerit, qui idcirco promittit, quod eruet te de tribulatione, ut tu erutus illum laudes. De sacrificiis solus odor ad Deum pertinebat, *odorem suauissimum Domino* (inquit Scriptura. De operibus iustitiae solus **Leu. 1. 9.** honor pertinet, & peruenit ad thronum gloriae eius. In his autem operibus, quibus Deus honoratur, eminet in proximum misericordia. Quo sensu dicebat **9** *Deus per Oseam, Prophetam. Misericordiam volui, & non sacrificium: quia in proximi dilectione potissimum honoratur.* Hinc Paulus. *Beneficentia autem, & Heb. 13. 16.* *communio noli obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus.*

Ergo nihil aequè illi molestum est atque odisse proximum, & inobedientem, praetendere se honorare Deum; & non reconciliatum introire ad altare Dei. Ideo **Ps. 49. 16.** in Psalmo supra dicto pergit dicens. *Pecatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Iactas verba mea, ut laudator, & ut transgressor: assumis in ore tuo praedicans, & exaltans, & assumis in manu, proiciens, & despiciens: quia in corde tuo odisti disciplinam, quae sola me delectat. Vis scire in quo? audi tandem. Si **Ps. 49. 18.** *videbas furem, curuebas cum eo, & cum adulteris portam tuam ponebas: os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinabat**

nabat dolos; sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Vides hæc omnia patari contra proximum. Furtum rem auferit, adulterium honorem; dolus veritatem, scandalum salutem. Hæc sunt, quæ odit Deus; & odit quidem in omnibus, sed in iis maximè, qui appropinquare Deo volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non deliquerit. Heu! quot Christiani ingrediuntur templum Dei, & se ibi gerunt in conspectu suo, quasi sint serui Dei. Sed quid dicit sermo diuinus? *Quadam die cum venissent filij Dei, & assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Cum bonis & mali permixti sunt. Quid autem prætendebat Satan, assistens coram Domino? offendere sanctum virum Iob, percutere tribulare, affligere tentatum per omnia, opus verè Satanicum. Interrogauit eum Dominus, ut aperiretur malitia eius. Tu, tu interroga te metipsum: dic tibi ipsi. Vnde venis? è foro, è negotio, è domo, de via venio à peccatis in proximum commissis. Sed nunquid huc veni, vt mihi dimittantur? si vis dimitti, *Vadere conciliari fratri tuo,* & roga illum, vt dimittat tibi debita, vt iustificeris in sermonibus tuis rogans illum, & Deum.

Heu! neque ob hoc huc venisti. Sed vt communem mentem tuearis; & fortè, vt omnia tua fiant in peccatum, rogans te prospere agere, dum aduersus fratrem tuum vires moues, vt dolos moliris: rogas, vt in lite quoque iniusta vincas, cum iudicaris. Non absurdè igitur Salomon tibi iussit, *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei.* Verum quod maximè doleo istud est. Vnus erat Satan inter multos filios, qui Domino assistebant. At verò in Ecclesia Dei ante oculos Dei. Quid? Dominus de caelo prospexit super filios hominũ, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum? omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad vnum. Vbi leuantur oculi ad Deum; vbi requiritur Deus, nempe in domo sua, num est intelligens, aut requirens Deum? Pauci saltem nunc. *Quoniam*

defecit sanctus, diminuta sunt veritates à filiis hominum. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Sed quia Deus sapienter agit nolens aliquem perire, expectans donec vadat reconciliari, & reuertitur; putant illum iniquitatibus suis conuiuere, sed ecce vox Dei clamantis. *Hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè, quod ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Contra faciem tuam ponet scelera tua, qui scelestus temerè audes comparere ante faciem eius, ac si ea illi non displicuerint: arguet ipse, vt videas malum tuum. Intelligitè ergo insipientes in populo, & videte vias vestræ, & stante super illas, illasque dirigite. Quod vobis concedat qui viuunt, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Quàm iuste Christus à nobis exigit abundantiora opera iustitiæ, quàm antiquitus faciebat. Explanantur Scripturarum mirifici sensus. In morali suadet ista operum abundantia.

TANTVM bonum, quod est regnum cælorũ ad prouocandos homines, vt abundantius studeant, quæ illis præcipiuntur, obseruare, profectò nõ minimæ virtutis est, atque efficacæ, vt meritò legislator noster possit dicere. *Nisi abundauerit iustitia vestra, non intrabitis in regnum cælorum.* Quibus erat antiqua lex promulgata, iis ingressus in terram promissionis lacte, & melle manantem promittebatur, longaq; secunda, & comoda in illa commoratio. At nobis proponitur abundans introitus in æternum regnum Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, vt ait Petrus. Iure itaque meritò abundantior nobis iubetur iustitia, vt abundemus in omne opus bonum. Excellentiori enim via nobis pergendum est, qua

ad opulentiorem patriam tenditur: & ibi fortis certamen, ubi gloriosior expectatur corona, mercesq; pretiosior. In rebus temporalibus quadrat proverbum illud Salomonis. *Noli laborare, ut dixeris.*

Prov. 23. 4.

Tum quia divitiarum temporales non id habent emolumentum, ut pro illo sit tantum ab homine laborandum, tum quia in casum saepius laboratur. Unde ibidem subditur

Prov. 23. 5.

à sapiente. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi penas, ut Aquila, & volabunt in caelum.* At promissa caelestia, quae certa sunt, & magna, profectò, & labores magnos postulant, & continuos, quia beatus est, qui in

Psal. 110. 1.

Psal. 118. 4.

mandatis Dei volet nimis. Tu enim mandata tua custodiri nimis; canit Propheta. Ut ergò de his non simus, quos carpit Salomon, dicens; *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui.* Aures erigamus ad verba sapientiarum, decernentis. *Nisi abnudaerit insipientia vestra, &c.*

2.

Vbi in genere prius animamur ad abundantem iustitiam: postea verò in quo speciatim debeat abundans esse nostrauilitia, instrumur: circa primum duo attendimus. Alterum quod eminentior est Evangelica lex lege Moisaica. Alterum quod praemio prouocamur ad obediendum legi. Hanc legum differentiam graphicè nobis demonstrat figura illa ubi scribitur, quod Ruth labore suo collegit tres modios hordei, sed gratia donationis sex modios à Booz liberaliter est consecuta. De illa enim sic habet Scriptura: *Collegit ergo in agro usque ad vesperam, & qua collegerat virga cadens, & excutiens, inuenit hordei quasi mensuram Ephraim, id est, tres modios, quos portans reuersa est in ciuitatem. Illi verò postea in uxorem iam assumenda dicitur ab eodem Booz. *Expande pallium tuum, quo operiris, & tene utraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quae portans ingressa est ciuitatem: laborauerunt veteres, ut legem impleant, quae erat lex factorum, & Ephraim mensuram consecuti sunt, quae sunt bona praesentis vitae. De manna scriptum est.**

Ruth. 2. 17.

*Collegit ergo in agro usque ad vesperam, & qua collegerat virga cadens, & excutiens, inuenit hordei quasi mensuram Ephraim, id est, tres modios, quos portans reuersa est in ciuitatem. Illi verò postea in uxorem iam assumenda dicitur ab eodem Booz. *Expande pallium tuum, quo operiris, & tene utraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quae portans ingressa est ciuitatem: laborauerunt veteres, ut legem impleant, quae erat lex factorum, & Ephraim mensuram consecuti sunt, quae sunt bona praesentis vitae. De manna scriptum est.**

Ruth. 3. 15.

Expande pallium tuum, quo operiris, & tene utraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quae portans ingressa est ciuitatem: laborauerunt veteres, ut legem impleant, quae erat lex factorum, & Ephraim mensuram consecuti sunt, quae sunt bona praesentis vitae. De manna scriptum est.

Colligat unusquisque, ex eo, quantum sufficit Exod. 16. ad vescendum, gomor per singula capita 16.

*Gomor autem decima pars est Ephraim. Dum scriptura refert gomor ad Ephraim, proculdubio infert inter illa affinitatem quandam esse, ac proportionem. Gomor autem est mensura cibi quo victitabant. Ephraim cum decem gomor contineat, satis aperte legis, quae praecceptorum decem verba continet, figura est. Quae ergò comparatio est inter victum, & legem, nisi quod qui legem obseruat, vitam tenet? Lex enim vitam tuetur. Sic enim habet lex, quam citat Apostolus. *Custodite leges meas, atque iudicia, quae faciunt homo viuere.* Et Psal. *Veniant mihi miserationes tuae, & viuam, quia lex tua meditatio mea est.* Ut ergò tres modios, quos laborando colligit Ruth, ostenderet Scriptura pertinere ad legem factorum, annotauit eos esse mensuram Ephraim, ut labor designaretur in lege implenda, qui vitam hanc temporalem daret pro mercede.*

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

Exo. 16. 36.

tam æternam, quæ sunt bona merita, & præmia. Graue iugum per legem positum fuit super filios Adam. Verum Christus, cuius sub lingua mel est, & lac, protellatur. *Iugum meum suave est.* Tollite ergo iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris, quia vestrum est regnum cælorum. Porta igitur iugum hoc, quod tibi Dominus, non sicut hi, qui imponunt onera grauiâ, & importabilia super humeros hominum, suauiter imponit, & leuiter. Sed sicut Baos, qui quod donauerat, posuit super futuram sponfam, quæ illa portans ingressa est ciuitatem, vbi requiesceret. Heu! si relinqueremus patriam nostram, vbi falli dii adorantur, sicut reliquit Ruth, si veniremus ad Deum verum, & sub eius alas cõfugeremus, gratiam, sicut dixit illa, clementis in nos patris familias reperiremus, inueniremus misericordiâ, sentiremus suauitatem, & æternam salutem tandem consequeremur.

4 Nam (quod erat secundum) legi proponitur merces. *Intrabitis in regnum cælorum.* Transgressori autem supplicium intentatur. *Qui occiderit, reus erit iudicij. Qui dixerit fatuus, reus erit gehenna ignis.* Plena promissionibus & minis est diuina Scriptura tam noua, quàm vetus. Quæ omnes, vt lege mæsurantur, ita legum conditione ostendunt: Vt vbi excellentior est lex, ibi vel amplior gloria, vel grauior pœna ab his expectetur, qui illam vel contulerint, vel renuerint. Inde enî cõfecit Dominus, legem suâ veteri esse eminentiorẽ, quod illius transgressoribus atrocior indicatur pœna, nis quoque, qui minori culpa, quàm qui antiquam præterierint, teneri videantur. Qui enim occiderit, iudicij, per veterem, reus erat. Quæ multa is stringitur hic, qui tantum irascitur fratri suo; at fatuitatẽ illi exprobrans, igne gehennæ in extremo dånatur. Animus namque ad legem cum trahendus erat, tum impellendus. Nam ligari abhorret quisque, nisi inde speret vtilitatem, aut si in vinculis non remaneat, maius illum maneat incommodum, vt vincula, aut temperet expectatum bonum, aut malum contineat, quod timeretur.

Verum hoc in quibuscunque actionibus sapienter prudenterque consideratur, vt ne præsentia solum intueamur, sed quæ inde sunt in futurum profectura, intente prospiciamus. Brutorum est ea, quæ in conspectu sunt, tantum aspicere. Ratio ad futura quoque & ad ea maxime dirigit inspectionem, quo quæ præ manibus habet, diligentius vertat, & cautiùs. Nam præsentia modo si attendas, illa aut amas inhoneste, aut turpiter fugis. Ammon 1. *Reg. 13.* præsentis raptus delectatione, montem sibi comparauit. Dauid a sibi illatis iniuriis auertens animum, bonum futurum sibi que ex his euenturum, intendit, sperauit; & demum consecutus est. Abisai quod erat in prospectu attendens, occidere voluit iniurium Semei. At non sic sapiens Rex. *Dimittit* (inquit) *seum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam. Credat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* 2. *Re. 16. 11.*

6 Et quoniam multorum infirma mens, in præsentis impiorum prosperitate, & feclicitate nutat facile: vnde est illud. *Mispe- Ps. 72. 3.* *ne moti sunt pedes, qui zelant super iniquos pacem peccatorum videns.* Propterea mone-mur saluberrimè, vt oculos a præsentibus ad superuentura reuocemus. *Noli amulari Ps. 36. 1.* *in malignantibus, neque zelaueris super faciens iniquitatem, quoniam tanquam faxnum velociter arefcunt: & quemadmodum olera herbarum cito decident.* Vides futura mala? ea te retrahant ab instantium concupiscentia. Verum futurorum bonorum spes, certa que expectatio tempus suum moderetur. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.* Spera (inquit) in Domino, futura prospiciens: fac bonitatem, præsentia disponens: inhabita terram, interim expectans tuæ bonitatis effectum: & pasceris in diuitiis eius, non mundi, nõ fortuna donatis, aut vano labore comparatis, quæ transeunt omnia, sed in diuitiis eius, Domini videlicet quæ semper manent. Propterea ergo, *noli amulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Quoniam qui malignatur exterminabuntur,* Ps. 36. 7.

buntur, sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram, & adhuc pusillum, & non erit peccator, & quares locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hereditabunt terram, & delebuntur in multitudinē pacis. In hunc modum hortatur & Salomon. Non amuletur cor tuum peccatores; sed in timore Domini esto t. ta die; quia habebis spem in nouissimo, & praesolatio tua non auferetur

Pro. 23. 17.

7

Hoc autem speciale est in lege, quia illius munus est nedum praesentium habere rationem, sed ad futura dirigere; & quoniam illius obseruatio laboriosa esse videtur, indiget homo, aut praemio sustentari, aut flagello compelli; quod utrumque futurum anteponitur. In quo istud est singulare, quod à principio Deus in praemio promittendo, usus est facto; sed verbo, in comminando supplicio. Creatum hominem posuit in loco voluptatis, ubi erat lignum vitae. Hoc igitur iam bonum praesens erat, quo & futurum poterat praecognosci; totum in re. Sed malum intendans si homo praecceptum praeuaricatus fuerit, verba facit solummodo. In quocūque die comederis, morte morieris. Et quāuis modò per esum ligni vetiti scientiam infeliciter, & experientiam boni, & mali consecuti sumus; ut ex praesentibus malis futura suspicari possimus, atque conuicere, ac veluti praegustare: Deus tamen, qui diues est in misericordia, libentius, atque frequentius commodorum promissionibus, atque praegustationibus nos confirmat. Mala verò in aliis potius, quam in nobis conspicienda proponit.

Gen. 2. 15

Gen. 2. 17.

Eph. 2. 4.

8

Post transitum maris rubri, ubi populus gustauit aquae dulcedinem, quae prius fuerat amara, constituit ei Deus praeccepta atque iudicia, atque ibi tentauit eum dicens. Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, cunctum languorem quem posui in Aegypto non inducam super te. Ego enim Dominus Saluator tuus. In ore dulcedo, in aure languor: gustans in se dulcedinem, audiens in alio languorem. Tentatur num mandatis obediat, & ad illorum custodiam inuitatur. Heu! quot, quantisque bonis nos ad

Exo. 15. 25.

custodiendam legem prouocamur? si mala intentantur, ad alios dirigimur. Quot bonis fruimur in Ecclesia sancta Dei. Bonitatem se ipsi cum seruo tuo Domine. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Multa bona ostendisti nobis ex Patre tuo, pertransiens benefaciendo, & sanando omnes oppressos. Fecisti cenam magnam, & vocasti multos, parasti cibum illorum, nam tauri, & altitia occisa sunt, & omnia parata, occiso etiam vitulo saginato, dicam cum Apostolo. Si proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vocat ergo. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et adhuc moramur tamen? Iam si malis compungeris magis, audi. Ite ad locum meum in Silo, & videte quid fecerim ei propter malitiam populi mei. Non enim frustra Dominus sua legis iustitiae apponit mercedem, regnum caelorum: citans autem veterem legem, supplicij, aut iudicij facit mentionem, dicens. Qui occiderit, reus erit iudicio. Neque ad poenam praeteriti Euangelij transit, nisi à veteri sumpta occasione, ut suae legis super Moysam, excellentiam demonstraret: quod si & alibi minetur solum, & stridorem dentium, & ignem inextinguibilem, coactus veluti id facit, imprimis amorem intendens, caelestemque mercedem. Ideò & Paulus ad punitiones antiquorum nos mittit dicens. Neque fornicamur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia. Neque tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos, qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei: ex qua bonitate, discite tu bonitatem facere, rogans. Quia bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine Bonitate, & disciplina, & scientia doce me. Scientia illumina, disciplina coepelle, ut facias bonitatem, atque ita in bonitate tua doce me facere iustificationes tuas in omni tempore. Quia bonus es tu, & bene fac bonis.

Pf. 118. 67.
Ioh. 10. 30.
A. 10. 31.

Luc. 14. 16.
Matt. 21. 13.
Luc. 15. 21.
Rom. 8. 31.
Mat. 11. 11.

Ier. 7. 11.

Exo.

Exo.

Matt. 8. 12.

Ex. 13. 42.

Ex. 50. 6.

12. 13. Ex. 14.

51. Ex. 15. 30.

Luc. 13. 31.

Mar. 9. 44.

1. Cor. 10. 1.

Num. 25. 6.

Num. 21. 5.

Num. 11. 1. Ex.

14. 1.

Ro. 10. 12.

Pf. 118. 67.

Pf. 118. 68.

Pf. 124. 4.

SE

præstò essent diuinis mandatis, & populi monitionib. occiso per se manifesta est, quid sit. Sic dolabat Deus seruos suos, & occidebat mittens illos ad populum non credentem, sed contradicentem, atque contra missos à Deo crudeliter insurgentem. Qui tamen in sacrificiis suis se Deo placere reputabat: vt propterea dicat Dominus. *Misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei magis, quam holocausta.* Scientia Dei hæc est, qua intelligitur, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens.

Osea 6. 6.

II
Osea 6. 4.

Heu! quam verà multis plurimisque Christianis dici potest. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens?* nubes vapor est ad modicum parens in aère, vbi in nubem condensatur. Ros quoque vapor est, qui raptus in sublimè ad aquæ dispositionem frigore tactus inclinatur, qui vbi superuenientis solis radios modicum sentit, mox loco cedit, & in terram cadit, quasi fugiens Solem, & se ab eo abscondens. Sed sol sic cut nebulam dispergit, sic soluit rorem; & sublimes facillè tangit, existentes vcluti in aère, exardescens ira, & humiles, veluti terram incedentes. Ecce misericordia nostra quasi ros. In tantum proximos diligimus; quantum nobis vtilis sunt. At si vel modicum incommodauerint, ira confurgit, indignatio, amaritudo. Paruula illa dilectio ex natura confurgens, qua diligimus diligentes nos, sicut faciunt Ethnici quoque, mox subtrahitur, fugit, euanescit. Et Ecclesias tamen intramus; in Missa Deo offerimus manibus Sacerdotum; peccatus percussimus; veniam precamur, & misericordiam. Audite ergo, *Si offers munus, &c.*

12

Gen. 15. 1.

2. Cor. 13.

11

Sed quæ utilitas in vtrisque? si fratrem amauero, si munus obtulero, quid erit mihi? quid consequar mercedis, & emolumentum; quando iam dictum est, quod retributio lege proponitur? Quæ merces itaque? Deus ipse. Ego (inquit Deus) *merces tua magna nimis.* Pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Sic pollicetur Sanctus Apostolus: ergo pacis merces Deus est: itidem & oblationis,

nam Deus ipse postquam iussit sibi altare de terra fieri, ac super illo sibi offerri victimas, hanc eminentissimam promissionem subiunxit. *Veniam ad te, & benedicam tibi.* Ecce quomodo pace, & oblatione adest nobis Deus noster. Et cur putas nisi propter hoc inuitari Ierusalem ad laudandum Deum de his duobus? *Lauda* (inquit) *Ierusalem Dominum, qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* Et nihilominus ad eundem Dominum pro his duobus deprecandum hortatur. *Rogate, quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te.* Sed quid abundantia ad oblationem? Audi pergentem, *Propter fratres meos, & proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum Domini Dei nostri quasi bona tibi.* Abundantiam (inquam) tibi bonorum concupiui, vt in domo Dei frequentes, pingues, & abundantes fierent oblationes. Ideo abundantiam non absolute postulat, sed iis, qui diligunt Dominum, & abundantia (inquit) *diligentibus te.* Ij enim deuote offerunt Deo illi obtemperantes monitioni. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum.*

Laudet ergo Dominum Ierusalem, & roget pro pace, & oblatione, quoniam ciuitas ipsa ciuitas est Magni Regis, ciuitas sancta de qua dicit. *Et in ciuitate sanctificata similiter requiesci.* Vnde & Psalmus. *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias arcum, scutum, gladium, & bellum.* Quod nos legimus in Pæcæ, Hebræa habent, in Salems, vt intelligamus illum loqui de ciuitate Ierusalem; maxime cū addat. *Et habitatio eius in Sion.* Qui erat locus insignior illius ciuitatis, à quo frequenter tota ciuitas denominatur. Vnde supra dixit Dauid. *Lauda Ierusalem Dominum lauda Deum tuum Sion.* Rectè ergo Deus, qui est Deus pacis, locum sibi elegit in Ierusalem; quæ etiam dicebatur Salem, id est, Pax; vt Paulus interpretatur. Propter quod *ibi confregit potentias arcum, scutum, gladium, & bellum.* Hoc eodem in loco iubet sibi offerri. Vnde vt supra iussit in lege. *Offeretis oues vestras, & boues vbi-cumque fuerit memoria nominis mei.* Quæ manifeste fuit in templo Ierusalem. Ergo cum

cum Deus in Ierusalē maxime habitaret, ubi propterea dilectio, & oblatio in primis quærentur, & debent exerceri, planum est per hæc duo Deum fieri prope nos, id est nobis propitium atque præsentem.

14 Sed mysterij plena sunt verba illa. *Veniam ad te & benedicam tibi.* Quæ, quod spectent oblationes, & sacrificia, lex innuit, ea inter altaris structuram interponens. Primum enim iubet. *Altare de terra facietis mihi* Hinc pollicetur. *Veniam ad te, & benedicam tibi* Rursus deinde. *Quid si altare lapideum feceris mihi, non adificabis illud de scælis lapidibus, & mox iussa oblatione, facit hanc promissionem. Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oves vestras, & boues in omni loco, in quo fuerit memoria mei. Veniam ad te, & benedicam tibi.* Examinemus ergo quis sit, qualisque aduentus iste. Modum vñ expressit Moyses dicens. *Non est alia natio tam grandis, qua habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster ad est cunctis obsecrationibus nostris.* Ad est ergo veniens ad liberandū nos, & ad benedicendum. Sic aderat, sic veniebat dum ei fierent oblationes, & obseruationes. Hinc altior habetur modus.

17 Quare enim respiciebat Deus ad munera, quæ sibi in altari offerebantur? certe quia typus erant futuræ in cruce oblationis Christi. Ibi erat Christus in figura, ibi Christus: offerebatur interim in vmbra, donec veniret veritas, ibi veniebat, & benedicebat iustificans eos, qui oculos fidei per speculum figurarum in illum intenderent, credentes in eum, qui venturus erat. Si autem venturus aliquando qui est tertius modus veniendi, tum venit profectō, ubi venit plenitudo temporis. Quam temporis plenitudinem ex ipsis cognoscimus oblationibus: venit enim illas impleturus: illas terminaturus, illas in perfectum consummatumque translaturus. Audi illum in Psalmo concinentem cum interprete Apostolo. *Sacrificium, & oblationem noluiisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum, & pro peccato nõ postulasti. Tunc dixi, ecce venio. Quid ergo lex? Facto mihi terreo altari offeretis in eo donec veniam,*

nam cum venero non vterà offeretis oves vestras, & boues. Vna enim oblatione cõsummabo in æternum sanctificatos. Veniam ipse altare, hostia, sacerdos. Quid putas verabat lex nõ alibi, quàm super altare, quod erat in tabernaculo fieret sacrificium, & alibi tamen sancti homines offerebant? lex ad Christum respiciebat discernens, quod in alio aliquo non esset falsus, neque gratus poterat esse, qui non per ostium hoc accederet ad Deum. Sancti alibi offerentes vel necessitate vel iussu Dei id faciebant, scientes tamen, & per eorum altaria vnum, eundemque Christum designari. Est ergo altare nostrum, est & hostia, & sacerdos, qui obtulit semetipsum immaculatum Deo.

Cum ergo ideo mortuus sit, & oblatus, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum: quis diuisus à fratre accedere audebit ad altare Dei? diuisus aliquo modo est Christus dum in cruce emisit spiritum; manens in cruce, & descendens ad inferos, vt omnes vnum essemus in illo, vbi non est Iudæus, neque Græcus; non est masculus, neque fœmina. Sed omnia, & in omnibus Christus, omnes enim (inquit Apostolus) vos vnum estis in Christo Iesu. Quis ergo nos separabit? quis rixas, & dissensiones seminabit? certe qui recessit à Deo creatore suo: qui super bonum semē, seminavit zizania: qui protoplastos qui erant in carne vnâ, fecit in mente diuersos, vt se mutuo culparent. Hoc autem facit, vt à Deo elonget nos & pereamus. Quonia qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Heu! non plus valet apud te Deus quam modicum illud, quod tibi reputas ab inimico subtractum? non totum mundum magis, quam Deum mundi creatorem perdere erit animus tibi? Vnde omnia, & agrum eme, in quo thesaurus est absconditus. Relinque parentes tuos sicut Ruth. Relinque terram, in qua natus es. Relinque te metipsum, vt cum Domino glorieris, vt Deo potiaris, vt sit Dominus Deus tuus, & corona gloriæ, & fœrum exultationis, Amen.

Heb. 10. 14

Heb. 9. 14.

16
Ioh. 11. 52.

Gal. 3. 28.

Col. 3. 11.

Mat. 13. 25
Gen. 3. 11.

Pf. 72. 27.

Mat. 13.
Ruth 3. 11.
44.

SECUNDA PARS.

17. **A**bundantia vox ista suavis, & grata? heu cur non illicet mentes nostras? cur non trahit? cur non impellit? sicut appetimus bonum, sic illius augmentum, magnitudinem, abundantiam maximè concupiscimus: eadem enim ratio, quæ ad bonum inuitat, ad id quod maximè bonum est, tractu vehementiore compellit, ut quemadmodum ipsum bonum crescit, crescat & amor & ardor. Quamobrem Deus, ut nos fortius ad virtutem animaret, mercedis repromittit magnitudinem, & abundantiam. *Date* (inquit Dominus) *& dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.*
- Luc. 6, 38.*
- Psa. 127, 2.* Sic & Psalmo. *Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es, & bene tibi erit. Bene erit* (inquam) *quia uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensurae. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Ideò in benedictionibus factis populo si legem cultodiret, audimus. *Benedictus fructus ventris tui, & fructus terra tua. Abundare refaciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum fructu terra tua.*
- Deut. 28, 4-11.*
18. Sed si abundantia placet, eaque in san-ctitate consistit, quæ in bonitate, & in am-plitudine terrena omnia bona superat: hæc potissimum nobis tum natura, tum recta ratio suadet, ut eam ardentius expeta-mus. Quod eò magis facere nos conue-nit, quod in lege nostra audimus. *Nisi ab-undauerit iustitia vestra plus quàm Striba-rum, & Pharisæorum, non intrabitis in re-gnum cælorum.* Abundantia abundantiam promeretur, abundantia iustitiæ, gloriæ cælestis cumulatissimam abundantiam. Sub-figura temporalium, quæ veteribus pro-mittebantur, erant spiritualia, erant per-manentia, ac diu duratura bona, erant cæ-lestia: fructus vteri erant fructus Sapientiæ, quæ sic nos hortatur. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini.* Non sat vobis sit gustare
- Eccli. 24, 26.*

fructus meos, quos ego genero, illis im-plemini. Si mens vestra sicut vitis abun-das, sint filij isti, sint opera vestra, sint me-rita sicut nouelle oliuarum in circuitu men-sæ, mens vbi deliciatur, præstant hi filij filiis naturalibus. Eadem enim Sapiencia dicit per Salomonem. *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo.*

Sed heu! abundantiam appetentes, ap-parentem modo, quæ bonis est vacua, quæ penuriæ plena est, toto amplectimur cor-dis affectu. Verè bonum, si gustetur, fa-mem accendit. Qui edunt me, adhuc e-suriunt: voluptas quam sentimus, nos ad maiorem accendit: atque ita cum delecta-tione ad ea, quæ delectant magis, aspira-mus. Falsum autem bonum simul atque senti-tur, eius, nos vanitas, illiusque fallacia, si sa-pientes esse mus, arceret nos à se. At mente corrupti, & gustu interiori, ad vltiora tendimus, aliena tentamus, neque nisi ter-rena sapientes, veteribus proiectis, noua quærentes, semper esurimus, semper sitimus, semper desideramus. Satagimus impleri, quia sic est vita hominum, ut ad completiora rapiatur; sed non saturatur o-culus visu, nec auris auditu impletur: & ut alibi ait Salomon. *Non satiantur oculi eius diuitiis.* Non eadem ergo ratione abun-dantiam quærent sapiens, & stultus: ille gustato spiritu, cupit bono illo impleri, quod verum expertus est, quod solidum, quod nunquam deficiens, quod tantæ est magnitudinis, ut quotidie possit com-pletius possideri. Ille verò nempè stul-tus, quia quod quærebat, in quæsitis bonis non inuenit, putat in ampliori-bus comprehendere: & vacuus vanita-tatem quærit, ut impleatur. Abundan-tiam quærent hic, & ille. Alter ex plenitudine, alter ex vacuitate. Sapiens ex consolatione, stultus ex morore: sapiens quod quærit inuenit, stultus eo minus in-uenit, quod plus quærit.

Te igitur, ô stulte, conuenio: laboras, ut dixeris, & abundes: ad quid diuitia-rum opere exoptas? ad quid illa, ad quam aspiras maximè, abundantia? num ut plus labores: ut plus affligaris: ut plus graueris?

certè

certè, vbi opes plurimæ, glurimæ quoq; sunt sollicitudines, timores, anxietates, molestiæ. Fluunt enim quo affluunt magis, neque sine maximo negotio possunt retineri: & illarum augmentum, nõ emolumentum creat, sed tormentum. Ergo laborans, vt dixeris, quærens requiem, & non inueniens, stultus es, & eò stultior; quò manu tenes, & experientia, te vnquã & in diluuiò diuitiarum multarum non inuenturum, vbi, vel pes tuus requiescat, nedum sensus multa cogitans, nedum animus optans grandia, nedum homo totus, totus ipse tu, qui vniuerso toto non potes voti tui esse compos, aut repleti, & satiari. Quòd si per labores in laboribus plurimis esse contentis, quis nisi stultus, stultum te, atque stultissimum

Matth. 12. esse non videat? Etiam *spiritus immun-*

43. *dui quærit requiem, ambulans per loca a-*

Luc. 11. 24. *rida, & in aquosa.* Nam in fluctibus am-

bulatur ingitur, neb vlla est quies, & qui

miserè cruciantur in infernò, mortè appetunt, vt quiescãt. Omnes omnino qui ad-

uersitatibus concutiuntur, in sola spe re-

quiescunt. Quòd si desperant, appetunt se non fuisse, aut inter mortuos magis cõ-

putari, quàm nõ quiescere. Patientis hæc

est querula vox. *Quare non in vulua mor-*

tuus sum, egressus ex utero non statim perij?

Quare exceptus genibus? Quare lactatus v-

beribus? Nunc enim dormiens silerem, &

somno meo quiescerem. Dicentes se esse

beatos id propterea putant, quòd à labo-

ribus quiescunt. Omnes itaque quæ-

runt requiem. Quin & sapientia ipsa,

qua sapientes viuunt, dicit de se. *In*

Eccli. 24. 11 *omnibus requiem quæsiui.* Tu solus ergo

irrequierus, anxius, agitatus,

quietis expers, quietis impatiens, quietis

inmemor, imò, & quietis inimicus, nihil expectas aliud in laboribus tuis,

nisi vt labores? excutis requiem à te, vt

quiescas nunquam? Vniuersi, vt in aliis

insipientes sunt, multi in hoc sapientes

sunt, quod requiem optant, & vt illã ad-

ipiscantur, laborant. Tu solus eiusmodi es,

vt requiem abhorreas? fugias? detesteris?

& stultitia non eris abundans, & super-

flucens? Quod dicit sapientia. *In omnibus*

requiem quæsiui. Sicut intelligitur in omnibus rebus, ita in omnibus hominibus potest intelligi. Quoniam ipsa verè in hominibus omnibus quærit requiem: Ipsa enim omnibus creat hoc desiderium, hunc excitat appetitum? & in hoc solo absunt à sapientia, quod quærentes requiem, non illam, vbi est, inquirunt. Vbi verò? significat id tibi ipsa sapientia.

Eccli. 24. 11

In ciuitate sanctificata similiter quiescit, Eccli. 24.

& in plenitudine sanctorum detentio mea. 15. & 16.

Vbi inquam? in sanctitate, ciuitate sancti-

ficata, plenitudine sanctorum. (Sancta in-

tellige sanctuarium, cuius plenitudo erat

in his, quæ in illo erant. Nempe arca, al-

taria, mensa, candelabrum, & suppellex

omnis parata ad cultum Dei. Vbi est san-

ctitudo, ibi est quietudo. Extra sanctita-

tem requies nulla. Iam ad rem, iam ad

stultum, qui adeò stultus est, vt nesciat

quoque quid loquatur, nesciat quid o-

pereretur, nesciat quid concupiscat; Ne-

que enim non concupiscere non potest

requiem; sed tam angustis circum-

septus est, vt non aduertat in his eisdem,

aliud se quam requiem nequaquam exo-

ptare. In quo verè stultus est.

Eia ergo respicite insipientes omnes, 21.

scientes quod in abundantia cuiuscunque

rei sola spectatur requies. Scientes ni-

hilominus, quod non in abundantia cu-

iuscunque, vita eius est ex his, quæ possi-

det: & propterea neque requies: & pro-

pterea stultus ille vocatus est, & stultitiam

suam declarauit mors ei qui dixerat: *Ani-*

ma mea habes multa bona posita in annos

plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare.

Non ergo qui sic abundat, nisi paupertate

abundans est: vt ergo vera abundantia ab-

undantes simus, sapientem audiamus. *Sa-*

pientia edificabitur domus, & prudentia

roborabitur. In doctrina replebuntur cella-

ria, vniuersa substantia pretiosa, & pulcher-

rima. Reuocat prius animos nostros sa-

piens ab auaritia, qua vi, & dolo quis sub-

stantiam auget, fundos aggerat, pecuniã

cumulare contendit; dicens. *Ne emuleris*

viros malos, nec desideres esse cum illis:

quia rapinas meditatatur mens eorum (ec-

ce violentia). & fraudes labia eius loquen-

sur (ec-

cur (eccè dolus.) Hac admonitione præmissa iam docet licitum, ac iustum modum thesaurizandi, propterea quòd ædificatur domus, roboratur, impletur per sapientiam, quæ est timor Domini. Ædificatur domus non materialis quidem, sed quæ est ex filiis, & familia honesta, pacifica, commoda. Roboratur tum, quando firmas mittit radices, vt non facile, vel quoquo modo dissoluatur. Repletur, si bonis abundet, si repleantur cellaria, horrea, caula, arca: vniuersa denique substantia pretiosa, & pulcherrima, vt verè sint gloria, & diuitiæ in domo ista. Et hoc quidem sapientia valet efficere, efficitq; etiam temporaliter, si non melius aliquid cogitaerit diuina prouidentia. At vera abundantia, quæ est iustitiæ, & illius fructuum, semper consequitur sapientiam, quæ pretiosam confert pulcherrimamque substantiam. O pretiositas! Nescit homo pretium eius. O puchritudo iustitiæ! Hanc non vident, qui oculos habent, & non vident. Hi cupiunt, quod non norunt. Hi sequuntur, quod non assequuntur. Hi ad ea totis anhelant visceribus, quæ non implent, sed instant viscera. Et propterea confundentur inopes, vacui, mendici, cum præterierit tempus, & morientur. Num dicent *Date nobis de oleo v. stro?* num cupient merita sapientes cogmentallè? num non confundentur sapientes in tempore malo, & in diebus fatiis? Confusio etiam nunc operit illos, sed dum sperant in futuris saturari, qui præsentibus decipiuntur, pudorè non sentiunt: spes, quam habent, & expectatio futurorum vbi desunt præsentia, quandà faciunt in decepta mente repletionem, vt non se aduertant vacuos, sed plenos autument. Veniet tempus, ô cæci, quando spes vltra non erit, nec vera, nec falsa, quando regnabit veritas, quando aperientur oculi cæcorum, quando quæ nunc latent, apparebunt manifesta. Tunc erunt confusi spernente illos Deo, quoniã *cum interierint, non iument omnia, neque cum eis descendet gloria eorum*. O confusionem! ô pudorem! ô verecundiam!

Matth. 25. 8. *Date nobis de oleo v. stro?* num cupient merita sapientes cogmentallè? num non confundentur sapientes in tempore malo, & in diebus fatiis? Confusio etiam nunc operit illos, sed dum sperant in futuris saturari, qui præsentibus decipiuntur, pudorè non sentiunt: spes, quam habent, & expectatio futurorum vbi desunt præsentia, quandà faciunt in decepta mente repletionem, vt non se aduertant vacuos, sed plenos autument. Veniet tempus, ô cæci, quando spes vltra non erit, nec vera, nec falsa, quando regnabit veritas, quando aperientur oculi cæcorum, quando quæ nunc latent, apparebunt manifesta. Tunc erunt confusi spernente illos Deo, quoniã *cum interierint, non iument omnia, neque cum eis descendet gloria eorum*. O confusionem! ô pudorem! ô verecundiam!

Psal. 48. 18. *non iument omnia, neque cum eis descendet gloria eorum*. O confusionem! ô pudorem! ô verecundiam!

Prou. 118. 6. *Fælix, qui dicit. Tunc non confundar*

cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Qui perspexerit in legem perfectæ libertatis, Luc. 1. 17, & manserit in ea, hic beatus in factis suis erit. Lex vera bona promittit, & concedit. In solo enim Deo docet confidere. Appone (inquit Salomon) cor tuum ad doctrinam meam, vt sis in Domino fiducia tua. 17. Docce te, vt in Domino sit fiducia tua. Si me audieris, super Domino initeris, sperabis in Domino. Quis autem vnquam sperauit in Domino, & confusus est? Hæc abundantia perficietur, illi adherens, qui solus omne bonum est, qui replet in bonis desiderium iustorum, qui multiplicat augmenta frugum iustitiæ nostræ, qui satiat in bonis, & in seipso nos facit esse beatos. Ita dico vobis, hunc tenete: etenim, qui tenuerit eum, beatus erit. Quod nobis concedat ipse beatus. Amen.

FERIA SEXTA,

DOMINICÆ PRIMÆ.

CONCIO PRIMA.

ARGUMENTVM.

Ascendit Iesus Hierosolymam. Ioan. 5. Ostenditur quòd nomen Angeli significatur sanctitas; nomine notionis aquæ, Passio; & nomine sanitatis, salus animæ: quæ omnia excellenter considerantur allegoricè.

QUÆ est ista diuersitas (nisi aduersitatem maui dicere) consonantissima? Vbi homo de terra sistit cælos, & Angelus & de cælo mouet aquas? Scimus Iosue, quem Paulus cum Septuaginta interpretibus, & libro Ecclesiastici, Iesum vocat, solem lumenque suo præcepto firmasse, donec victoriam perficeret contra hostes. Hodie verò narrat Ioannes, quod Angelus Domini de cælo descendebat secundum tempus in pisinam, & mouebatur aqua: & qui

qui prior descendisset in piscinam, post motum aqua sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Itaque Iosue æthera firmavit sursum ad expugnandum inimicos, Angelus Domini ferebatur super aquas, ut ille mouerentur ad liberandum infirmos; sed uterque ad Christum vocat & prouocatur; ille enim in nomine Iesu, Iesum representabat, qui redemit nos ab inimicis nostris pugnans aduersus eos, complensque victoriam, dum Sol & Luna steterunt in habitaculis suis, quæ tunc illis ipse præfixit: Angelus verò, figura illius est satis aperta, quando mouens aquam, eum, qui illa primus tinctus fuerat, sanabat à quacunque detinebatur infirmitate: vbi Dominus Iesus per aquam baptismi, aspersam in remissionem peccatorum, omnem pellit languorē, sic uterque nos ducit ad Christum qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redemit de interitu vitæ nostram. Factum est signum magnum in cælo per Iosue, obediens Deo voci hominis; sed in aquis per Angelum signum æquè magnum apparuit, signans per aquam deleri omnia peccata, eripique hominem ab omni iniquitate, & à potestate tenebrarum. Vnum sanabat Angelus, ex tanta multitudine languentium, cæcorum, claudorum, aridorū, spectantium aquæ motum, innuens quod ad perfectum non adducit lex, & ideo ducit ad perfectum, & consummatorem Iesum, qui perficit omnia quæ locutus est ei Deus. Expugnabat Iosue hostes corporales, innuens quod verus Iesus, verusque Saluator mundi in medio terræ operatus est veram salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderant nos. Ecce mysterium magnum, quod ideo consideremus.

Ps. 102. 3.

Heb. 7. 19.

2.

In hoc sermone principaliter consideramus, quod Angelus hic, de quo Ioannes loquitur, Christum figurauit. Vbi propterea præmittitur quomodo legalia ad Christum adducebant, deinde statuitur, quod Christus fuerit Angelus, demum ostenditur, quod hic Angelus Christi notabat sanctitatem, & passionem, ac tandem, vim saluandi. De primò ergo dico, quod Ange-

lus ille qui mouet aquam pro sanitate infirmorum, iure mouet etiã mentem nostram pro intelligentia mysteriorum, aperte demonstrans, quod antiqua beneficia homines perducebant ad summum benefactorē, qui factus viator pertransit benefaciendo, & multa bona opera ostēdendo nobis ex Patre suo, quibus salutem hominibus conferret, & vitã æternam. Ideo beneficium istud corporalis sanitatis, quod certè ad vetus testamentum ex sua imperfectione pertinebat, hominem illum infirmum duxit ad Christum. Nam si infirmos omnes aqua illa sic tacta, & quouis tempore sospites reddidisset, non vidisset hic Christum, non bonum hoc de manu illius accepisset, non credidisset in illum, non percepisset ab illo saluberrimum illud documentum. *Ecce sanus factus es, sed noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Rursus si neminem sanaret aqua illius piscina, ibi non fuisset multitudo languentium, atque ideo nec homo iste triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Venit ergo Christus: vbi lex non nihil quidem operabatur, sed opus suum ad perfectum non adducebat; Venit (inquã) ut perficeret opus, & quod inchoabatur in lege, perficeretur ab ipso, & quod in vmbra ostēdebatur, & promittebatur, opere iam, & veritate completeretur in nobis, qui secundum spiritum ambulamus. Aqua tunc corpus, aqua nunc, spiritum saluū facit à quacunque detinetur infirmitate. Angelus tunc descendebat de cælo & mouebatur aqua, Angelus iam nostro hoc tempore descendit de cælo & sacramenta instituit, vim conferens creaturis ad salutem electorum suorum.

Heb. 7. 19.

3.

Consequenter dico, quod hic est Angelus testamenti noui iam olim à Deo promissus per Malachiam Prophetam. *Ecce ego (inquit) mittam Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quaritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Angelus ante Angelum mittitur; Angelus Domini ante Angelum Domini. *Mittam (inquit Dominus) ego Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam.* Quia & ego ipse venturus sum, ut propterea ipse præparet viam meam:

Mal. 3. 1.

meam: ac proinde statim venit Angelus testamenti, qui idem dominator est, & Dominus Angelorum. De Ioanne Baptista facta est promissio, qui Angelus dictus est propter celestem vitam, quam segregatus à peccatoribus egit Angelicè in deserto, sed nunquid non & hic, qui verè est Angelus per naturam, preparauit viam ante faciem Domini? Ecce aduentus Domini per viam ab hoc Angelo sibi preparatam. *Ascendit Iesus Ierosolyma: erat autem Ierosolymis probatica piscina: & erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua: hunc cum vidisset Iesus. Descensus Angeli de cælo mouentis aquam, viam fecit semitæ euntis Christi ad sanandum infirmum. Ergo Iesus noster Angelus testamenti est. Quomodo verò?*

Hebr. 2. 2.

Ad. 7. 53.

Exod. 20. 2.

Ioan. 1. 51.

Hebr. 1. 9.

Psal. 8. 6.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Hebr. 1. 4.

Iam scimus quòd per Angelos factus est sermo, quem exceptum a Deo, Moyses populo referebat, nempe lex vetus: quæ data est, vt ait Stephanus, in dispositione Angelorum, & ita Angelus ille legis veteris promulgator, & qui in nomine Domini loquens, dicebat. *Ego sum Dominus*: verè Angelus testamenti est: sed quia testamenti veteris, idèd nouum expectabatur, quod non iam ab Angelo illo præfco, sed ab alio statuumdum erat, iuxta promissionem factam, quod non amplius loqueretur Dominus, id est, Angelus in persona Domini, sed homo similis Moyfi loqueretur. Hic est Christus, qui vt notum fit, esse Legislatorem testamenti noui, Angelus dicitur testamenti annuncians Euangelium, nam Angelus dicitur ille, qui annunciat aliquid; idèd & ab Angelis accepit testimonium. *Videbitis* (inquit) *Angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis*. Si ascendentes supra, ergò, & descendentes infra, supra (inquam) quia paulo minus ab Angelis minoratus est; infra, quia tantò melior Angelis effectus est, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.

Dico tertio, quod si tantus est hic noster Angelus, vt Angeli & de cælo, & de terra præparent illi viam, nos saltem videamus Iesum ambulantiem per hanc viam nouam, considerantes mysterium no-

bis hic propositum, quod est semita Dei nostri, & Angeli nostri. Etenim in nomine Angeli apparet sanctitas; in motione aquæ passio; in sanitate corporis salus animæ, primum horum est sanctitas. *Quem Ioan. 10. pater (inquit) sanctificauit, & misit in mundum, vt sanctificaret Ecclesiam: quam acquisit sanguine suo*. Secundum est Passio, de qua in Psalmo. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundum*. Tertium est salus animæ; in sanctitate iustitiæ: quæ non solum designata est in corporis sanitate; sed & verè cum illa donata est homini illi, dicente Domino. *Totum hominem sanum feci* Quorum trium ordo est congruus. Agnus immolandum, vt esset sine macula oportebat, vt moriens tolleretur peccatum mundi non suum. Vnde Petrus. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum*; si sanctus non fuisset, proprium haberet peccatum, quod ferret moriens; non igitur nostras portaret iniquitates, atque ideo non sanctificaret nos ab illis, ac proinde adhuc immundi essemus, nunc autem sancti sumus, si in sanctitate seruauimus illi omnibus diebus vitæ nostræ. Cum ergò uenerit in hunc mundum, peccatores saluos facere, debuit immunis esse ab omni peccato, sic innocens factus est nobis sanctificatio & redemptio. Congruenter igitur est Angelus sanctus, vt mouens aquam, & moriens in Cruce saluum faciat populum suum à peccatis eorum.

Ab horum primo inchoantes, quod est sanctitas, breuiter primo tangimus qualis fuerit eius sanctitas. Secundo tangimus modum, quo nos sanctificauit. Tertio demum quid à nobis, vt ab eo sanctitatem assequamur, præstandum sit. Ad primum accedentes tantam dicimus fuisse Christi sanctitatem, vt verè dictus sit *Sanctus sanctorum*, quem pater sanctificauit, quem mater genuit sanctum. *Quod enim ex te natus est sanctum, vocabitur filius Dei*; dixit Angelus ad Mariam. Sanctitas illa non tantummodo innocentia est, qua dicere possit. *Qui ex vobis arguet me de peccato?*

sed

sed impletio est omnis iustitiæ, & plenitudo gratiæ, non ad mensuram sed supra omnem mensuram, & modum. Tanta sanctitas ad hoc venit in mundum, ut sanctificaret per suum sanguinem populum. Quod ut faceret, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, plenum gratiæ & veritatis*: Carnem assumpsit, non qua inquinatur, sed qua inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, & spiritus.

7 Ecce mysterium vobis dico ad modum sanctificationis exponendum. Infecta est caro in sanguinibus: nam omnes propagati ab Adam ex sanguinibus ex voluntate carnis, & ex voluntate viri peccatores constituti sunt, quia in illo in quo corrupta est omnis caro, peccaverunt. Caro igitur purganda erat a peccato. Ideo *Verbum caro factum est*. Prudenter Ioannes non homo factus est, sed Verbum caro factum est, dixit, ut specialiter designaret per hanc vitionem carnem potissimum esse sanctificatam, ut *Verbum caro factum*: De peccato damnaret peccatum in carne, id est, ut de carne, quæ iam erat peccatrix, & peccatum ipsum, damnaretur, & tolleretur peccatum, quod erat in carne: quando Filius Dei in similitudinem carnis peccati apparuit in carne, & in carne mortuus est, factus pro nobis peccatum, id est, hostia pro peccato: qua morte carnis, peccatum mortuum est; quia damnatum ad mortem, & ita occisum & de mundo sublatum est. Ita caro sanctificavit carnem. Quin magis vbi caro nostra infecta corruerat animam suam, nunc sanctificata sanctificat animas nostras. Sed caro nostra inquinabat spiritum; quando illi coniungebatur. Num ergo Deus, qui spiritus est, non poterit nos liberare ab omni inquinamento carnis sanctificans etiam ossa nostra? Propterea quia *Deus erat Verbum: Verbum caro factum est*, vnitum videlicet carni humanæ, ut hanc illi sanctitatem impertiret, qua sanctitate posset emundare conscientiam, & spiritum. Verbum hoc Dei, quod est Deus, est Filius Patris & imago, & figura substantiæ eius: & tamen neque filium neque imaginem appellavit illum Ioannes exprimens incarnationem, sicut neque ho-

Tom. I. Belliniani.

minem dixit qui assumptus est, sed illud dixit Verbum, hanc carnem. *Verbum* (inquit) *caro factum est*: quia Verbum, quæ Verbum, quid mentale est, atque spirituale. Appellavit igitur Verbum, ut Deum spiritum nominaret: qui spiritus carni coniunctus est, ut esset corpus spirituale, vera quidem caro sed sancta & corpore, & spiritu; & ita sancta ut spiritu sanctificata spiritum sanctificaret. Ideo enim & caro manens, cibus est animæ, ut adipe, & pinguedine eius repleatur anima nostra; quo cibo vivit, & vivit in æternum. Sic delusa est serpentis astutia, qui ne carnem assumeret Deus ad salvandas animas, carnem hominis esu vetiti ligni studuit contaminare. Egit: prosperatus est; voti sui compos est factus in eo, quod caro corrupta est, quam corruptionem sic dolis, & suggestionibus suis auxit in tantum, ut verum esset, Quod omnis caro corruerat viam suam, & diceret Deus. *Pœnitent me fecisse hominem*. Quam exultabundus serpens, si gaudii particeps esse posset? Glorietur ad hanc vocem Dei, se diuinum consilium atque decretum fregisse, & inane reddidisse, sed qui in parabolis loquebatur, ut audientes non audirent nec intelligerent mysteria regni Dei, sapienter incantavit etiam aspitem istam, & surdam fecit, ne intelligeret quæ dicebantur. *Pœnitent me* (inquit Deus) *fecisse hominem*, id est, agam ego pœnitentiam de peccato suo: eos delebo, qui non pertinent ad carnem, quam assumpserus sum, hos pœnitent me fecisse; & propterea delebo eos. Sed in reliquis consilium meum stabit, & voluntas mea fiet, quia excidere non potest Verbum meum. Et propterea *Verbum caro factum est, non ex voluntate viri sed ex voluntate Altissimi*. Hic est Angelus, qui descendit de celo; cuius descensu mota est aqua, & turbata sunt abyssi: quia terra mota est, & cœli, & virtutes cœlorum cum scriptum sit. *Mouebo cœlum & terram, & veniet desideratus cunctis gentibus*.

Vtinam ergo moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo, quoniam venit, & quando venit. Vtinam nos simus aqua munda,

P quam

quam ideo mouere possit sua praesentia
Gen. 6. 11. Angelus iste sanctus. Vel saltem in eius
 aduentu mudentur corda nostra, vt pos-
 simus stare ante filium hominis, & bona
 suscipere de manu Domini; ne mala susti-
 neamus. A sanctitate igitur Domini tra-
 hamus hoc documentum, vt ipsi sancti si-
 mus, quando sanctus venit, vt sanctificen-
 tur quotquot recipient eum. Ideo enim
 misit Angelum ad praeparandam viam an-
 te faciem suam; vt doceret, quod in oc-
 cursum eius non alii debent procedere,
Gen. 32. 24 quam Angeli Dei. Ipsi Iacob, qui tante vir-
Gen. 32. 1. tutis fuit, vt luctans tota nocte cum Ange-
 lo, non potuerit superari, obuiam fuerunt
 Angeli Dei, dum rediret in domum Patris
 sui. Christo dum venit saluare qui se susci-
 perent, occurramus & nos quasi Angeli
 Dei: nam virgines exierunt obuiam spon-
Mat. 25. 6 so. Virgines enim Angeli sunt terrestres,
 qui in carne viuentes, non secundum car-
 nem ambulant, expoliantes veterem homi-
 nem, qui corrumpitur secundum desi-
1. Cor. 15. 49. deria erroris. Hinc hortatur Paulus. *Sicut
 portauimus imaginem terrestris Adam, ita
 portemus & caelestis.* A primo Adam acce-
 pimur animam viuentem, id est carnem
 viam, a secundo Adam accepimus spiri-
 tum viuificantem: carnem corruptam dat
 nobis primus Adam; at vero de secundo
 est scriptum. *Non dabis sanctum tuum vi-
 dere corruptionem.* Quae enim conuentio
Psal. 15. 10 sanctitatis ad corruptionem? Dat ergo se-
 cundus Adam Spiritum sanctum. Ille car-
 nem, hic spiritum: Ille corruptionem, id
 est, carnem corruptam; hic sanctificatio-
 nem, & incorruptionem, id est, spiritum
 sanctificationis. Vt mundemus nos ab om-
 ni inquinamento carnis, & spiritus.
 9 Vt igitur discatis exhibere vos mundos,
 & incorruptos, memores estote, quod
 quando omnis caro corruerat viam
 suam, tunc repleta est terra iniquitate,
 quam ideo voluit proicere Deus a facie
 sua in diluuium aquarum multarum, vt ad
 eum non approximaret. Sicut enim im-
 mundus nemo accedere poterat ad altare
Sap. 6. 10 Dei: ita incorruptio proximum facit esse
 Deo. Ne ergo proiciat nos a facie sua, se-
 paremur nos a terra infecta in sanguinib⁹;

Sicut Noë per arcam distinctus est a terra,
 quae erat plena iniquitate. Qui autem ter-
 ra adhaerent, plantantes, & aedificantes,
 hi destructi sunt: nam venit diluuium &
 tulit omnes. Caro de limo terrae facta ad
 suam originem naturaliter inclinatur, vt
 terrena sapiat, quarens quae sunt super ter-
 ram. Si sic dimittatur haerere terrae, peri-
 mus. Vt igitur abstrahenda de luto facis,
 & ad originem effectricem subleuanda
 est, nempe ad Deum, qui fecit illam, & in-
 spirauit in faciem eius spiraculum vitae, vt
 si caro de limo originem traheret: nulla
 alia esset spiritus origo, quam Deus Pater
 spirituum. Ac proinde homo quia terra
 est, in terram reuertitur; quia spiritus, re-
 uertitur ad Dominum, qui fecit illum; au-
 dite o homines vocem clamantis; *Con-
 uertimini filii reuertentes, & sanabo auer-
 siones vestras.* De vultu meo inspirauit in
 faciem vestram spiritum vitae, respicite ergo
 ad Patrem vestrum, leuate oculos ve-
 stras ad fontem vitae vestrae, & quarete fa-
 ciem eius semper, vt viuatis: nam si auersi
 fueritis a vita vestra, quae Deus est, morie-
 mini. Reuertimini igitur in idipsum vnde
 auersi estis, & ipse sanabit, & viuificabit
 vos.

Noë abstractus a terra, ingressus est in
 arcam iussu Dei, in locum videlicet, quem
 praeparauerat illi Deus, quem Deus custo-
 diebat, quippe qui clausit ostium arcae, vt
 se illius custodem testaretur. Arca ergo e-
 rat veluti domus Dei, super qua oculi Dei
 erant aperti. Haec operante Deo, qui pluit
 super terram, separata est a terra; & eleuata
 est in sublime super omnes montes. Duo
 ista sunt, quae facere debemus cum carne
 nostra. Per arcam diuinae obedientiae a ter-
 ris separanda est, & ad Deum eleuanda: se-
 paratur per mortificationem, eleuatur per
 sanctificationem in obsequium Dei. O!
 quot sunt, qui non Deo, sed ventri suo de-
 seruiunt? hi cum carnalibus & giganti-
 bus perduntur, & submerguntur. Quia
*qui amat animam suam, viuificans carnem
 suam, perdit eam. Si vis vitam diligere, &
 dies videre bonos, diuertere a malo, & fac bo-
 num.* Si oculus tuus scandalizat te, erue
 eum, & proice abs te. Egredere de
 terra

terra tua; Ingredere in arcam Dei; Nil cogites aliud nisi obsequium præstare Deo. Si resistit caro, quæ legi Dei non est subiecta, caltiga illam & redige in feruitutem. Nô potes illam occidere vt intereat, sed debes mortificare, & castigare vt feruiat, quia ancilla est non Domina.

11. Non potuit populus neci Gabaonitas dare propter iusurandum, sed redegit in feruitutem domus Domini, vt essent in ministerio populi, & altaris Domini, cedentes ligna, & comportantes aquam. *Sic viuant* (inquit Iosue) *vt in usus vniuersa multitudine ligna cedant, aquasq; comportent in domum Dei.* Sic quoq; viuat caro, vt sit in ministerio, & exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctâ, Deo placentem. Populi isti erant Chanaanæ, de Chanaan verò patre eorum sic fuerat definitum. *Maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis.* Iuxta hoc dixit Iosue Gabaonitis filiis Chanaan. *Sub maledictione eritis, & non deficies de stirpe vestra ligna cedens, aquasq; comportans in domum Dei mei.* Itâ caro nostra maledicta est, quia ipsa quoq; terra est, de qua decreuit Deus.

17. *Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tuae. Spinæ, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.* Labore colenda est hæc terra nostra, vt det fructû suum ad viuendû; ligone percutienda, aratro scindenda, cõtinua mutatione versanda, vt nullâ requiæ habeat caro nostra, sed perpetuò sit in laboribus plurimis, in seiniis multis, in frigore, & nuditate. *Si sic carnem mortificaueris, viuetis.* Sed de aliis Cananæis diuersa fuit fors. Alij interfecti sunt, iuxta præceptû Dei. Alij contra præceptum Dei seruati sunt. Vrbes & possessiones interfectoꝝ possedit populus. Qui seruati sunt, fuerunt illis in scandalum. Nâ didicerunt opera eorum, & seruiunt sculprilibus eorum. vnde incitatus furor Domini contra populum suû, *tradidit eum in manibus inimicorum suorum, & dominati sunt eorum qui oderunt eos.* O fors! quam amara est conditio tua, si fœdus cum carne contraxeris, vt pace cum illa perfruaris, dices quidem. Pax, pax, sed non erit pax: *spinas*

& tribulos germinabit tibi, molesta erit adolecentiæ tuæ, importuna superabit te, & ad terram prosterneret te, & iugo durissimo subiiceret te, & in villam mitteret te ad pascendum gregem porcorum. O si carnis miseriam intueri possent carnales homines, quibus ipsa dominatur, dicerent animæ tuæ. O anima, quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas? subiiciam te *serpente meo.*

Indigna es, quæ admittaris ad pacem, cum pacis sis inimica, pacem frangens, pacis impatiens, menti iugiter bellum mouens. Sic loquere, homo, sic operare: alioqui quomodo potes, cum his, qui oderunt pacem, esse pacificus? & quæ pax est hominibus non bonæ voluntatis? Inimica verò semper bellû mouet. Si cedas, nô ideo pax est in terra nostra: quia non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur, nec os vultu vnquam dicit sufficit: & regnum intra se indiuisum nescit concordiam, nescit pacem: commoda sunt omnia, et viscera eius turbata omnia, & finis illorum mors est, etiâ si dederis animæ tuæ concupiscentias suas, faciet te in gaudiû inimicis tuis. Qualis pax vbi supergaudent super te inimici tui? vbi hostes tui sunt in capite? vbi Pharaõ cui seruis, flagellis te cedit? & oneri te subiicit quod portare nô potes? Ergo mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Ista est Chanaanæorum pars, quæ interfecta est: Tunc populo suo dat pacem Dominus, hostibus interfectis, sic enim scriptum est. *Pacem dederat Dominus Israeli, subiectus in gyro nationibus vniuersis.* Nunquam potest pax hominibus esse, nisi carne subiecta, nisi insurgentibus concupiscentiæ motibus mortificatis, repressis, & quantû possibile est extinctis. Tunc requiescit spiritus; & caro etiam requiescit in spe, si adhuc plene non potest in re, quia perse legi Dei non potest esse subiecta, sed contra voluntatem carnis à voluntate spiritus, per vim, voluntati Dei iugiter subiicenda est, vt more Gabaonitarum Deo seruiat. Sic pace data Iosue conuocatis vniuersis eos ad seruendum Deo cohortatus est, qui pmiserunt. Domino seruiemus, & Iosue ad populum. *Testes* (inquit)

Iſ 24. 21.

vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum, ut seruiatis ei. Responderuntque: Testes. Sic igitur vivat caro nostra, ut seruiat Domino, & ad descensum Angeli moueatur; faciens quæ præcipit Deus. Non moueatur aut circumferatur omni vento. Erant enim protinus circa pisciniam vt nō in eam flarent venti, sed descendebat Angelus, & mouebatur aqua. Non sequamur carnis concupiscentias, nō moueatur ad flatum serpentis, qui est flatus adurēs, sed ad descensum Angeli, ad voluntatem Dei.

Deut. 8. 11.

Hoc est quod monet Petrus. Lam non desideris hominū sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne vivat temporis. Hominū desideria sunt venti flantes de terra & turbantes mare, sed turberent & moueatur aqua ad motum Dei, vt quot reliquū temporis est, in carne nostra viuamus Deo, & voluntati Dei; & hoc cum timore. Qui enim rectē seruiunt illi nō sunt stabiles; vnde, & Paulus. Et instabiles sumus. Si colūne cœli cœlorumque virtutes, quantō magis nos seruiemus Domino in timore; & tremore? O scilicet motum aquæ fluxibilis, hominis corruptibilis, & carnis comouibilis. Non sis petra, non sis terra firmata super stabilitatē tuā, quia difficilis est terræ motus: sis aqua, quæ faciliē a vento circumferatur: sis docibilis Dei; inclina aurem tuā & audij; inclina cervicem ad iugum Dei; & statim in auditu auris accinge lūbos tuos vt confestim aperias pullanti, & obtemperes imperanti.

1. Pet. 4. 1.

Hoc est quod monet Petrus. Lam non desideris hominū sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne vivat temporis. Hominū desideria sunt venti flantes de terra & turbantes mare, sed turberent & moueatur aqua ad motum Dei, vt quot reliquū temporis est, in carne nostra viuamus Deo, & voluntati Dei; & hoc cum timore. Qui enim rectē seruiunt illi nō sunt stabiles; vnde, & Paulus. Et instabiles sumus. Si colūne cœli cœlorumque virtutes, quantō magis nos seruiemus Domino in timore; & tremore? O scilicet motum aquæ fluxibilis, hominis corruptibilis, & carnis comouibilis. Non sis petra, non sis terra firmata super stabilitatē tuā, quia difficilis est terræ motus: sis aqua, quæ faciliē a vento circumferatur: sis docibilis Dei; inclina aurem tuā & audij; inclina cervicem ad iugum Dei; & statim in auditu auris accinge lūbos tuos vt confestim aperias pullanti, & obtemperes imperanti.

1. Cor. 4. 11.

Hoc est quod monet Petrus. Lam non desideris hominū sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne vivat temporis. Hominū desideria sunt venti flantes de terra & turbantes mare, sed turberent & moueatur aqua ad motum Dei, vt quot reliquū temporis est, in carne nostra viuamus Deo, & voluntati Dei; & hoc cum timore. Qui enim rectē seruiunt illi nō sunt stabiles; vnde, & Paulus. Et instabiles sumus. Si colūne cœli cœlorumque virtutes, quantō magis nos seruiemus Domino in timore; & tremore? O scilicet motum aquæ fluxibilis, hominis corruptibilis, & carnis comouibilis. Non sis petra, non sis terra firmata super stabilitatē tuā, quia difficilis est terræ motus: sis aqua, quæ faciliē a vento circumferatur: sis docibilis Dei; inclina aurem tuā & audij; inclina cervicem ad iugum Dei; & statim in auditu auris accinge lūbos tuos vt confestim aperias pullanti, & obtemperes imperanti.

1. b. 26. 10.

Hoc est quod monet Petrus. Lam non desideris hominū sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne vivat temporis. Hominū desideria sunt venti flantes de terra & turbantes mare, sed turberent & moueatur aqua ad motum Dei, vt quot reliquū temporis est, in carne nostra viuamus Deo, & voluntati Dei; & hoc cum timore. Qui enim rectē seruiunt illi nō sunt stabiles; vnde, & Paulus. Et instabiles sumus. Si colūne cœli cœlorumque virtutes, quantō magis nos seruiemus Domino in timore; & tremore? O scilicet motum aquæ fluxibilis, hominis corruptibilis, & carnis comouibilis. Non sis petra, non sis terra firmata super stabilitatē tuā, quia difficilis est terræ motus: sis aqua, quæ faciliē a vento circumferatur: sis docibilis Dei; inclina aurem tuā & audij; inclina cervicem ad iugum Dei; & statim in auditu auris accinge lūbos tuos vt confestim aperias pullanti, & obtemperes imperanti.

SECUNDA PARS.

13
De passio-
ne Christi.

*I*STA sanctus pro grege ouilis sui certauit vsque ad mortem: ideo enim Sanctus fuit, vt sua passio Deo esset accepta, qui habitat in sancto, & in Sanctis Sanctorum erexit thronum regni sui. In eo autem confurgit duplex tribulatio, vt nobis, qui tribulamur, concedat salutem, & redimat nos à malis, Angelus quidem est, & mouet aquam & in vtroque patitur. Patitur, vt sanctus interiori passione; patitur vt motor aquæ exteriori tribulatione. Interior passio in hoc fuit, q̄ cū esset san-

ctus, vt peccator tamen habitus est. Nos scimus (fallaces dicebant, & mendaces Iudæi) quia hic homo peccator est. Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum nō custodit. Propterea perlequebantur Iudæi Iesum, quia non solum Sabbatum soluebat, sed etiam patrem eius dicebat Deum. Nonne benè dicimus nos quia Samaritanus estis & demonium habes?

Magna est hæc offensio. Primum, quia tollit bonum nomen, & dignam existimationem, quæ magnis etiam diuitiis antepōnitur. Vnde Salomon in Proverbiis. Melius est nomen bonum, quàm diuitia multa, super argentum, & aurum gratia bona. Idē in libro Ecclesiaste. Melius est nomen bonū, quàm unguenta pretiosa. Odor vnguentorum gratus est, sed gratiosior multo odor bonæ famæ. Sic & vtilior est sententiis. Propterea alius Sapiens hortatur. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æternum. Hoc tanto bono voluit Dominus propter nos priuari, vt posset dicere. Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Mala culpæ sic animam Christi, videlicet ipsum Christum Iesum adeo repleuerunt, vt ad similitudinem inferni propè accederet, vbi nullum est bonū, sed mala anima, eaq; maxima se ipsum exinaniuit opibus, commodis, quiete, delectationibus, & iis omnibus, quæ carnes & sensum oblectare solent. Proinde & hoc bono, quod mirum in modum in pretio esse conlueuit, & a sapientibus comendatur, denudauit sese Saluator, qui verè est Rex gloriæ, cui soli debetur honor, & gloria; & cuius solius verus est honor, & gloria, & maximus honor, & maxima gloria. Propterea magna offensio, vbi tantū bonum, tam iniusta, & extrema priuatione sublatum est. Magna miseria fuit sancti Iob, qui cum magnus esset inter omnes Orientales, minimus factus est inter omnes mortales, multa bona sunt ei sublata & multa illata mala, ab altiori statu in ima profundi delapsus. Quis similis tui in gloriis Domine, qui es splendor patris gloriæ?

Ioan. 9. 11
Ioan. 9. 16
Ioan. 8. 41
Pro. 11. 1
Eccle. 7. 1
Eccle. 12. 1
Ps. 67. 4
Iob. 1. 3

gloria? Ergo magna tua deiectio, qui vsque ad turpissimam mortem adactus es.

15 Secundo maxima est hæc offensio, quia tetigit illum dolore cordis intrinsecus, nõ a quæ exteriora bona, dum furripiuntur, cruciant animam, nam non æqualis est illorum notitia, nõ æqualis illorum est propensio, nec eadem est in omnibus interioris animi dispositio. Christus probè, & summe vidit quale, & quantum bonum sibi auferretur, quam iniuste, quam crudeli mente. Nobilissimus eius animus summa erat dispositione aptus ad sentiendos doloris aculeos, quos libera excepit voluntate, nullam vnquam præteriens occasionem patiendi, qui idcirco venit in mundum, vbi insinuat sunt miserix, vbi idonea sunt vniuersa ad molestandum, ad affligendum, ad nocendum. Nec ergo putes, siccis quasi oculis cordis ipsius animam pertransisse torentes illos aquarum multarum, & intolerabilium. Verè tactus est dolore cordis intrinsecus; verè se dolor animo suo refudit vsque ad penetrabilia; verè, veraciterque dixit. *Tristis est anima mea vsque ad mortem* Non verò hoc euenit ex sola naturali dispositione animi, huiusmodi offensiones refugiētis: sed sicut oblati sunt, quia ipse voluit, & proinde culpatus traductus, ex probatus; Ita hausit ipse inde secundum voluntatem suam punctiones harum spinarum, lacerationes, torsiones, verosque mentis languores, & dolores. Alioqui non verè diceretur. *Verè languores nostros, & dolores nostros ipse portauit* Curn non in aliis quoque recentitis illius pœnis addidit Propheta, vocem hanc affirmandi, verè? sed illam tunc demum solummodo vsurpauit, quando languores, doloresque nostros ab illo susceptos commemorauit? Ne forte quis arbitraretur insipiens, ea solum tormenta Dominum tulisse, quæ exterius infligebantur. Sed certum nobis est, atque persuasum eas maxime pœnas, suppliciaque tulisse, quæ mentem torquent, quæ animum flagellant, quæ in primis cruciant viscera misericordix, ac sententia non minus mala propria quam aliena, vt aliena per propria aboleantur. Hac enim ratione dolores no-

stros tulit, dum sensit ipse illos in se, illisque nos, in se tolerando, leuaret; & quæ nimia charitate præditus erat, veluti fortius premendo sibi ipsi vehementi consideratione, quæ exterius infligebantur, applicabat, vt interdum vulnus animum suum profundius penetraret; vt in hac sententia, abstrusoque sensu vere per Prophetam iam dixisset olim. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.*

Tertio, offensionem auget, quod probra, quæ falso illi impingebant ad eius crudelissimam necem dirigebantur. Ideo enim culpabant, vt quasi iusta morti obnoxium, morti adiudicarent. Sic enim Euangelistæ renuntiant, quod illum tentabant, vt caperent eum in sermone, & accusarent eum. Propterea Pilato suggererant. *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.* Sic accusabant. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Casari.* Sic leuata voce clamabant. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Calumnia ergo sibi imposita tum per se affligebant vt noxiæ, tum quia eius intendebant mortem; qua intentione duplici ratione torquerent, & quia occiderent in carne, & quia iustas pœnas moriens dare videretur; atque suis flagitiis commertas, debitasque, vt nobilem hoc pacto, teneramque mentem acerbissime vexarent, & quantum erat possibile neci darent.

De his suis offensionibus in Psalmo loquitur rogans Patrem. *Non confundamur super me, qui quarunt te, Deus Israel.* Hic quæso sit fructus exprobrationum meorum, vt fideles mei quærentes, & inuocantes nomen tuum, non sic pudefiant super me, vt finis illorum sit sine honore, quia secuti sunt me; quin magis honorificentur à te, quia ministrant mihi. Huius meæ petitionis ecce quam iustaratio: *Quoniam propter te suscepi opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Et hoc in tantum, vt etiam fratres mei declinarent à me, ne confusiois meæ participes essent, veluti fratres hominis facinorosi, & merito despecti, & abiecti, & contempti. Sic extraneus factus sum fratribus

Pf. 68. 3.

Mat. 22. 15

Mat. 22. 10.

Io 18. 30.

Luc. 23. 2.

Io. 19. 7.

17

Pf. 68. 7.

Pf. 68. 8.

9

bus meis; & peregrinus filiis matris meae.

Ij videlicet qui mihi summè deberent esse coniuncti. Quod dixit Propter te sustinui opprobrium; hoc est; quia zelus domus tuae comedit me, & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. Summus honor, qui communiter in terris Deo exhibetur, ille est, quem illi offerimus in templo sancto suo: ut merito per Domum Dei, gloria Dei intelligatur. Vnde est illa caelestis vox. *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Gloriam igitur Dei se zelasse demonstrat dicens. Zelus domus tuae comedit me. Quod verò ait. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me; hoc est. Ego ut meas, accepi exprobrationes tuas. Ego dolui super te, quòd blasphemaretur nomen tuum; quòd gloria nominis tui ab hominibus iniquis obfuscaretur. Ego ut has tuas in honorem orationes compensarem, sustinui opprobrium, còstitui me virum despectum, nouissimum virorum, quasi leprosum, & humiliatum. Sicut enim hominum dolores portavi, ut ab hominibus asportarem, ita opprobriis exprobrantium tibi me suppolui, ut ea ego ipse portans longè facerem à te; & sic appareret gloria tua, & darent tibi creaturae tuae gloriam, & honorem, & benedictionem. Quod addit. *Et operui in ieiunio animam meam; & factum est opprobrium mihi.* Et posui vestimentum meum cilium; & factus sum illius in parabolam. Hoc est. Multa bona opera ostendi illis, per quae me honorare debuissent, sicut victus, & veltitus asperitas ab hominibus potissimum suspici consuevit, propter quam Ioannes Baptista maximè fuit existimationis; & tamen ego qui tot, tantaque bona opera operatus sum in eis, irrisus, illusus, blasphematus, accusatus, condemnatus, & reus mortis condemnatus sum? A quibus vero? ab his qui sedebant in porta. A iudicibus Israël egressa est haec iniquitas, & hoc falsum iudicium. Cur verò? Quia ebrij sunt vino passionum suarum, & in peruersis affectionibus suis profundè sepulti. Qui hoc vinum bibeant; hi psallebant in me ludentes, illudentes, ridentes, irridentes, loquentes, ob-

loquentes, sanguinem meum sugillantes, & famam meam sugillantantes. Hi ebrij hora tertia linguis suis crucifixerunt me gaudentes, & latantes.

Tu homo, gloriae cupidus, ne verearis, aut confundaris benefacere: quia gloria magna est sequi Dominum virtutum. Si qui autem virtutes culpant, orationes, còmuniones, elemosinas, abstinentiam, humilitatem, patientiam, dic tu. Hi ebrij uai. Quis Sapiens se videns ab ebriis irrisum doleat, aut velit fieri similis illis, ut ab huiusmodi hominibus honorificetur? dicet magis. Compatiendum est illis, nam ebrij sunt. *Si mundus me odit, scio, quia Dominus meus aufert à me opprobrium, & contemptum, quia mundus priorem illum odio habuit; & hoc, quia de mundo non eras, quia non cum ebriis, & ludentibus se miscebat.* Ergò confundantur illi, qui bibunt vinum in ebrietate, & non confundar ego, qui sequor Dominum in ieiuniis multis, & in nuditate, qui operit se ieiunio, & cilicio. Non enim est seruus maior Domino suo.

Tribulatio, & angustia secunda inuenit eum descendentem in lacum, quasi viuum diglutiens, & in se recipiens, atque submerges. Nā certè submersus est in aquis vehementibus, & angustis inenarrabilibus. Hoc est quod etiam in hoc sensu dicit. *Veni in altitudinē maris, & tempestas demersit me.* Hoc mare magnū immensa est tribulatio, & passio incomprehensibilis. Venit in illā ipsemet, quia voluit. *Holocaustum, & pro peccato non postulasti. Tunc dixi Ecce venio.* Venio ego nō per funem tractus sicut hostia legales & antiquae. Ego dixi. Ecce venio, libens accedo, nō quasi bos ductus ad victimam, sed quasi filius obsequens Patri, tractus in vinculis charitatis, & veni non secus littus maris, non longè à terra, veni in altitudinem maris, veni in profundum abyssi, vbi aquae omnes, sub caelo sunt, operuerunt me, vbi sagittae Potentis acutae còpletæ sunt in me, vbi manus Omnipotentis percussit me, & brachium Domini dominatum est mihi, & in puluerem mortis reduxit me, & tempestas demersit me; ad eò ut crudelitas insatiabilis inimicorum

Exet. 3. 12.

Pf. 68. 11.

19

Exet. 3. 11

10. 15. 18

19

Iob. 15. 20

Pfal. 68. 11

Pfal. 39. 9

Iob. 16. 10

micorum meorum satiata sit pœnis meis. Ad duo colligit suam passionem, videlicet: *Quod à Patre sit derelictus, & ab hominibus afflictus.* De primo dicit, laboravi clamans. *Ad Dominum cum tribulaver*

Psalm. 68. 4. clamavi, sed clamans laboravi, sed sub lingua mea labor. & dolor; labor quidem, quia laboravi clamans: sed non ideo recessit dolor, aut transiit calix; quia lingua ipsa, quæ clamans rogavit, *ut transiret hora,* libens se commisit Patris voluntati, sub-

Luce. 22. 43. dens subdita. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Lingua ergo & panem doloris sumpsit, & comedit vsque ad satisfactionem. Ergo *defecerunt oculi mei dum*

Psalm. 68. 21. spero in Deum meum. Leuavi quidem oculos meos ad Patrem, unde venires auxilium mihi: sed consolantem me quaesivi, & non inuoni. Circumspexi, & non erat auxiliator: quaesivi, & non fuit, qui adiuuaret. Ità defecerunt oculi mei, suspicientes in ex-

*Psalm. 38. 14. cellum. Domine vim patior: responde pro me. Quid respondebit mihi cum ipse fecerit? cum ipse percusserit? cum ipse affixerit? cum in me posuerit ipse iniquitates omnium? cum voluerit ipse conterere me? Quomodo defecerunt? extenuati sunt laborantes, ut vltra intueri non possent altitudinem cœli. Sed & acius defecerunt; quia auxilium non venit, donec clauderentur in morte, ut non esset vltra spes in vita mortali. Ecce derelictionem, de qua clamans, & veluti conquerens dicebat: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.**

Alteram suæ passionis partem exprimit dicens: *Multiplicati sunt super capillos capiti, qui oderunt me grati: confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniusti. Quæ non rapui tunc exolebam.* Multitudo odientium, fortitudo persequentium, iniustitia tribulantium. Tria hæc innuunt, quantus dolor sit futurus in eo, qui tale odium patitur, talem persecutionem, talem tribulationem. Multitudo odientium multitudinem notat passionum atque tribulationum; nam odium omnes compellebat, ut mala infligerent, ut male affligerent, ut pessime confingerent luore suo carnes eius. Fortitudo perse-

quentium addit dolorum multitudini immensam magnitudinem, vim, vehementiam, acerbiteriam. Iniustitia tribulantium notat summam dispositionem in tribulato. Odio habuerunt gratis, persecuti sunt iniuste. Iustus itaque perit, & innocens macatur: si iustus, nullum obduxit callum iniquitas, quia malum amarum est. Ergo ab omni passione, & dolore immunis est animus delicatus, præ teneritudine innocentia, ut vehementius vrât carbones defolatorij. Idè erat agnus anniculus, non

Exod. 11. 5.

Rursus si iustus, volens patitur, & quia vult offertur. Nō enim iniustus est Deus, ut iustum inuitum torqueat; quia per peccatū mors in hunc mundum intravit, & iustum æternumque decretum est, ut anima quæ peccauerit; ipsa moriatur. Salus autem iustorum à Domino. Si autem volens patitur, non ex tristitia, aut ex necessitate. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Ergo ex charitate, Sed qui sic iustus est, non ad mensuram iustus est, sed

27.

Rom. 5. 12.

Ezec. 18. 4.

1. a. 36. 29.

2. Cor. 9. 7.

compos est iustitia omnis, ut nihil illi deficit in vlla gratia. Er ita vbi nulla iniquitas, nulla est refrigeratio charitatis. Super excellentissima igitur est charitas eius, adeo ut altitudo maris, & multitudo sonitus aquarum multarum, non valeat tantam extinguere charitatem, immò neque sui immensi calor vel vnam scintillam detrahare, vel modicum imminuere. Si itaque, quia dilexit nos, lauit nos in sanguine suo, & pro nobis tradidit semetipsum: quantus amor, tantus dolor sit, necesse est. *Commendat enim in hoc charitatem suam, quod pro impiis mortuus est;* spiritus autem dilectionis non ad mensuram datus est illi. Ergo neque sensus doloris vllò terminatur limite, aut mensura. Arenam maris, & pluuia guttas, & dies

Apoc. 2. 5.

Ephes. 5. 2.

Rom. 5. 8.

Ecclesi. 2.

maris,

sæculi quis dinumeravit? Altitudinem
 cœli, & latitudinem terræ, & profundum
 Sap. 11. 12. abyssi quis dimensus est? Sed hæc tamen
 Ioan. 3. 34. omnia in mensura creata sunt. Sed ad mē-
 Rom. 5. 5. suram Christo spiritus non est datus, cha-
 ritas verò per spiritum diffusa est. Ergò,
 charitas quoq; sine mensura est immensa
 est nimia. O passio Domini nostri Ie-
 su Christi, quanta es, cuius mensu-
 ra immensurabili charitate mensura-
 tur. Quis loquetur potentias Domini?
 Psal. 105. 2. Quis explicabit patientiam Christi?
 Dirigamus corda nostra in charitatem
 Dei, & patientiam Christi, si forte capere
 valeamus, quod neque cœli capere pos-
 sunt, neque terra. Quam rectè per aquæ
 motum hæc nobis sanctissima passio figu-
 rata est: Terram si fodias, partem vnam
 moues, immota reliqua remanente. Aquæ
 si partem moueas, tota mouetur. *Cum tur-
 bata fuerit aqua.* Dicebat languens. Non
 pars aquæ, sed aquo. Fluctus fluctum ciet.
 Tota aqua; aquæ omnes, omnis possibi-
 lis passio passibilem patientem aggressa
 est, inuasit, submersit, circumuallit,
 oppressit. Audi vocem eius: *Circumde-
 derunt me sicut aqua tota die, circumde-
 derunt me simul. Circumdedderunt me canes*
 Psal. 87. 18. *multis, concilium malignantium obsedit me.*
 Psal. 21. 17. *Ecce sicut factus es, iam noli peccare. Ne*
 Eccl. 51. *deterius tibi aliquid contingat. Sanasset a-*
 10. *qua illa materialis languidum corpus, sed*
 22. *Christi passio, quam illa figurabat, totum*
 Dan. 4. 9. *hominem sanum fecit, quia Passio Domi-*
 ni pretium est orbis terrarum. Passus enim
 totum orbem redemit. Quia pro omnibus
 mortuus est. O vtinam vellemus sanificari,
 non enim frustra interrogauit hominem
 Sapientia Dei. *Vu sanus fieri?* quoniam
 multi, despicientes semetipsos, qui proinde
 non curant, aut latagunt liberari ab in-
 firmitatibus suis. *Iam noli peccare* (inquit)
ne deterius tibi aliquid contingat. Ergò
 quia dominata fuerat iniquitas, domina-
 tur infirmitas. Vtraque simul pulsa est ab
 Angelo nostro Iesu Christo, qui totū ho-

minem fecit sanum. Tu *vu sanus fieri?* Eccl. 30. 13
 Quis dubitet? Nam melius est corpus va-
 lidum, quam census immensus. Sed qua-
 ro, si cupis perpetua mentis & corporis sa-
 nitate gaudere? si totus *vu sanus fieri?* Pro. 2. 14
 Heu quot sunt, qui lætantur cum malefe-
 fecerint, & exultant in rebus pessimis!
 hanc deputat partem suam lætari, ac gau-
 dere, rem augere, carni obsequi, confor-
 mari huic seculo, supergredi in negotio
 fratrem suum, innocentibus insidians, vo-
 luptatibus inquinari. Hi in cubilibus, &
 impudicitis, in comestationibus, & ebric-
 tatibus carnem fouent & nutriunt, spiritum
 negligunt; cor terrenis apponunt
 thesaurizantes sibi thesauros in terra, de
 cœlestibus neque cogitantes. His si dica-
 tur. *Vu sanus fieri?* quid poterunt respon-
 dere, nisi. *Hominem non habeo, qui mit-*
tat me in piscinam? An tu non es homo? si
 hominem non habes, neque te ipsum igitur
 habes, quia tui compos non es: tu
 nullam super te habes potestatem, sub po-
 testate constitutus tenebrarum, & princi-
 pis huius mundi, qui te in villam mittit,
 vt pascas porcos. Vile mancipium diabo-
 li, hominem non habes, qui te in pisci-
 nam mittat. Quia Christi dona, & mor-
 tis eius beneficium spernis, sanguinem
 suum pretiosum pollutum ducis & infir-
 mum, quasi nec te lauare possit nec sal-
 uare. Estò habebas hominem, qui impli-
 cer te negotiis sæcularibus, & dicat tibi.
 Veni nobiscum, insidiamur sanguini, o-
 mnem pretiosam substantiam reperie-
 mus. At hominem non habes, qui du-
 cat te ad Iesum, vt spiritus saluus sit. Ac-
 cessit ad eum quidam, petens vt frater suus
 diuideret secum substantiam, sed repulsus
 est. Temporalia ne quaras ab eo, vt in il-
 lis conuiescas, & delecteris; salutem
 corporis si quaras, animæ salutem spe-
 cta, vt per bona temporalia transeas ad
 cœlestia. Tunc clamabis, & exaudiet ipse,
 qui totum hominem sanum fecit. Clama-
 ne cesses, & dic. Saluum me fac, vt eu-
 stodiam mandata tua. Libera me de Æ-
 gypto, vt audiam in deserto legem tuam. *Ps. 118. 94.*
Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in
iustificacionibus tuis semper. Vu sanus fieri 117.
 hoc pa-

hoc pacto non deerit Saluator, præsto erit
 medicus, qui venit saluum facere quod
 perierat. Noë cur saluus factus est in dilu-
 uio aquarum multarum? Quia vir iustus atque
 perfectus cum Deo ambulauit. Cur cæteri
 perierunt? cur gigantes gemunt sub aquis?
 Ideo perierunt, quia non habuerunt sapien-
 tiam, quæ est timor Domini. Time Domi-
 num, & sanitas erit umbilico tuo, quia be-
 nefacit Dominus bonis & rectis corde.
 Impij verò de terra perdentur, & qui ini-
 que agunt, auferentur ex ea. Ergò si sanus
 factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sic stete in Domino char-
 issimi, ut salui sitis.

L. 30. 11.
 Luc. 19. 10.
 Gen. 6. 9.
 Job. 26. 5.
 Baruch. 3.
 27.
 Prov. 3. 7.
 Psal. 2. 21.
 Phil. 4. 1.

tem, dum verbo ipse suo totum hominem
 facit sanum, qui triginta octo annos ha-
 buerat in infirmitate sua; sed amplius per
 hæc quasi figuras illuminare nos intendit
 de mysterijs, sub his quasi sub cortice la-
 tentibus. Innuens hoc pacto quod per suam
 passionem saluos nos facit, & redimit ab
 omnibus malis. Reliquum est igitur, ut
 ad hæc oculos nostros intendamus, ut
 digni efficiamus, quos oculi custodiant
 & intueantur.

Vbi duas personas in primis attenda-
 mus, Angelum videlicet, & infirmum:
 quorum ille sanctus erat. Angelus enim
 erat Domini, descendens de cælo. Hic
 autem peccator, cui propterea dixit Do-
 minus. *Ecce sanus factus es, iam noli pecca-
 re.* Inter hos, medius intercedit Domi-
 nus, sanctus, & peccator: de illo dicente
 Apostolo. Eum, qui non nouerat pecca-
 tum, pro nobis peccatum fecit, ut nos effi-
 ceremur iustitia Dei in ipso. Quod Chri-
 stus non nouerat peccatum, in hoc stat
 eius sanctitas, quia innocens, impollutus,
 segregatus à peccatoribus, in quo Pater
 sibi bene complacuit. Quod Deus Pater
 illum, pro nobis peccatum fecit, hæc sunt
 iniquitates nostræ super illius dorsum po-
 sitæ, quibus omnibus ne quidem peccator
 modò factus est, verum & peccatū ipsum:
 non quidem ex se peccator, quia pecca-
 tum non nouit, sed aliunde factus, & sic
 reputatus, tollens peccata mundi. Hic
 venit in mundum, ubi erat multitudo lan-
 guentium, cæcorum, aridorum, dica-
 mus magis mortuorum: nam in Adam
 omnes moriuntur in peccatis suis: Venit
 autem ut destrueret mortem, illu-
 minaret autem vitam.

2. Cor. 5. 21.
 Heb. 7. 26.
 Mat. 17. 5.

CONCIO SECVNDA.
 ARGVMENTVM.

Ostenditur primò congruens esse, homi-
 nem recedentem à summo bono, malo
 ad quod accedit, puniri. Secundo, quam
 rationabile sit, hominem pati afflictio-
 nes illas que procul sunt à Deo, cum
 ipse procul fiat per creaturarum oble-
 ctationes. Et omnia Euangelio accom-
 modantur. In morali inuehitur, con-
 tra eos qui salutis desiderium parui-
 pendunt.

DOCET Salomon, Dominum
 delectari in cognitione, & sa-
 pientia nostra, eamque tueri,
 quin & donare, & augere ut
 sapientior fiat semper homo:
 contra verò abominari dolum, qui con-
 trarius sit veritati, ait enim. Oculi Domini
 custodiunt scientiã, & supplantantur ver-
 ba iniqui. Scientia verò, qua oblectatur,
 non quæuis scientia est, sed scientia Dei, de
 qua affirmat Osee Propheta, quòd plus
 valet, quam holocausta. Hoc ostenditur
 in hodierna historia Euangelij, ubi suam
 virtutem Deus ostendit, sæculis præce-
 dentibus sanans quamcunq; infirmitatem
 ad motionem aquæ in piscina, factam per
 Angeli descensum de cælo; nostris autem
 nihilominus suam facit notam potesta-
 tem.

1.
 Prov. 22.
 11.
 Osee 6. 7.
 178 94
 174
 118.

Propter hoc duo veniunt hic confide-
 randa; Alterum, quomodo iste sanctus
 descenderet in piscinam, ut sanarentur
 infirmi; Alterum quid causæ fuit, ut ad
 sanandos infirmos oportuerit illum in a-
 quas intolerabiles passionem simul introi-
 re. Descensus, in piscinam est assumptio
 infirmitatis nostræ, in qua aquæ tribu-
 lationum ingressæ sunt usque ad animam
 eius; atque ita pœnam tulit peccatorum
 nostrorum. Ut autem sciamus quare per
 passio-

2.

Q

passiones suas, nos à culpis nostris voluerit liberare, decretum illud, quod intrauit in hunc mundum per peccatum mors, ad mentem reuocandum est: & illius decreti ratio querenda est; quæ duplex esse videtur. Primò enim rationabile est, atque rationi congruentissimum, quòd homo recedens à summo bono, malo, ad quod cecidit, puniatur. Secundò, qui per delectationes in creatura repertas, à Deo elongatur, consonum est, vt sustineat tribulationes, quæ procul sunt à Deo. Quas rationes cum expendimus, illicò videbitur, quare Saluator per pœnarum sufferentiam peccatoribus decreuerit remedium adhibere. Vtile autem valde est, rationes illas considerare; quamobrem, videlicet, iuste peccanti sit attributa pœna. Eas itaque attentè consideremus.

3. A secunda exordientes, quod videlicet tormento torqueatur, qui à rectitudine oblectamento obliquauit. Non enim nisi peccans patitur. *Quoniam Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum, quin etiam non vult mortem peccatoris, sed magis, vt viuat. Impij autem, manibus, & verbis accerserunt illam: & æstimantes illam amicam, defluerunt & sponiones posuerunt ad illam. Hoc dicit Sapiens. Quia homines delectati in peccati suis, & animo illis irreuocabiliter coniuñcti, quasi sponsi cum sponsa sibi ipsis mortis fuerunt causa. Ergò quod homo infirmus sit, hoc est, quia peccator est, & quo plus peccat, eò deterius se habet. Culpæ enim debetur pœna, nam si malefeceris, statim (inquit) in foribus aderit peccatum tuum. Aderit (inquam) puniens, & affligens, secumque punitiorem adducens. Quo docemur ne amicam æstimemus mortem, id est, ne ea, per quæ mors intrat per fenestras nostras, diligamus, aut sectemur, memores illius prouerbij, & saluberrimæ monitionis: Præbe, fili mi, cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Quod est, corde beneuolo & attento ausculta monitiones meas, & diligenter intueri quæ te doceo. *Fons enim profunda est meretrix,**

Et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos inuenerit, interficit. Per meretricem, & alienam omnia intelligit, quæ sensum oblectant & illiciunt: vbi casus est frequens, periculosus, & perniciosus: sunt enim quasi puteus profundus, & angustus: Profundus, quia profundè peccauerunt, qui vana secuti sunt, & à Deo se quam longissimè distraxerunt: Angustus, vt vix inde se se possint eripere & saluare. Propterea hæc delectabilia sapiens latroni assimilat, qui, quos viderit incautos, crudeliter interficit. Cautè ergò ab hoc te disiunge, nam si incautus incidis in latrones, non te relinquent semiuivum plagis impositis, sed potius interficient. Æstimantes illam amicam, defluerunt (dixerat prius Salamon) id est, deciderunt à statu suo, perdidit propriam dignitatem, & euauerunt in cogitationibus suis, & ad nihilum redacti sunt: & nescierunt: nam obscuratum est insipientis cor eorum. Dum amicam homines æstimant mortem, & lætantur cum male fecerint: stultitia quidem est gaudium stulto. At qui stultitiam hanc tandem vidit, scriptum reliquit. Dixi in corde meo. Vadam & affluam diuitijs, & fruor bonis, & vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputavi errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? magnus certè error, perniciosaque deceptio, lætantem, & gaudètem mororem consequi, & in puncto ad inferna descendere.

Et si hoc sapientis est considerare, quòd stimulus mortis peccatum est; non enim feriret mors, nisi acutam illam, & aculeatam, peccatum reddidisset: & quòd per dulces illecebras trahitur homo ad peccatù; vnde tribulatio & angustia fuit in omnem animam operantem malum. Deniq; quod hoc cum ratione congruit maximè, quo enim magis refarcienda est inordinata delectatio, quam ordinata pœna? Illicite voluptati quid propriè magis debetur, quam inuoluntariū tormentum? Num merito comedentes de ligno, quod bonum erat ad vescendum, aspectuq; delectabile, non damnati sunt alter ad labo-

4. *1. Corin. 15. 56.*

5. *Gen. 3. 16.*

6. *Gen. 3. 16.*

7. *Gen. 3. 16.*

8. *Gen. 3. 16.*

9. *Gen. 3. 16.*

10. *Gen. 3. 16.*

11. *Gen. 3. 16.*

12. *Gen. 3. 16.*

13. *Gen. 3. 16.*

14. *Gen. 3. 16.*

15. *Gen. 3. 16.*

16. *Gen. 3. 16.*

17. *Gen. 3. 16.*

18. *Gen. 3. 16.*

19. *Gen. 3. 16.*

20. *Gen. 3. 16.*

21. *Gen. 3. 16.*

22. *Gen. 3. 16.*

23. *Gen. 3. 16.*

ad labores, altera ad dolores, vterque in exilium, vbi terra germinat spinas, & tribulos? Idem sensus, qui oblectatur, etiā passionem sentit. Idem qui peccauit, penam soluit. Punitio autem peccato cum sit contraria, vt in supplicio consistat, oportet, quando per delectationem peccatum est. Lætitiam non verat Deus, quin iubet magis: hoc tantummodo præscribit, vt in conspectu illius capiat, & gaudeamus in Domino. Ad quod vt animum nostrum erigeret, atq; ad se dirigeret, iussit, vt in quibus gaudendum esset coram illo, de his in primis offerrentur illi primitiæ. Ideo lex postquam de primitiis offerendis dedit mandata, illico subdit. Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ; tu & Leuitæ, & aduena, qui tecum est. Vbi vides legem velle quod & proximus noster particeps sit lætitiæ nostræ. Sancta ergo & salubris est delectatio, quæ Deum sibi finem statuit, & proximo communicatur. Qui autem à Deo fornicantur, hi ab ipso perduntur, vt quantum fuerunt in deliciis, tantum in tormentis affligantur, sicut de Babylone decretum fuit. Rectè ergo Salomon post supradicta infert. Cui vix? cuius patri vix? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Vini proposuit exemplum, quoniam in ipso luxuria est, delectat potatum, & ad inhonestas rursus impellit delectationes. Et quoniam ebrietatem creat, mala retigit, quæ plurimum inde sequuntur, videlicet, molestiæ, rixæ, casus, confusio. Hæc, & hic contingunt, & quæ post hanc vitam consequutura sunt, aperte designant.

Altera huius retributionis, hæc est ratio manifesta. Quod qui peccat, à Deo recedit, abiens in regionem longinquam. At Deus, qui bonorum omnium auctor est, in se bona omnia continet, & est ipsemet bonum omne; adeo vt nihil boni extra ipsum possit reperiri. Quæ res cum sit, necesse est prorsus, vt qui Deum derelinquit, expers sit bonorum omnium. Quamuis autem hoc absolute contingere non

valeat, nam & ipse peccator bonum est quoddam à Deo factum, & quæ sunt, bona sunt omnia, extra quæ nihil est, nec quidquam esse potest, vt necesse sit, quidquid est & bonum esse, & in bonis esse. Attamen quoniam ipse sua voluntate peccator à Deo disiunxit, vt Deus ipse illi bonus non esset, qui bonus est his, qui recto sunt corde, & cum innocente innocens erit, & cum peruerso perueretur. Idcirco huic peruerso homini nihil est bonum, quoniam nec ipse Deus illi bonus est, vt merito de quodam homine dictum sit. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.

Si sic ergo malum est ei, quod sit natus, id est, natura ipsa sua malum est illi, quia repleta est malis anima eius, & bona quæcumque illi mala sunt: Audi in Ieremia Dominum promittentem. Si non ambulaueritis post Deos alienos in malum vobis metipsis, habitabo vobiscum. Et infra. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. Et dixistis. Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas. Vides delineatos peruersos homines, qui in peccatis suis sibi bene esse, fallaciter arbitrantur? In malum sibi ipsis certò id faciunt; ipsi sibi mala creat omnia. Nunquid me ad iracundiam prouocant (dicit Dominus?) Nonne semetipsos in confusione vultus sui? Ne itaq; Deo ascribas, sed tibi ipsi mala tua, molestias, aduersitates: cur enim Isaias dicit. Vnusquisq; carnem brachii sui vorabit; Quamuis enim de preliis, & contentionibus muris populi loquatur; hoc tamen maxime ad damnatos transferendum est, qui etiam à Salomone inducuntur contra seipsum indignatos, ac dicentes. In malignitate nostra consumpsi sumus. Ergo iam nolite peccare, ne deterrius tibi aliquid contingat. Cum scriptum sit. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Et dicet omnis populus Amen. Quid est dicere Amen, nisi confirmare, quæ à Deo statuta sunt; qui verò approbauerunt illa? profecto populus ipsemet, qui illas

Q 2 sponde

Deut. 16.

11.

Apost. 18. 7.

Prov. 23.

19.

Psal. 71. 1.

Psal. 17. 26

6
Matth. 26.
24.

Ier. 7. 6.

Ier. 7. 19.

Isai. 9. 20.

Sap. 5. 13.

Deut. 27.
26.

sponte sua subiit maledictiones, legem transiens. Certa est ergo malorum punitio. Videte igitur quomodo caute ambuletis, ne vos ipsi vtronei descendatis in infernum. Et ideo. *Qui cogitat mala facere, stultus est.*

Prov. 24. 3

SECUNDA PARS.

7 **E**X hoc iam posito, quod poena erat culpa solvenda ac dimittenda, manifeste conficitur, quod qui saluare venerat peccatores, si consilium decretumque Dei corrupturus non esset, passione atque tribulatione auferre peccata deberet. Quae res lege ipsa probatur, quae iubebat *pro peccatis sacrificia offerri, simul remissionem illorum pollicens.* Quid vero hostiae immolatio? Nonne ostendit, per vnius poenam, alterius dimitti culpam? Quid enim hostiae illae peccassent? Et tamen illarum mors alienorum peccatorum remissionem faciebat. Ergo innocenti passio, peccatorum erat futura salus. Vbi in prima altaris institutione nobile aperitur mysterium.

8 Lata decem verborum lege in monte

Exod. 20. 1

sancto, voce delapsa à magnifica gloria, quam postea Deus ipse digito suo scripsit in tabulis lapideis, praecipit hoc suum

Exod. 31. 18

singulare Deus explicauit. *Non facietis*

Exod. 20. 23.

Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi. Quam-

quam enim statuerit in lege, quam tulerat ne facerent sculptile, repetit tamen, tum ut fortius imprimatur, tum ut ablegat eos ab occasione faciendi simulacra & ea venerandi, iubens iam nunc, non simpliciter ne faciant sculptile, verum ne faciant Deos argenteos, nec aureos; Facile enim trahitur homo rerum pretiositate ad eas venerandas: quem ut vitarent errorem, sedulo moniti sunt tandem à Ieremia, quando fuerant in captiuitatem abducendi in Babylonem. Cum autem moneat Paulus, cauendum ab auaritia, quae est idolorum seruitus; putauerim solitos fuisse homines mundi thesauros suos cogere ex idolis aureis & argenteis, quasi Dij ipsi se tutarentur, ut non subtraherentur aut diriperentur.

Bar. 6. 3.

Quamobrem Rachel furata est

Eph. 5. 5.

Gen. 31. 30

Gen. 31. 30

Gen. 31. 30

Deos Patris sui, quos certum videtur illos non fuisse furatam, si non ex auro vel argento essent. Quae res mihi persuadet, Deum voluisse in primis auertere populum suum ab auaritia, tanquam à radice malorum atque diuinæ legi directè contraria. Quod canens Propheta testatur. *Inclina cor meum Deo in testimonia tua, & non in auaritiam. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide.* Ait Apostolus. *Ut videas, quam sapienter legi subdiderat deo argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Propterea enim quoque hic de illis adorandis non facit prohibitionem: sed materiam duntaxat, ex qua faciant illos commemorat, ut intelligamus ad illam potissimum spectasse, ne vehemens esset illecebra ad idola cum faciendâ tum seruandâ & adorandâ.*

Contra verò iubet. *Altare de terra facietis mihi.* Sic docens, simplicem intuitum ad Deum eiusque cultum haberi debere. At verò sicut in Diis aureis auaritiam tollit, sic in altari terreo abstractionem à mundi concupiscentia docet, quod hæc sit compendiosa admodum via ad diuina mandata custodienda. Unde tales voluit esse Apostolos suos: talis in primis voluit ipse noui testamenti mediator esse perspicuus, ut veniens ad eum princeps mundi, nihil prorsus sui inueniret in illo, & verè non haberet. Verè namque Verbum caro factum, altare est de terra factum: quoniam veritas de terra orta est, & est fructus terræ sublimis, & aperta terra genuit Saluatorem; & hac de causa potissimum altare Christus est, quoniam per ipsum redemptionem habemus peccatorum. In altare autem fiebant sacrificia pro peccatis.

9 *Exod. 20. 24.*

10 *Exod. 20. 24.*

11 *Exod. 20. 24.*

12 *Exod. 20. 24.*

13 *Exod. 20. 24.*

14 *Exod. 20. 24.*

15 *Exod. 20. 24.*

16 *Exod. 20. 24.*

17 *Exod. 20. 24.*

18 *Exod. 20. 24.*

19 *Exod. 20. 24.*

20 *Exod. 20. 24.*

21 *Exod. 20. 24.*

22 *Exod. 20. 24.*

23 *Exod. 20. 24.*

24 *Exod. 20. 24.*

25 *Exod. 20. 24.*

26 *Exod. 20. 24.*

27 *Exod. 20. 24.*

28 *Exod. 20. 24.*

29 *Exod. 20. 24.*

30 *Exod. 20. 24.*

31 *Exod. 20. 24.*

32 *Exod. 20. 24.*

vt quam zelores sit salutis nostrae Deus intentus consideres, qui data lege, etiam illius transgressoribus modum adhibet redimendi illius transgressiones. Simul ergo quod & ad cultum suum, & ad fructum nostrum erat, sapienter instituit. Altare videlicet, ubi eorum facerent sacrificia. Altissimo autem mysterio iubet, vt de terra fiat altare. Quoniam ipse, qui hominem de terra formauerat, homo futurus erat, caro factus, & de terra ortus, vt in hac humo, quae est homo, esset ipse altare ad Deum colendum hominemque saluandum. Neque altare esset modo, sed hostia quoque Deo offerenda, ad illum tum glorificandum tum propitiandum. Cuius, si humilitas in eo, quod de terra fieret: in eo quod fieret de lapidibus non sectis, innocentia demonstrabatur; inde videlicet amoto humano opere & artificio, sed integra existente natura, qua opus hominis in principio corruptit. Atque ita duo illa Christi mysteria potissimum, videlicet Incarnatio & Passio, hac nobis figura demonstrantur. Primum quidem in hoc, quod iubet Deus. *Altare de terra facietis mihi.* Alterum vero dum dicitur. *Quod si altare lapideum fecerit mihi, non edificabis illud de lapidibus sectis, si enim leuaueris cultum super eo, polluetur.* Terreus est Christus, quia veritas de terra orta est. Lapidus, quia posuit faciem suam, vt petram durissimam: quin verè petra & lapis angularis, & quadratus, cuiusmodi erat altare, super quo Iudaei cultum indignè leuantes, illud polluerunt. Qui cultus fuit iste? lege Zachariam, & audies. *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi. Percute pastorem & dispergentur oves.* Framea, quae est gladius, & cultus, qui est potestas iudicialia, iuxta quod de potestate scribit Paulus. Non sine causa gladium portat. Nunquid non suscitata est super Christum, quando Pilatus dixit: potestatem habeo crucifigere te? Quam Christus illi de caelo datam asseruit. Vt verè dixerit Deus Pater: *Framea suscitare super pastorem meum.* Et quid fuit illa magna persequutio, per quam Dominus Iesus ad totantalsque passiones adactus est, nisi cul-

ter iste leuatus super eum?

Ad forsitan quares, quomodo potuit cultro isto is pollui, qui est Sanctus sanctorum? En tibi obiitio Apostolica verba. Quanto magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Si sanguinem istum sanctissimum polluit Christianus, qui in illo sanctificatus est, dum peccat voluntarie; quomodo non illum magis polluerunt Iudaei, qui crudeliter illum fuderunt? qui maledictis persecuti sunt Christum: qui malefactorum appellarunt & seductorem: & condemnarunt ipsum Iesum reum esse mortis, dicentes. *Morte turpissima condemnemus eum?* Sap. 2. 20. Et quid dicit Deus ipse sanctus in Malachia Propheta? *Offeris super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis. Mensa Domini despecta est.* Ergo & ipse Deus se pollutum arbitratur, dum polluitur atque despicitur eius altare per indignas oblationes in eo factas. Non ergo polluerunt Iudaei hoc altare, quod est Christus, illi tam indigna imponentes? tam turpia? tam crudelia? ac demum mortem turpissimam? Sicut ergo illi sanctitati non derogant iniquitates, quas in illo posuit Deus, sic neque pollutiones Iudaeorum, quibus pollutum ducunt, id efficiunt, vt non sit sanctus, innocens, impollutus. Nunquid vero nomen Domini non est sanctum in se, quod tamen populus polluit in gentibus? *Es ingressi (inquit) sunt ad Gentes, & polluerunt nomen sanctum meum.* Ezech. 36. 20.

Sed quid ibidem ait Dominus, promittens liberationem populi de captiuitate, & eiusdem exaltationem & sanctitatem in terra sua? *Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum, quod polluis in Gensibus. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter gentes, quod polluis in medio earum.* Ergo pollutio nominis in causa fuit quod illud Deus sanctificaret, sanctificans populum ipsum. *Et effundam (inquit) super vos aquam mundam; & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Ergo pollutio altaris nostri, quod est Christus, est sancti-

- Tit. 2. 14.** sanctificatio nostra. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut mundaret sibi populum acceptabilem. En polutio magna. Factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Ecce sanctificatio nostra, Christus nos redemit de maledictione legis, ut in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu.
- Gal. 3. 13.** Vbi iam tandem intellige, cur dando Deus modum construendi altaris sui, verba ista interposuit: *Veniam ad te, & benedicā tibi.*
- Exod. 20. 24.** *Dum facies mihi altare de terra, veniam ad te factus homo.* Dum de lapidibus, leuans cultum super eo & polluens, non benedicā tibi. Sanctus in veritate, pollutus in apparentia & aestimatione. In veritate sanctificat & in conspectu omnium: propterea Angelus sanctus mouit aquam tribulationum, ut sanaret omnes infirmitates nostras, & redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum. Ecce quomodo per poenam erat culpa delenda.
- 12.** Sed hoc distinctius demonstratur eisdem duabus rationibus, quibus ostendimus, peccantes mereri supplicia. Quarum altera est discessio a creator: Altera est delectatio in creatura ex discessione a Deo bonorum omnium auctori. Id sequitur, quod dicit sapiens: Ut impijs & peccatoribus bona in mala conuertantur. Quando enim bonum proprium, quod est eius vita, malum est illi, ac propterea mori desiderat, sed in cassum; quod aliud bonum, bonum illi esse potest: Deus ipse, quem voluntarie reliquit infelix, iam non est bonus illi, sed seuerus, sed aduersarius, sed iudex, vlciscens, cum ipse sibi illud contineat hostem, & indignationis plenum. *Quoniam vero in manu Dei sunt omnes fines terra, propterea accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* Atque ita pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Hæc est prima causa. Altera est, quod ideo peccator recedit a Deo, quonia in creatura delectatur. Stultitia quippe est gaudium stulto, nam in umbra rerum delectatur, non in veritate: sicut somnians bibit, & cum expergefactus fuerit, lassus adhuc sit. *Est enim in vanitate rerum temporalium non veritas & letitia.*
- Tit. 2. 14.**
- Gal. 3. 13.**
- Dent. 21. 21.**
- Gal. 3. 13.**
- Exod. 20. 24.**
- Tit. 2. 14.**
- 12.**
- Eccli. 39. 32.**
- Psal. 94. 4.**
- Sap. 5. 18.**
- Prov. 15. 21.**
- Isa. 29. 8.**

sed afflictio spiritus. Qui ergo venit tollere peccata mundi, his duabus vijs statuit portare dolores peccatorum. Primum, ut omnes illi aduersarentur: quando enim Deum derelipientium poenam subiit, a Deo decens fuit ut ipse derelinqueretur. Quod quantum supplicium ipsi fuerit, exploratum nobis moriens fecit, dum clamauit: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.*

Quæ derelictio elongatio fuit à salute: vnde in Psalmo post querimonium dixit. *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Peccata (inquit) mea; non quæ feci, sed quæ accepi, in causa sunt, quod Deus non quiuisset, sed Deus meus, quem noui, quem colo & amo, cuius ego sum, non vnus tantum de populo, sed filius de vtero, is me derelinquens elongauit a me salutem meam, adeo ut ei cum veritate dicā. *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudiet, & nocte: & hoc tamen non ad insipientiam mihi, quia non insipienter rogauit, sed cum humilitate, cum ratione & affectu. Quod si Deus dereliquit, quid ceteri?* Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectionis plebis. Omnes videntes me, deriserunt me. Tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obfederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Longū nimis esset, enarrare quemadmodum ab omnibus passus sit Dominus, quando & ab his, qui compatiiebantur, patiebatur. Quin & proter homines cetera omnia. Passio quidem est hominum salus. Quidni ergo quæ ad hominum ministerium creata sunt, ea omnia huic addicantur passioni, per quam saluari & liberati sumus: vincula, flagella, lapides, id est columbar, spinæ, ligna, vinum, mirra, acetum, arundo, hyssopus, terra, aer, vnguentum, purpura, vestes, alca, gladius, fustes, clamus, lancea, mallei, & quidquid ad affligendum fuisset idoneum, nihil profusus defuit, ut ab omnibus patereretur, qui pro omnibus patiebatur, ut hominum salutem inferuissent, quæ in ministerium hominum producta fuissent. Quin etiam sicut ab hominibus patiebatur, ut illos

illos ipsos emundaret, haud fecus quæ hominis peccato infecta erant, ea ipsa passionem illam efficerent, qua munda facta sunt omnia.

14. Hac via ad tormenta ventum est, quæ oblectamentis opponerentur, quibus homo peccauit. Si enim dilectiones in dextra vitiones efficiunt, & torsiones in sinistra; qui, quæ non rapuerat venit exolvere, is peccantium dulcedines debuit suis amaritudinibus compensare. Quod ipse per Prophetam innuerat antè, dicens. *Dederunt in escam fel. & in siti mea potauerunt me aceto.* Hæc est mensa parata in conspectu suo; hic cibus, quo perfecit opus Dei; hic victus, quo vitam suam transegit, ac demum terminauit. Manducauit primus Adam eiectus de loco voluptatis *panem laboris*, nempe in sudore vultus sui. Secundus verò Adâ manducauit *panem doloris*, nō eiectus de loco voluptatis, sed deiectus in lacu miseræ, & in Oceanū omnium tribulationū. Quæ aquæ intrauerunt vsq; ad animam illius, vt esset dolor eius in conspectu illius semper, qui pauper fuit & dolens. Ne fortè putares, quod non fuisset auctus dolore cordis intrinsecus: idèd protestatur. *Terrores tui conturbauerunt me.* Si enim vera est sapientia illa sententia. *Cor sapientium vbi tristitia est.* Qualis fuit Christi, qui ipsa sapientia est, tristitia cordis & dolor? *Qui terram vidit repletam iniquitate? Quem verè tenuit defectio pro peccatoribus dereliquentibus, legè Dei, blasphemantibus nomen Dei, illius promissiones iridentibus & minas, æternamque salutem habentibus pro nihilo? Et gladius, si animam illius pertransiuit, carnem profecto infirmam non dereliquit intactam; adeo vt à planta pedis vsque ad verticem capitis nō esset in eo sanitas, sed tribulatio & angustia. Numquid illo fortior Iob dicens. *Quis det, vt veniat petitio mea; & quod expefito tribuat mihi Deus; & qui cepit ipse me conterat, soluat manum suam & succidat me? & hæc sit mihi consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.* Et absque dubio, si ad tolerandum magis quam Iob Dominus*

Iesus non fuit paratus ac promptus, neque igitur dolores Christi, illius calamitatè superauerunt, & nihil tamen est ad cruciatum Saluatoris, quod de Iob scriptum est. Egredius a facie Domini, nempe Satan, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq; ad verticem eius; quia testa saniem radebat, sedens in sterquilino. Hæc est mystica aqua motio, quam fecit Angelus de cælo descendens, vt eius fluore sanaremur.

15. Qui ergo primus, id est, promptus in piscinam post motionem aquæ descendit, hic sanatur, à quacumque detineatur infirmitate. Tu ergo *uis sanus fieri?* aqua mota te suscipiat: Non poterat tuis passionibus sanari, etiam si viuens in infernum descendisses. Homo non erat, qui neque alium quemquam posset liberare; propterea quod omnes declinauerunt, omnes peccauerunt. Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Idèd Angelus Domini descendit de cælo. Angelus (inquam) segregatus à peccatoribus: homo quidem verus, sed in similitudinem hominum factus, qui erant peccatores, propter similitudinem carnis peccati. Et quoniam verus Angelus passioni subici non poterat: iste noster paulò minus ab Angelis minoratus est, sic descendens in aquas, vt aqua intrarent vsque ad animam eius, vt verè dolores nostros ferret. Ecce iam saluberrima aqua mota est. Num modo tu solus interra eris in quiete, expers aduersitatis? non ita profectò. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Descendit Angelus; descende & tu post motionem aquæ, si *uis sanus fieri*, communicans Christi passionibus, sequens illum, te ipso abnegato, tollens crucem tuam. Sed heu vix apparet cohors, vt Christum apprehendat, & discipuli eius omnes fugerunt. Pareat illis Deus. Nondum mota fuerat aqua, nondum fuerat infirma caro sanata, & roborata. At post motionem aquæ, Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro homine Iesu contumeliam pati. Tu etiam post motionem aquæ fugis, crucem abhorrens. Profectò si *uis sanus fieri*, illuc intrare

15
Ps. 133. &
52. 4.
Rom. 3. 23.
Heb. 2. 7.
Psal. 68. 1.
Isa. 53. 4.
1. Pet. 2. 21.
Mat. 26.
56.
Act. 5. 41.

intrare te conuenit, vbi Angelus descendit de caelo; calicem bibere, quem bibit. Sanator tuus; crucem portare post Iesum. Si lignum vitæ vitam æternam ostendebat, locus deliciarum facilitatem signabat, qua homo institutus potens erat frui gloria cœlesti.

16 At hominem inobedientia tanto bono reddidit vacuum, vt iam sicut labore vitæ transigebat temporalem, ita ad æternam, nisi per magnos labores non posset peruenire. Quod si Christus labore suo redemit nos ab omni iniquitate, non tu tamen absque labore comedes fructus suæ passionis, donec redemptionem quoque corporis consequaris.

Rom. 8.10. *Nunc vivit quidem spiritus per iustificationem, quia iustificati sumus à peccato. Corpus autem mortuum est propter peccatum,* quod quoad pœnam in illo hætenus non est deletum. Nam non adhuc mors dominatur in corporibus nostris,

1. Ti. 2.3. neque ergo à laboribus ereptum est. *Labor ergo sicut bonus miles Christi,* non in remigando, nõ hoc mare magnum arando, non terram colendo, aut negotiis te secularibus implicando; idè quod hi labores fructus sunt peccati. Labora magis in militia Christi, in sequela Christi, in cruce ferenda, vt Christum imiteris: atque ita vt Christo compatiens simul & glorificeris. O stulti, qui deliciis fruentes huius mudi, ad complexum se arbitrantur Domini in cœlis peruenire! Ruth, vt à Booz duceretur in sponfam, à focu istam accepit iustificationem: *lauare, ungere, & induere cultioribus vestimentis:* Congrua ornamenta illi conuubio. Nostro aliq̄ conueniunt dispositiones, alterius modi præludia; cuiusmodi ornatur sponfus, eiusmodi debet & sponsa decorari. Christus in cruce spinatus, laceratus, afflictus, cruciatus, lassitudine & tormentis ad scim vsque: Ita & Christianus debet aptari & cõformari. Quin Booz ille oculos in armenta non iniecit, cum esset nox, sed iam antè prænoscent, quod puella hæc mulier esset virtutis, grati habuit, quod non iuuenibus cõiungi vellet, sed hominem iam ætate cõfectum postulare. Dixit enim: *Benedixit es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore su-*

Ruth 3.3. *perasti. Quia non es secuta iuuenes pauperes sine diuites.* Quod tamen scilicet fecit; certum est, deliberatum est. Placencia opus est linquere, crucem amplecti, mundi florem spernere, Christi crucifixi exultimare fructus atque decerpere. O homines, o Christiani, o fideles animæ, ad cor stringite hanc recordationem, nempe quod aliundè, quàm per crucem ad veram sanctitatem non ascendit æternamque salutem.

MORALE,

MULTITUDO languetium in quinque porticibus expectantium aquæ motum, vt est certa significatio communis omnium desiderij, de sanitate & salute, Ita & præostendit, quod huius Angeli descensus in aquam erat desideratus cunctis gentibus. Quæ duo vtinam in Christianis omnibus reperirentur. Salutis desiderium si verè esset in nobis, eò nos conferremus, vbi speratur salus. Quæ quia in cruce tantum est in qua salus mundi pendit, stant iuxta Crucem Iesu, qui inuocant nomen Domini. *Omnes enim qui inque inuocauerit nomen Domini, saluus erit,* Verum vbi est ad piscinam multitudo ista languetium? Magnus infirmorum numerus, magnus & immensus, & non habet finem. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et nusquam est sanitas. Quoniam in Adam omnes moriuntur. Infirmus enim hæc est mortem.* Sed, o tantus infirmorum cæcus, *vis sanus fieri?* sed neque me ipsum noui ægrotum esse. Sanus sum, fortis, valens, & nullius ego.

Heu qui infirmus, infirmum se esse non nouit, graui nimium infirmitate laborat; de illo actum est. *Magna infirmitas, cæcitas.* Dixit autem Dominus ad quosdam, qui in se confidebant & dicebant. *Nunquid & nos cæci sumus sicut cæci essetis, peccatum nõ haberetis; nunc autem dicitis, quia videmus, peccatum ergo vestrum manet.* Et cæcitas quidè peccati sequela est & effectus. Ambulauerunt enim, vt cæci, quia Domino peccauerunt; Exæcat enim in malitia. Sed is potissimum laborat in extremis, qui cum cæcus sit, se videntem iactat; & cum infirmus sit,

Ro. 10. 13

Ro. 3. 23

1. Cor. 15

18

Ioh. 9. 40

Soph. 1. 17

Sap. 2. 21

mus sit, se fortem & validum arbitratur. Et propterea, o tu, desperata est plaga tua; quis me debitor tibi? Aperi oculos tuos & vide, o homo, infirmam valetudinem tuam, ut sanitatem concupiscas. Nec te decipiat caro infirma, nec te mundus fallat, qui semper transiens & nutans firmitate nullam habet, nec te diabolus circumueniat, qui tum verax fuit, quando interroganti Domino: Unde venis? respondit. *Circumuisi terram, & perambulavi eam.* Et à Ioanne. Stans, vilis est super arenam. Hæc tibi isti promittunt, vim, fortitudinem, sanitatem. Sed certe infirmus es, debilis, & absque fortitudine vadis à facie tribulantis. Quid mirum si tot in peccatis moriuntur? si diabolo, qui mortis habet imperium, tanta subicitur multitudo, ut *Princeps mundi* ab ipsa veritate dicatur? Heu cur vos asseritis esse videntes? validos? quæ est ruina vestra & mors? Neque expecto hæc, auribus audite, re video. Te peccatorem fateris, annuo. Sed eò rem adducam, ut te plusquam verbis sanum iactare exploratum sit. Num peccandi fugis occasiones? Num vitas peccantium Synagogas? Nū à splendidis conuiuiis declinas? Num horres contuentibus, ubi offenditur, blasphematur, ignoratur Deus? Num choreas detestaris, tot delictorum causas? Num reiciis negotiationes, quæ sine iniquitate minimè possunt exerceri? Num latam nõ calcas viam, quæ ducit ad perditionem, per quam permulti ambulat? Summa. Num cautè ambulat, ubi periculis referta sunt omnia? Ergo non times, sed amas periculum, propterea, quod vel te validum arbitraris quasi nequaquam in illo periturum, vel, quod magis puto, mortem non reformidas, neque tibi cura est illam euadere, neque interim bene valere.

19. Quæ causa est, quam obrem non ad piscinam iaces, sed per plateas cursaris per viros, per domos, per decuia, per inuia, per spatiosa, per angusta, quod refert sensus, quod te impellit appetitus, quo te propensum facit caro, quo te mundus inuitat, quo te excitat hostis infernalis? Ruth, spicas collectura, nequaquam passim ac sine delectu putauit quocumque eundem sibi,

Tom. I. Bellintani.

sed vbiicumque (dixit illa) clementis in me patrisfamilias inuenero gratiam, certam conditionem sibi statuit loci quo pergeret, quam etiam, Deo sic disponente, assequuta est. At vos, vel nõ bonam spectatis, vel nullam, sed incautè. Ambulatis quasi insipientes, non quasi sapientes, quærentes non quæ sursum sunt, sed quæ sunt super terram: ut non immerito à sapiente sic dictum. *Cogitatio stulti peccatum est.* Peccatum est (inquã) ut propriè peccatum dicitur culpã quia cogitat mala facere, quod qui fecit, ex sapientis sententia, stultus vocabitur. Et sic peccatũ quoque pro pœna peccati frequenter in Scripturis solet usurpari, quoniam cogitatio stulti illi in æternas dat, iniicit in calamitates, neque vnquam, vel quod cupit, obinet, vel quod timet, vitat. Sic enim ab alio sapiente scriptũ est. *Si secus fueris, non apprehendes: & non effugies, si praecurreris.* Heu cuiusmodi mundus iste est? transit quidè continuè, minimè vnquam quiescens; & tanta est eius in hoc suo transitu velocitas & festinatio; ut si tu illius bonorum actus desiderio cõsequaris, etiam currens, etiam volans, nulla tamen ratione possis apprehendere. At si illius aduersa timens, te in fugam dederis, ipse te sua pernitate persequetur & tenebit, & his malis afficiet, quæ fugiendo arbitraberis euitare.

Vides differentiam stulti & sapientis? stultus, qui peccata cõtemnens, quasi nequaquam sibi obfutura, ea & committit, & pœnarum solutione compensat. Sapiens, qui sibi profutura sapienter intendit, ea plurimum assequitur. Itã Ruth clementè inuenit quendam Booz, qui erat homo potens, & magnarum opũ, a quo benigne accepta, collegit spicas, & tandem ab illo in sponsam accepta & filio fecundata, quæ inter patres Christi secundum carnem denique numeratur. O viri ergo ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum, videte infirmitates vestras, quæ sunt iniquitates vestræ, & ad illas nimia propensio: & vbi vos deprehenderit infirmos, ne vos despectos habeatis; sed curare infirmos. Quod si in corporali infirmitate vox hæc sapientis est audienda. *Fili in tua infirmi-*

R

149

Iob 17.

Ap. 12. 18.

Ruth 2. 14.

Iob. 14. 30.

o. 10. 11.

o. 11. 12.

Crit. 1.

8

h. 9. 10.

19

ph. 1. 17.

sp. 2. 11.

Ruth 2. 2.

Pro 24. 9.
Pro. 24. 8.

Ecc. 11. 10.

20

Ruth 2. 3.

Ecl. 38. 9.

tate ne despicias teipsum; sed ora ad Dominum, & curabit te. Quanto magis in ea infirmitate id emendandum est, quæ vera est anima mors prima, quam secunda comitatur vel sequitur? Heu respicite! leuate capita vestra, videte vosmetipsos, curate vos ipsos, vosmerâ malis sedulo liberate.

23

Es. 24. 12.

Speciosus est cordis ipse intelligit, reditusque homini iuxta opera sua. Fecit quod potuit paraliticus ipse, se fecit ad piscinam ferrâ, hominem non habebat, qui post motionem aquæ illum mitteret in piscinam. Sola tibi erat voluntas sanitatis: Hanc Christus vidit, hanc quæsit, hanc excitavit dicens; *Via sanus fieri?* Non a te, plusquam possis, postulat Deus: Non dixit: Quare in piscinam non descendi? Sciebat enim, quod non suppetrent vires, nec haberet hominem: ad eam infirmitate, hoc expauperate. Voluntas non his tenetur vinculis, libera est: hanc potuit habere, hanc medicus noster expectavit. & vinam hæc nobis salutem adisset voluntas! Medicus præfatus est, si vis sanus fieri: Dum Christus interrogat infirmum, illius oculos ad se convertit, neque enim nisi illum respiciens diceret. *Dominus hominē non habeo.* Veniat vobis in mentem, quod Petrus & Ioannes claudo dixerunt, qui iacebat ad portam templi, quæ dicitur speciosa. *Respice in nos, & illis intendebat in eos:* O respectus, ô intentio, ô inspectio! Hæc, si vis sanus fieri, habeas in Christū, & hanc eris sanus.

Mat. 3. 4.

22

Num. 21. 9.

Moses serpentem æneum, & posuit eam pro signo, quem cum percussit aspicerent, sanabantur. O infirmi, si cupitis salvi fieri, respicite & leuate capita vestra, aspicientes in eum, quem confixerunt. Ideo enim exaltatus est, ut posset ab omnibus conspici, ut ad aspiciendum illum leuarent, erigerent oculos, quærentes quæ sursum sunt, non quæ super terram. Ita dico vobis, huc videte, sic in aquam descenditur, quæ ipse mouit. Heu cur non habent Christiani iugiter ante oculos Christum crucifixum? Hæc lux est, quæ venit in mundum, ut, donec durat seculum, Deum conspiciamus

ad salutem. In oculis beati enim, quia illum videbimus in claritate; hic si illum in obscuritate, salui erimus: ipse enim est via & vita, utrumque in veritate, quæ mentis oculorum obiectum est. *Vide viam veritatis & viam veritatem, & saluus eris.* *Vide vitam, quæ est veritas, & beatus eris, & bene tibi erit in Christo hic & in perpetuum.* Vilius tota merces: vilius totum meritum. Merces in luce, meritum in cruce. Quod magis in cælis vident sancti: claritatem eius, eo plus fruuntur, suntque feliciores. Ergo & qui nunc attentius intuentur illius obscuritatem, eo plus sibi thesaurizant meritum. Hoc nunc agendum est: hic est sanitas, hic salus, hic sanctitas, quia communiantes Christi Passionibus illarum fructum excipimus abundantius. Hic itaque sit intentio nostra; hoc consilium, hæc meditatio, ut hunc serpentem æneum conspiciamus intencissimè. Cur quæso serpens est? An forte quia dictum est illi. *Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terre; super postus tuum gradieris, & terram comedes cum sis diebus vitatus.*

Quod si times maledictionem Christo tribuere, audi legem. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Quæ maledictio quod etiam super Dominum Iesum cadat, testatur Apostolus. Ita enim redemit nos a maledictio legis, factus pro nobis maledictum. Ut autem a maledictio legis nos redimeret, in se suscipere oportuit legis maledictiones, quæ omnis generis malæ tribulationes atque aduersitates complectuntur. Vides illas, si vis, quia longum esset enumerare. Fleuisti multa omnia, plurimæque alia nobis occulta ceciderunt super hunc serpentem, qui tamen serpens verus est, sed in similitudinem serpentis: quia, quantumcumque factus sit pro nobis peccator, hoc tamen non est nisi propter similitudinem carnis peccati. Verè tamen sumptus in se & hoc abundantius, legis maledictiones, sic portans peccata nostra in corpore suo. Tu ergo, & deplare, quæ pro te sit passus in anima, & in corpore. *Auferi maledictio 20. legum bona omnia temporalia. Immitteret super te famem*

Famem (inquit) & *esuriam*, & *inrepatio-*
 22. *nem in omnia opera tua. Immittere mala*
omnia corporalia. Percutiet te Dominus ege-
 23. *state, & febre & frigore, ardore, & asu Ho-*
stes illi constituit partes omnes mundi, aërem
videlicet. Percutiet te aere corruptio. Cælum
 24. *& terrā. Sit cælū quod supra te est, aënum:*
 25. *& terra, quā calcas, ferrea Homines. Tradet*
 te Dominus corruent ante hestes tuos, & sis
 26. *semper calumntiam sustinens, in corpore, &*
 33. *in anima afflictiones magnas. Percutiet te*
 Dominus *ulcere Aegypti, scabie quoque, &*
 27. *prurigne, ut curari nequeas. Percutiet te*
 cecitate & amentia, & furore mentis. Hęc
 & his similia applicat Lex, quæ nescio an
 cuncta euenierint populo scelerato. Sed
 certe vniuersa in Christum reciderunt
 saltem in virtute, vt deteriora sit pas-
 sus, quam si, vt sonat lex, fuisset ma-
 nifeste percussus.
 24. O cur homines non hunc serpentē con-
 templantur, quatenus videlicet est serpens
 in similitudine, quatenus maledictus verē
 46. passus verē languores nostros portans. Ad
 finem maledictionum sic habet lex. *Dabit*
tibi Dominus ibi (id est, in captiuitate) cor
pauidum, & deficientes oculos, & animam
consumptam marore. Et erit vita tua quasi
pendens ante te. Erat vita eorum pendens,
 quia iugiter sibi mori videbantur, & in cō-
 tinuo erant mortis periculo, quod consi-
 derantes deficiebant: sed vita Domini Ie-
 su pendens in cruce erat ante illum con-
 tinuē, & dolor eius in conspectu eius sem-
 per, vt & diebus & noctibus crucis tortio-
 nes amarissimas sentiret, iugiter in mente
 crucifixus, semper patiens, semper moriens,
 totus non in parte aliqua solū serpens ma-
 ledictus. At cur Aeneas. Respondet Iob.
 11. *Qua est fortitudo mea, ut sustineam? aut*
 qui sinu meus, ut patienter agam? Nec for-
 12. *titudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea*
anea est. Sit cuiusmodi Iob, non tamen cō-
 parandus Christo Domino. At Domini
 fortitudo, lapidum fortitudo est, qui alle-
 14. 10. 7. *nit in Propheta. Posui faciem meam, ut*
petram durissimam. Vides lapidum for-
 titudinem eamq; singularem, vt petra; nō
 cuiuscumque, sed durissimæ, ergo & caro
 eius anea est, id est, sic firma & sustinens,

ac si anea esset. Hos te volo meditari, ani-
 ma fidelis, vt scias quā dilecta taber-
 nacula tua, in quibus vt habitaret omni-
 potens, omnes passiones neglexit & ha-
 buit pro nihilo. Hęc sit visio tua.

Sed, & hoc scire te volo, quod in glo-
 ria, vbi visio est tota merces vt sit merces
 tota, non est anima dumtaxat pars, sed to-
 tius. Beati diligunt, fruuntur, delectan-
 tur, transformantur, inrunt in gaudium,
 & gaudio reserti sunt. Ergo & visio ista nō
 oculorum modo sit, sed totius animæ,
 mentis, cordis, virumq; omnium. Qui, vt
 decet, aspiciunt, in quem confixerunt, hi
 plangunt super eum & dolent: sic in aquam
 motam intrantes, non partem haurientes,
 non intingentes extremum digiti sui in a-
 quam istam, non pedem immittentes, sed
 mixti in limo profundi, venientes in alti-
 tudinem maris, & profundum abyssi pe-
 netrantes, sic, & Christiani, recogitate
 eum, qui talem sustinuit pro vobis aduer-
 sus semetipsum contradictionem, vt non
 fatigemini animis veltris, vt sanemini &
 saluemini. Accedite ad eum, & illumina-
 mini, ne steteritis a longē quasi leprosi, sed
 accedite, vt in proximo videatis. Aperi-
 oculos tuos, & vide tribulationem Chri-
 sti, diligenter attende quod tibi apostitum,
 quod tibi propositum est. Sta iuxta cru-
 cem Iesu corde, oculo, amore: O Domine
 Iesu, datus in lucem gentium, vt sis salus
 Dei vsque ad extremum terra, trahere nos ad
 te ipsum iam exaltatus, sicut pollicitus es, vt
 sis cor nostrum in cruce, ibi sint semper oculi
 nostri, vt videat, & videntes plangāt, plan-
 gentes intueantur. Sic tibi adhareamus, vt
 crucifixi tecum simus mundo, a mndo
 profus eleuati, separati & erecti; ostende
 nobis faciem tuam, porrige manum, aperi-
 si sinum, & introduce nos in absconditum
 tabernaculi tui, & in thesaurum cordis tui,
 ibi sit abscondita vita nostra, induta pu-
 tredine, ac turpitudine mortis tuæ, vt te-
 cum emittamus ad Deum spiritum no-
 strum, & in illius manus commendemus
 animas nostras, illas iam tandem ab eo re-
 cepturi cum gloria & honore. Quod no-
 bis concedat.

Zach. 10.

Psal. 68. 2

Heb. 11. 3.

Psal. 33. 6.

1. Iob. 12. 13.

DOMINICA DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Venit Iesus in ciuitatem Samaritanae. Ioan 4.

ARGUMENTVM.

Ostenduntur necessaria ad salutem assequendam. Quae requirantur, ut petitiones nostrae effectum optatum sortiantur. Tractatur de petitione Samaritana. De repletione & eruditione ipsius.

QUID mirum, si duo illi Sapientes Salomon, & Iesus Sirach author Ecclesiastici, tam frequentes sint in persuadenda auditione Sapientiae, ut quasi importuni videantur, quando ipsa Dei sapientiam tantum se dimiserit, ut murum misceret colloquium, & solus cum muliere gentili, idololatra & peccatrice, sic libidini exposita, ut post quinque viros, etiam soluta cum viro vitam ageret inhonestam? testatur Salomon, se parabolas edidisse ad docendam Sapientiam. *Parabola* (inquit) *Salomonis filij David Regis Israel; Ad sciendam sapientiam, & disciplinam ad intelligenda verba prudentia, & suscipiendam eruditionem doctrinae iustitiae, iudicium & aequitatem, ut detur paruulis astutia, adolecenti scientia & intellectus. Audiens Sapiens sapientior erit. Ita ostendens, quod profit omnibus vacare sapientiae, siue parui & adolecentes id est imperiti, siue sapientes sint: nam illi euadent docti, hi vero doctiores. Deinde frequentissime suadet, ut Sapientiam auscultemus, & addit Sapientiae commendationem, ut magis illius amore capiamur. Idem facit & alius Sapiens, exordiens a laudibus Sapientiae. *Omnis Sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante aeuum.* Et vbique monet ad illam concupiscendam, & amplectendam. At Iesus Filius Dei ita emittit eloquia Sa-*

Prou. 1. 1.

Eccli. 1. 1.

pietiae suae, ut exiens de populo Dei, quasi de paradiso, se vbique diffundat ad irrigandam vniuersam terram. Vnde quasi fons paruus in aquas plurimas abundauit, cum muliere loquens, quae iam pota caelesti aqua reuerfa in ciuitatem dicit illis hominibus. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecumque feci. Numquid ipse est Christus?* Sic Christus mouit gentem illam Samaritanorum, & ad se traxit, ut eo adito liberè confiterentur. *Quia hic est verè Saluator mundi* Id quod ad conuersionem, & fidem orbis vniuersi pertinere ostendit, dicens discipulis suis. *Leuate oculos vestros; & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem. Ego misi vos metere quod non seminasti.* Nostrum igitur est hanc diuinam sapientiam excipere, quae in Euangelio nos sub persona huius mulieris alloquitur, dicens. *Da mihi bibere: & si scires quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere. Tu forsitan petisses ab eo, & dedisses tibi aquam viuam.*

Vbi in postulatione nostram ostendit salutem consistere. *Forstan* (inquit) *petisses ab eo, & dedisses tibi aquam viuam.* Petitionem autem praecedit scientia, *Si scires* (inquit) *donum Dei; & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere. Tu forsitan petisses ab eo.* Et quoniam instructa mulier de dono Dei, & de eo, qui petierat ad bibendum, protinus postulauit, ideo repleta est aquis, & factus est in ea fons aquae salientis, & aridam terram Samaritanorum irrigantis. Tria ergo nobis hic sunt attendenda: *Eruditio, Petitio, Repletio.* Nouit, petit, & repleta est vsque ad satietatem & ebrietatem. Facta sunt autem ad correptionem nostram, & scripta sunt ad instructionem nostram.

Erudiamur ergo audientes Sapientiam, ut simus & ipsi sapientes: ideo Salomon inducit Sapientiam omnes ad se conuocantem. *Sapientia* (inquit) *foris praedicat, in plateis dat vocem suam, in capitibus turbarum clamitat, in foribus portarum urbium profert verba sua, dicens. Viquequid imprudentes o dno habebunt scientiam? conuertimini ad correptionem meam.* Vide zelum Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitio-

Prou. 1. 1.

1. Tim. 2. 4.

agnitionem veritatis venire. Vbi publicus est concursus, vbi continet multitudo, foris, in plateis, in capite turbarum, in portis ciuitatis: vbi ob iudicia, quae ibi fiebant, vt plurimum erat multitudo magna. Vellet quippe ab omnibus audiri, vellet omnes auerti à mundo & ab ignorantia, & conuerti ad correptionem suam. Clamat, multitudini ostendens, quod stultorum infinitus est numerus, qui oderunt scientiam: clamat, clamitat, leuat vocem suam, exultat praedicationem suam, vt exicit etiam dormientes: *sardi audite, caeci inuimini ad videndum.*

Enil. 1. 15.

4. 1. 18.

3. Quid verò scire nos oportet? Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi. Quis ignorat quanta gratia, quale privilegium fuerit huius mulieris, vt à Filio Dei visitaretur? vt illius dignaretur alloquio? vt illam compelleret, petens ab ea quidquam? Miratur ipsa, quod cum Iudeus sit, qui populos Samaritanos abhorrebat, bibere petat ab ea, quae erat mulier Samaritana. Admirabantur discipuli, quod cum muliere loqueretur, vel quia mulier, vel quia sola, vel quia Samaritana. Sed haec est iusta & appetenda admiratio, quod Deus Sanctus sanctorum mulieri peccatrici adeo condescendat, vt familiari colloquio ad tantam euehar sanctitatem & sublimitatem, vt praconem constituat sui nominis, Euan gelistam suae fidei, basem quandam pariterque figuram Ecclesiae suae. Merito igitur ipse. *Si scires donum Dei,* gratiam tibi inceptam conferri, praecipuum munus, privilegium singulare. *Scires donum, si scires, quae est,* cuius vides praesentiam, cuius verba sentis, cuius benignitate dignaris. Ergo in primis cognoscendus est Deus, vt cognoscamus in terra viam suam, qua visitauit, & fecit redemptionem plebis suae, & crexit cornu salutis nobis, qui eramus longè sine Deo in hoc mundo, & ita cognoscamus in omnibus gentibus salutare suum, quod parauit ante faciem omnium populorum.

Psal. 66. 3.

Luc. 1. 68.

Eph. 2. 12.

Luc. 2. 31.

Psal. 99. 2.

Hoc est donum, quod, vt sciamus, nobis S. David canendo manifestat. *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in letitia. Introite in conspectu eius in exultatione: sci-*

tote quoniam Dominus ipse est Deus. Vbi duo. Primum enim explicat, quae cognitio debeat ista esse. Secundò probat, quod de illa dixit. Cognitionem istam, primum vult esse perfectam, & in claritate, & in operatione, & in effectu. Vt sit in claritate excellens, dicit: *Introite in conspectu eius.* Nolo vos à longè stare, nec oculos ad caelum leuare: *Introite magis in conspectu eius; Accedite ad eum, & illuminamini. Intuemini illum,* sed non procul vt Balaam de se propheta. *Intuebor eum,* sed non propè. Propè magis & de propinquo, vt clarius videamus. Vt perfecta sit haec cognitio in operatione, seruite Domino. Idèd enim se Deus nobis manifestauit, vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia. *Qui astant ante Deum, serui illius sunt ministrantes ei.* Sic habet Daniel de Angelis. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Sic Regina Saba ad Salomonem. *Beati serui eius, qui assistunt coram te omni tempore.* Sic mulier Samaritana simul atque cognouit, seruitur, praedicans aduentum eius, & illius sapientiam illis hominibus. Effectus tandem & cognitionis & claritatis & seruitutis gaudium est & exultatio. *Iubilate Deo: Seruite Domino in letitia: Introite in conspectu eius in exultatione: omnia gaudent.* Gaudium istud plenum, implens desiderium nostrum, est aqua viua, à Christo promissa cognoscentibus eum, & petentibus illam. Vide autem quale gaudium propheta nobis annunciat, magnum profecto, cuius magnitudinem iam non sola Israelitarum capit terra, sed totus mundus capere non potest. Ergo iubilate Deo omnis terra. Cur vero? quia non estis praeterea hospites & aduena: quia qui eratis longè, facti estis propè, & serui Dei altissimi, vt cum fiducia accedere possitis ad ipsum, & intrare in conspectu eius. Ergo seruite Domino in letitia. Facti serui eius, introite in conspectu eius in exultatione. Non enim stare ante Deum licet in fletu & planctu. Nolite flere: *Gaudium enim Domini est fortitudo nostra.* Dixit Esdras populo reuerso de captiuitate, dum staret restaurato templo ante Deum.

Psal. 33. 6.

Num. 2. 4.

17.

Dan. 7. 10.

2. Par. 7.

Eph. 2. 19.

Eph. 2. 13.

2. Esdr. 8.

10.

1. Idcirco & summus sacerdos, qui pro omnibus Deo appropinquabat, non poterat etiam in morte cuiuscunque valde conuicti habitu lugentis allumere, aut lugubre quidquam prestare. Et certe si quis sciret donam Dei hoc maximum, quo assumpti sumus in populum Dei, facti ciues sanctorum & domestici Dei, gauderet cum tribus Magis gaudio magno valde. Dixit hoc Deus Pater: *Epulari & gaudere oportebat, quia qui mortuus erat reuixit. Et qui perierat, inuentus est.* Et quoniam in hac reuersione gentium, quae ignorabat Deum, Ierusalē aedificatur, ut ciuitas, ideō fundatur exultatione vniuersae terrae ciuitas haec Regis magni. Ergo iubilare Deo omnis terra. Lugeat ergo mundus, sicut peccatores alienati à vita Dei per ignorantiam, quae est in illis. Agite nuuc diuites, plorate, uolulantes in miserijs uestris, quae aduenient uobis. *Glorietur autē frater humilis in exultatione sua. Sit diues quis, sit magnus, sit nobilis, sit sapiens, edat & miracula. Eslo, & maligni spiritus subiciantur illi. In hoc nolite gaudere. Gaudete autem & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in caelo.* Plenum erit, ac superabundans gaudium hoc, cum datum uobis fuerit introire in cōspectu eius, in excelso folio gloriae eius. Veruntamen & adhuc quanta est vera cognitio, tantum est gaudium. Tanta autem cognitio quanta seruitus: seruenti enim dicitur. Eugē serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. O donum excellēs! *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi. Heu! si donum Dei est, quod possimus introire in cōspectu eius, quale donū est, quantumque est, quod ipse accedat ad nos, etiam fatigatus ex itinere? quod prouocet ad salutem? quod peccatricem mulierem & alienigenam alloquatur? quod altissima illi pandat mysteria, impleatque aqua sapientiae salutaris, & sui nominis praecōnem constituat? Gratiam istam, nemo, qui illum non nouit, quantus sit, potest nosse. Adde quod etiam hoc pacto ille, qui donat, donum est: seipsum enim praeber nobis. Nam uisitauit nos oriens ex alio panis isto uiuus, qui de caelo descendit, & dat uitam mundo, ut uerē qui sumus populus eius,*
- sumus & ones pascua eius. Ut sciatis ergo donum Dei, scitote, quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos. Apud Hebraeos vox, Dominus, est nomen quatuor litterarum, quod est ueluti nomen proprium. Unde cum esset questio num Baal, an Iehoua esset Deus, propositum est ab Elia argumentum sacrificij sine igne. ut is, qui exaudiret per ignem, ipse esset Deus. Vbi cum Iehoua exaudisset, Baal uoluiti surdo, aur mortuo, sed pro se dō impotentē remanente, clamat in populus: Dominus ipse est Deus, Iehouah ipse est Deus. Ergo scitote, quoniam Dominus ipse est Deus. Scitote quis est, qui dicit. Da mihi bibere, quoniam ipse est Deus, ipse est Christus: Hic est uerē Saluator mundi. Et in nullo alio est salus, solus ipse salus nostra. Si ergo scires quis est, qui dicit tibi, tunc demum scires, quod non saluatur Rex per multam uirtutem, & gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suae, fallax equus ad salutē, in abundantia autē uirtutis suae nō saluabitur. Ecce oculi Domini super iustos: Quia hic est uerē Saluator mundi.*
- Promittat tibi caro, promittat mundus, promittat & deceptor Diabolus, mendax & fallax, promittant hi, quod saluent confugientes ad se, & iurauerint non defuturos in necessitatibus, & in tribulatione: & hoc falso iurabunt, quia quod promittunt, prestare non possunt. Hic solus, hic est uerē Saluator mundi. Quod ergo dicit Psalmus. Ipse est Deus, idem est ac si dicat: Ipse protector tuus. & merces tua magna nimis sum. Ad secundum accedes Propheta hac ratione probat dictum suū. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quasi dicat: *Uu scire, quod hic solus uerē Saluator mundi? Scito, quod ipse fecit nos. Magna est in his uerbis probandi uis, & euidētia. Sit ergo primario hic clausa. Qui fecit magna, potens est, & parua facere, & minima facere. Magnum enim & pusillū ipse facit. At magna res est homo, & tam magna, ut à solo Deo fieri possit: solus enim ipse fingit corda hominum, & inspirat in faciem eorum spiraculum uitae, dans uitam & inspirationem, quin & sine ipso factum est nihil: nam & corpus hominis formauit ipse de*

Psal. 4. 4. compellat alibi. Filii hominum scitote. Hi sunt scientes Deum, de quibus precatus est. Prætere miserericordiam tuam scientibus te. Misericordia verò quam petit, illa est quam prædixit. In tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Quod est dicere. Proteges & pascēs, proteges à malis, implebis bonis, vt sit securus a nocentibus, latius iurantibus. *Oves enim suæ sic pascuntur ab eo, vt vitam æternam det eis: sic protegentur, vt non rapiat eas quisquam de manu sua.* O pascua! Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Nunquid non est hæc aqua viua, de qua ad mulierem: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam?* O ebrietas! Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. O voluptas! Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. O gaudium plenum, gaudium in voluptate, plenum in vbertate & ebrietate! An non ebria & læta mulier, quæ relicta hydria sua venit in civitatem. *Et dicit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci. Nunquid ipse est Christus? Unde plena & ebria est? quia docuit illam Veritas omnem veritatem negotio aptam; quia Dominus fons vitæ & lux hominum aquâ sapientiæ salutaris potavit illam;*

Psal. 35. 10 quod pergens docet Psalmus. *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Fons, vnde aqua; lumen, vnde sapientia. Fons & lumen, vnde aqua

Ioan. 3. 16. sapientiæ, & hæc salutaris; *Quia hic est verus Saluator mundi; mundi (inquam) illius, quem sic dilexit Deus, vt Filium suum vniuersum daret, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, per quem saluati, & liberati sumus.* Qui ergo fecit nos, saluat nos. Nos (inquam) non corpus modo cum iumentis, sed spiritum in primis super iumenta.

Matth. 6. 25. & Luc. 12. 23. Nonne anima plus est, quàm esca? & corpus plus, quàm vestimentum? Ergo, qui quod plus est dedit, non erit illius, quod minus est, auarus: immo, & quod minus est suppeditat, vt ad prima extollat & optima? corpus nutrit, & animam sa-

tiat: *illud seruat, vt hanc beatam, reddat ab vbertate domus suæ.* Hæc ergo sit prima ratio; quod si fecit nos, saluat nos, quandoquidem qui in magnis affuit, non deest in minimis. Ex quo consequente trahimus aliud excellentius, quod est hominum salus: qui enim salutem tribuit communem etiam brutis, quomodo non magis hominibus, quæ illis est propria, condonabit? Primum igitur consequens rursum, vt ab eo ad alius ascendamus, hæc secunda ratione probemus.

Secunda ratio. Non est similis Deus homini illi, qui cepit ædificare, & non potuit consummare: æthera firmavit sursum, & stabilivit celos prudentia, fundauit terram super stabilitatem suam, vt terra in æternum stet; & quæ creata sunt, statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi. Sed omnia, in quibus est anima viuens, necesse est, vt habeant ad vlescendum, & indigent cibo. Et ideo Deus pascit illa. *Qui ergo dat escam omni carne, & pullis coruorum inuocantibus eum, nunquid deerit homini, quem fecit ad imaginem & similitudinem suam?* Quod adeo fuit cordi Creatori, vt prius pararet cibum illorum, quàm formaret vitam illorum. Prius enim germinauit terra herbam virentem, & produxit lignum pomiferum faciens fructum, antequam animalia formarentur. Quin immo quoniam germinantia in terra indigentia sunt virtute cælorum, mox post germina terræ facta sunt lumina cæli. Et vt apparet, hæc ad vitam sustentandam esse creata, in arborum creatione nihil expresse dictum est, nisi de fructificantibus. *Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum; vt manifestum esset rerum productionem, vitam spectare viuentium, quibus summe necessarius est cibus: non sic obsequia aliorum lignorum.* Præterea obseruandum, quod homini proposta est huiusmodi mensa non solum per creationem, sed etiam per ostensionem. *Ecce dedi vobis (inquit Deus) omnem herbam, & omne lignum pomiferum, vt sint vobis in escam.* Poterat sicut & bestiis producere victum, vt per se homo accederet ad illum, sed illum huius sui decreti atq; prouisionis ad-

monere voluit, vt certus esset, sibi nunquam defuturum cibum, quando sciret à Deo hæc ideo creata esse, vt essent illi in escam. Ex qua scientia hanc aliam deduceret, quod ad perfectam ædificationem, sicut cibum prouiderat corporalem, & spirituale quoq; prouideret, in quo salus est hominis atq; vera consummatio. Alioqui esset quod scribit Sapiens Deum alloquens: *Sap. 9. 6. Si quis erit consummatus inter filios, si abfuerit ab eo sapientia tua, in nihilum computabitur.*

Iam ad tertiam rationem accedamus.

10 Ipse fecit nos sua manu, ipse conseruat nos sua virtute, portans omnia verbo virtutis sua, quomodo non ergo & illa omnia nobis donauit, quibus ad perfectum adduceretur opus manuum suarum. *1. Cor. 9. 9. Qui saluat homines & iumenta, non multo magis, quando non est illi de bobus cura, homines iumentis superiores, propria illis salute saluabit? Et si naturalem omnibus hominibus impertit perfectionem, nõ potius suos perficiet electos? Ipse ergo est, qui dat aquam viam, quã homo & in hac vita percipitur, & in futura valens ad omnia promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Quid verò est aqua ista? de aqua, & per aquam, facta sunt, quæ ad naturam pertinent, vt ex *Petr. 3. 5. Sed qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum.* Non possunt naturalia perficere hominem, qui ad imaginẽ Dei factus est, propter quam imaginem, sicut ad superiorem se habet ordinem, sic ad superiora propensionem habet & appetentiam; adeo vt quacumque re, quæ illo minor sit, neque perfici, neq; ideo satiari possit. Cur ergo aquam naturalem homini deputauit, pluuiam quoq; voluntariam illi segregauit? *Ps. 67. 10. Communis est illa omnibus gentibus, vt *Eccl. 19. 12* habeant ad viuendum super terram.* Hanc Dominus segregauit hereditati suæ; quæ hereditas est plebs eius, quæ profecto ex se infirmata est, vt ne quidem tangere possit montem, vbi Deus est, quanto minus in verticem eius ascendere. *At tu Deus super aquam refectionis educando plebem tuam, perfecisti eam, ascensionis illi præbens & benedictionem, vt vadat de virtute in virtutem ad videndum Deum Deorum in Sion.**

Tom. I. Bellintani.

Nam qui biberit ex aqua hac, fiet in eo fontis aqua salientis in vitam æternam. Aqua igitur ista refectionis & perfectionis perficit hereditatem Domini, de qua noster *Psalmus. Populus eius, & oves pascuæ eius, introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus. Si populus eius sunt oves pascuæ eius, qui Creator est, ipse & Pastor est. Si autem Dominus regit me (Hebræa habent pascit me) nihil mihi deerit; si nihil deerit, necesse est, vt perfectus sim; quoniam vbi nihil deerit, ibi sunt omnia, & omnia bona valde; & si hoc, nihil præterea potest aut haberi aut desiderari, in quo ster summa perfectio & satietas plena. Quomodo vero nihil deerit, aut quare? quia in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquam refectionis educauit me. Si aliunde porterui fœnum ouibus, ad mensuram portatur, consumpro illo, aliud desideratur. Si exeat mulier haurire aquam, oportet vt iterum veniat haurire, nam sitiet iterum. At in loco pascuæ, & super aquam refectionis perfectio est, quia nihil deerit. Ergo populus eius, & oves pascuæ eius introite portas eius, & atria eius. *Psalm. 99. 3.**

Apoc. 20. 1. Ibi enim tu Deus parasti cibum illorum; quoniam ita est præparatio eius, riuos eius inebria, multiplica genimina eius, & campi tui replebuntur vbertate, & vales abundabunt frumento. Ita ergo clamantes hymnum dicent. Quis enim non laudet, non confiteatur, non ex gaudio eructet hymnum, vbi nihil deerit, vbi vera est, ac plena fruitio omnis boni?

Ecce quam apertã demonstratione probatum est, quod Dominus ipse est Deus. En quanta vi cohortati sumus, vt illum cognoscamus, vt illi seruiamus, vt ad eum accedamus; quoniam qui fecit nos, perficit nos, replet nos, satiat nos facitque beatos. Ergo scitote quoniam Dominus ipse est Deus. Ergo populus eius, & oves pascuæ eius, introite portas eius in confessione, *Psalm. 99. 2.*

Psalm. 22. 1.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 64. 10.

Psalm. 99. 2.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

Psalm. 99. 3.

confitentes eum coram hominibus, arque clamantes; *Venite, & videte Dominum Deum, quia ipse est Saluator mundi.* Sed heu! stultitia colligata est in corde plurimorum; qui habentes oculos non videt; qui sitientes negligunt intelligere quisnam sit, & ubi sit fons aquae viuentis, sitim in aeternum extinguentis. Quid expectatis miseri atque insipientes? Flagella docentia? Virgam vigilantem, qua somnum excutiat? Isti sunt pueri, de quibus Salomon: *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplina fugabit eam.* Mulier & populus Sichar sapientiam acceperunt de ore Saluatoris. Tu virgam expectas? sed quidem, neque virga fugat stultitiam à corde istorum. Pueri quidem sunt sensibus, vt paruuli sentientes, sapientes, cogitantes: at non facultate discendi, accipiendiq; disciplinam. Sed inuenerati sunt dierum malorum, qui spernunt consilium Dei, quos manet, & quibus apertus est puteus abyssi. Vnde ascendit non aqua viua, sed fumus, sicut fumus fornacis magnae excaecans oculos, vt non videant veritatem, vt concupiscentiam vanitatis accendantur. Caueat, miseri, ab hoc hiatu terrae, ne vos terra deglutiat. Sapientiam audite. *Fouea profunda os alieni. Cui iratus est Dominus, incidet in eam.* O quot absorbet concupiscentia mala? quot incidunt in eam? his certe iratus est Deus.

S E C V N D A P A R S.

14 **T**u forsitan petiisses ab eo. De cognitione iam diximus. Restat dicere de postulatione. *Tu forsitan petiisses ab eo.* Cognitione petitionem pignit, petitiō repletionem. Vt autem petitiō eiusmodi sit, quod exaudita repleat, duo in primis habeat necesse est, nempe, quod deceat petat, & modo quo deceat. *Decens postulet & decenter.* Mulier ista vtrumq; seruauit. Rem desiderabilem postulat, dicens. *Domine da mihi hanc aquam.* Et ubi adorandus esset Deus, voluit edoceri. Modum quoq; appositum adhibuit, mox credens, & reuerenter loquens. Nam ubi prius dixerat: *Quomodo tu Iudaus cum sis* Dixit postmodum. *Domine, da mihi hanc aquam, & Domine, vt video, Propheta*

estu. In primo itaq; q̄ est res petenda, statuitur, quod qui nouit rei magnitudinem atq; praesentiam, facile mouetur, & tenetur illius desiderio. Quod si petendo putat habere accessum ad illud q̄ appetit, id petit. Ideo sapientes, quos antea citauimus, laudes coaceruant sapientiae, vt ad eam excitent concupiscentiam. Et Dominus noster affirmat: *Quod qui inuenit thesaurum, suis distractis omnibus ad illius anhelat acquisitionem.* Sic, qui pretiosam margaritam inter alias deprehendit, nullum non mouet lapidē, vt illam faciat suam, omnibusq; postpositis ac spreis illius solus tenetur desiderio. Et tunc aperte protestatur: *si scires donum Dei & quis te petit, tu forsitan petiisses ab eo:* sic facto euenit. Cognita enim virtute aquae, q̄ semel pro semper extinguit sitim, mox mulier rogat. *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neq; veniam huc haurire.* Torum nostrum malum, defectus est petitionis: Ideo horrabatur Dominus ad petendum. *Petite, & dabitur vobis.* Sed quia petitiō supponit appetitiam, idē non petimus, quia non appetimus. Sed tamē esurimus omnes, & sitimus, & quaerim⁹, & pulsamus, & postulamus. Verum, quae est petitiō tua Esther, vt detur tibi? & pro qua te postulas? Sic facti sumus, vt cibo indigeamus, vt dictū est: *nobis ipsis non sufficimus;* corpus, q̄ corrumpitur, eget restauracione, vt non pereat vsq; ad diem mortis suae, sed & anima calida non quiescit, donec aliquid deglutiat.

Torum ergo nostrum studium in hoc esse debet, vt sciamus, quid petere debeamus. Ideo prima admonitiō sapientiae est, vt quae noxia nobis sunt, non appetamus. *Vsq; quod (inquit) paruuli diligit in infantiam? & stulti ea, quae sibi sunt noxia, cupiunt?* Homine prius, ne deceptus suasionibus impiorum, acquiesceret eis, & iret cū illis, monuerat ostendens quid mali faciant, & quo fructu. Malū est auaritia, quia iniuste desiderantes, quae sua non sunt, animas possidentium rapiunt. Sic semitae (inquit) omnis auari animas possidentium rapiunt. Malum ergo, malum est desiderium, sacra fames, siti inordinata exestuans, q̄ tanta est, vt ad mala facta impellat, & quaerat, vt non prepediatur volun-

18
 Philj. 19. voluntas eius, adiutorium simile sibi. Fructum verò pessimam huius cupiditatis indicat sapiens attestans. *Ipsi quoque contra sanguinem suū insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas.* Et hoc certè, quia finis illorum, qui terrena sapiunt, mors est, & gloria in confusione ipsorum. Vnde infra de impiis dicit; quòd ambulant per vias tenebrosas, & de mala muliere, quòd inclinata est ad mortem domus eius. *Inclinata* (inquit) *iam rinas minans, quin & inchoans, ut qui in ea morantur, moriantur.* Rectè ergò reprehendit & culpatur eos, qui sibi noxia cupiunt. Hinc & Dominus noster incipit; nam mulieri suam propinans aquam, illi proposuit, nequòd concupiscere. *Nò est* (inquit) *tuus vir.* Sic, & de mala muliere dixit Salomon. *Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea.* Vide igitur diligenter si tuū est, quòd cupis, quòd tenes, quòd frueris. Audi veritatem. *Nunc quem habes nò est tuus vir.* Paulus docet. *Qui cum uxore est, cogitat, quae sunt mundi.* Quenà vero sunt haec, nisi terrena, temporalia, corporalia, transiuntia cum mundo: si mundi sunt, ut ait Apostolus, ergò tua non sunt. Tunc videbis, quando in extremis te deserent, non praeferre unquàm ad te reuersura. Cum non vestris coniungimini, ò miseri, qui adheretis pueris alienis, & abeuntes post carnem alterà, quae vobis sunt noxia, cupitis. Hinc etià consequens est, ut ista non facient, cum nostra non sint; ac proinde quantumcumque coneris illa tibi admouere & agglutinare, ipsa alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, ut quotidiana docet experientia. Venit enim Diabolus, & rapit de manibus eorum. Venit mundus, & tollit quòd suum est. Venit iustitia Dei & nunc substantiam tuam, nunc animam tuam auferit à te, ut nudus reuertaris, vnde egressus es de corde terrae. Et si non ob aliud, numquid

saltem propter hoc noxia non sunt, quia tempus tibi tollunt, quòd tuum erat: ut curis saecularibus intentus non thesaurizes tibi thesauros in caelo? At noxia sunt, quia, qui diligit aurum, non iustificabitur. *Qui festinat ditari, non erit innocens. Quin & si dicei fueris, non eris immuni à delicto.* *Qui diligit mundum, & ea, quae in mundo sunt, inimicus Dei constituitur. Nam non est charitas Patris in eo. Qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi, penas dabunt in interitu aeternas. Qui amat animam suam, perdet eam.* Ergò verè, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et qui oderunt Sapientiam, diligunt mortem. Numquid ergò hi non sibi noxia cupiunt? Numquid non contra sanguinem suum insidiantur? Numquid non moluntur fraudes contra animas suas: ut quid ergo diligitis vanitatem ò filii hominum? ut quid quaeritis mendacium? *conuertimini ad correptionem meam* (inquit Sapientia.) *En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Et veritatem gustur meum meditabitur.* Quaremus igitur, quae profunt, quae iucunda sunt, quae vtilia, quae pacifica, audientes Sapientiam, quae dicit: *In via iustitiae ambulo, ut dicem diligentes me.* Ambulat ipsa dum nos facit ambulantes. Ait enim. *Ducam te per semitas aquitatis.* Ergò ij ditantur, qui iustitiam colunt, obedientiam tenent, sectantur prudentiam; cum temperantia coniunguntur, qui fortes in fide resistunt Diabolo, mundum derelinquunt, carnem macerant. Hi bibunt aquam viuam, quam profert vitæ fons Dominus noster Iesus Christus: *Quoniam beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Signum quo seruus Abraham senex, & prudens cognouit futuram uxorem sancti Isaac, & Matrem populi Dei, charitas fuit. Dixit enim: *Bibe, Domine mi, quin & Camelu dabo potum.* Absonum tibi videtur, per virum senem, prudentem, colentem Deum, obedientem Domino suo, promissa seruante, intelligi rationabile obsequium, rationem videlicet, Dei mandata fideliter amplectentem? *Quidni vero per Camelos*

Eccl. 31. 5.
Pro. 28. 20.
Eccl. 11. 10.
Iac. 4. 4.
1 Io. 2. 15.
2. Thro. 1. 8.
Ioh. 12. 25.
Psal. 105.
Pro. 8. 36.
Psal. 4. 3.
Pro. 1. 23.
Pro. 8. 7.
Pro. 8. 22.
Pro. 4. 11.
1. Pet. 5. 9.
Matt. 5. 6.
Gen. 24. 14.

Psal. 83. 3. intelligamus sensus corporales? *Charitas ergo sariat totum hominem, ut cor, & caro exultent in Deum vivum.* Saturabuntur ligna campi, & Cedri Libani. Domestica videlicet, & siluestria, pomifera, & in fructuosa. *Homines & iumenta salvabit Domine.* Iacob dilectus Rebecca filius; *Ipse nobis dedit puteum, & ex eo bibit ipse & filij eius, & pecora eius.* Quid hac abundantia designatur, qua bibunt homines, & iumenta, nisi plena quaedam satietas, quæ tanta est, ut porus aqua viua, non sitiat in æternum? *Charitas ergo, & gratia Dei est aqua viua, ad cuius ripas ligna virentia edunt fructus suos per singulos menses.* Ideo rogat ille. *Visifica me, & custodiam sermones tuos.* Nam qui manet in charitate, repletur fructu iustitiæ, qua repletionem fit ut non esuriat amplius, nec sitiat in æternum. Ergo *beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius vult nimis; quia gloria & divitiæ in domo eius.* Non sic ut sitiat, & veniat denuo haurire aquam; sed semel hausta, semper in eo manet, & ideo iustitia eius, id est effectus iustitiæ, qui est saturare panibus, manet in seculum seculi, cuius non deficient aquæ, & superabundant panes. Hæc est petitio iustorum, qui querunt, quæ sursum sunt, non quæ super terram.

Sed adhuc modus querendi querendus est. Qui querit non querenda, is neque querendi modum tenet, quia nullo modo non querenda, querenda sunt. Sic errabant duo illi, quibus dictum est. *Nescitis quid petatis;* quia neque rem tenebant, neque modum. At rem contingit iustam peti, sed non iuste, aut modo congruo. Mulier ista bene postulavit, cui propterea multum datum est. Quando Pater dixit Filio suo, quem ante Luciferum genuit ex utero suo. *Postula à me, & dabo tibi gentem hereditatem tuam.* Nū preces dumtaxat requisivit ab eo, aut verba? Ad postulationem illam misit, qua factus est lapis in caput anguli Dominus vniuersæ terræ. Quæ vero ista fuit postulatio? *Lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput angeli.* Si non reprobasent, forte in medio vel in imo parietis statuissent. At dum reprobant, dimittitur

tamquam inutilis. At in summis parietibus tandem optime quadrat; quoniam à Domino factum est illud mirabile profecto in oculis nostris. Ecce cur exaltatus, quia reprobatus. Reprobatio, Passio, Crux, Mors, labores manum, dolores sensuum, molestiæ persequentium, calumniæ blasphemantium, & quidquid egit & passus est, ut nos redimeret ab omni iniquitate; totum hoc postulatio est. Esther postulatura salutem ex inimicis, & vindicem malefactorum, non supplicationes modo adhibuit, sed multa præterea. Primum enim in tanto discrimine constituta, ut videret neci destinatam gentem suam, omnes videlicet Iudæos, qui erant in regno Assueri, Ieiuniis se tradit ac precibus cum omni domo sua: *ieiunium indicit, & supplicationes pro se ad Deum, Mardocheo ac reliquis de populo suo.* His armis munita audet contra legem Regis, se oculis illius non vocata offerre, ac præsentare cum capitis periculo. Inde præambulam exponit petitionem, inuitans ad conuiuium. Regale parat conuiuium, in quo, ubi Rex incaluit mero, dixit Regina. *Quid petis, ut detur tibi? & pro quare postulas? Quæ respondit. Petitio mea & preces meæ, sunt istæ, si Regi placet, ut meam impleat petitionem.* Veniat Rex & Aman ad conuiuium quod parauit eis, & cras aperiam voluntatem meam. Ità in alterum conuiuium distulit petitionem suam, quam demum obtinuit. Putabas tu paucis prolatis verbis in oratione, & forsitan etiam corde disperso, mente distracta, frigido pectore, plenam petitionem perfecisse? sed non est ita. *Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna.* Dixit Angelus ad Tobiam. *Ieiunantibus & orantibus;* dixit Spiritus Sanctus: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam. Si scires donum Dei;* quanti sit aqua, quæ procedit de sede Dei & Agni, si quam mirabilia sint opera Dei; si quantitas sit necessitas nostra intelligas: durum non tibi videbitur, quod des omnem substantiam tuam, quod ex eas de domo tua; quod manum pedemque præcidas, quod oculum eruas, quod affligas animam, non manducans neque bibens, quod

23

Esth. 4. 1

Esth. 5. 1

4.

5.

7.

Esth. 7. 1

Tob. 12. 8

Act. 13. 2

Apo. 12. 1

quod suspensus in oratione tollas manus puras, lachrimis riges stratum tuum, immo strato, omnique derelicta commoditate, in montem ascendas, ibique Deum, diu instantissimèque depreceris. Quid Iudæi post publicatum edictum necis eorum? In omnibus prouincijs, oppidis, ac locis, ad quæ crudele Regis dogma peruenerat, plañctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, ululatus, & fletus, lacro, & cinere pro strato utentibus. Sic, sic fiant postulationes, obsecrationes, supplicationes.

19. Iam tertium punctum prosequamur, quod largitatem Dei continet, qua petentibus postulata concedit. *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam.*

*Ubi vides quod certos nos esse vult de exauditione, si recte petamus. Si exaudiuit Asluerus Esther petitionem vt promiserat; quanto magis desiderium nostrum exaudiet Dominus; preparationem cordis nostri audiet auris eius? Vt nos de hoc faceret cercitores; primus prouocat mulierem ad colloquium. *Da mihi bibere.* Promittit se daturum postulanti.*

*Petisses, & dedisset tibi, ac demum postulata concessit, nam repleta aquis cœlestibus, ad illius fidem etiam ceteros cœpit inuitare. *Venite & videte hominem.* Christus ergo, vt fidem nostram confirmet in petendo, prouocat, promittit, profert, quæ signa sunt, quod sitiat. Ideo prouocans dicit. *Da mihi bibere.* Quem vero potum sitiret, euentus declarauit, nempe fidem eius, sanctum desiderium, virtutis propositum, atque sanctitatem. Erat ipse fons vitæ, plenus gratiæ, & veritatis, de cuius plenitudine, vt mulier acciperet, fortiter astuabat. Ad quod vt illam alliceret sic aggreditur. *Da mihi bibere.* Quod est dicere. *Fac satis desiderio meo, quo, vt te ad desiderandam, petendamque salutem ex-**

*citam, Ego, qui à Deo constitutus sum Saluator mundi, ardentem anhelum. Non quero vestra, sed vos (inquit Apostolus.) Non potum aquæ frigidæ nunc Saluator quaerit, sed vt, quæ erat frigida, fiat huius mulieris anima calida, de qua illud impleatur. *Anima calida, quasi ignis ardens non**

extinguetur, donec aliquid glutiat. Quod certe impletum est, nam ad ignem quem Christus venit mittere in terram, calefacta non deseruit, donec deglutit largè aquam viuam; & repleta est, & factus est in ea, *Fons aquæ salientis in vitam æternam.*

extinguetur, donec aliquid glutiat. Quod certe impletum est, nam ad ignem quem Christus venit mittere in terram, calefacta non deseruit, donec deglutit largè aquam viuam; & repleta est, & factus est in ea, *Fons aquæ salientis in vitam æternam.*

Vide ergo prudentiam & charitatem Christi. Quærit suam facere mulierem hanc, vt salua sit. Saluator ipse prius modum nouit, de quo Salomon: *Victoriam*

& honorem acquirit, qui dat munera, animam autem aufert accipientis. Nam qui dat indigenti, ipsum sibi seruum facit, iuxta quod idem ipse Sapiens antè dixerat. *Diues pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, seruus est foeneranti.* Hoc patet Christus ad se trahere disponit animam Samaritanæ, sibi que eam subdere, nempe dans illi munus hoc magnum aquæ viuæ. Quæ est falus ex Iudæis, & ex iplo, cui illa dixit: *Quomodo tu Iudæus cum sis.* At aqua ista non datur nisi sitienti, illamque ardentem desideranti. Opus ergo fuit, Christum in illius corde hanc sitim excitare, eamque calentem reddere atque desiderantem. *Nam Anima calida non extinguetur donec aliquid glutiat.* Vt autem calorem istum ignemque accenderet, ab illa sui ipsius petitione exorsus est. *Da mihi bibere.* Quæ verba si superficialiter accipiantur, occasio sunt colloquij, quo Christus suum molitur propositum: si profunde, docent, quod dum potum petit aquæ frigidæ, frigus ab ea intendit pelere vt calefiat; quasi dicat, *excute à te frigus huius aquæ, illamque desine sitire, reuice in me peccata tua, quibus mundum secutus es: nam ego sum, qui tollo peccata mundi.* Ecce cur potum postulat à muliere.

extinguetur, donec aliquid glutiat. Vt autem calorem istum ignemque accenderet, ab illa sui ipsius petitione exorsus est. *Da mihi bibere.* Quæ verba si superficialiter accipiantur, occasio sunt colloquij, quo Christus suum molitur propositum: si profunde, docent, quod dum potum petit aquæ frigidæ, frigus ab ea intendit pelere vt calefiat; quasi dicat, *excute à te frigus huius aquæ, illamque desine sitire, reuice in me peccata tua, quibus mundum secutus es: nam ego sum, qui tollo peccata mundi.* Ecce cur potum postulat à muliere.

Rursus quod verbis egit cum illa, factis nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur;* illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, vt illis vacui ad ipsum omnis boni inextinguibilem fontem assurgamus. Propter hoc

Rursus quod verbis egit cum illa, factis nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur;* illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, vt illis vacui ad ipsum omnis boni inextinguibilem fontem assurgamus. Propter hoc

Rursus quod verbis egit cum illa, factis nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur;* illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, vt illis vacui ad ipsum omnis boni inextinguibilem fontem assurgamus. Propter hoc

Rursus quod verbis egit cum illa, factis nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur;* illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, vt illis vacui ad ipsum omnis boni inextinguibilem fontem assurgamus. Propter hoc

Rursus quod verbis egit cum illa, factis nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur;* illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, vt illis vacui ad ipsum omnis boni inextinguibilem fontem assurgamus. Propter hoc

Rursus quod verbis egit cum illa, factis nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur;* illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, vt illis vacui ad ipsum omnis boni inextinguibilem fontem assurgamus. Propter hoc

hoc enim in deserto populum sitire permisit, vel clamaret ad Dominum, qui eduxit aquam de petra, ut esset exploratissimum, aquam illam à nullo tribui alio quam à Deo, cuius potentia legibus non est ligata natura. Quae ideo aqua typus erat huius, quae per fidem haurita, facit in hauriente fontem salientem in vitam aeternam, id est haec potata completur in aeterna vita. Propterea quoniam Moyses, & Aaton, in hac educenda increduli fuerunt, introitu privati sunt illius terrae desiderabilis, quae viventium terram praefigurabat, ut fieret omnis caro, quod qui per fidem ad fontem huius vitae non accedit, repulsam patietur ab introitu caelestis patriae. Habes ergo excitantem Deum ad petendum, ex quo certo concludimus ipsam velle nobis dare: dare (inquam) magna pro parvis, & pro labentibus aeterna.

Num. 20. 18.

12

Pro. 8. 35.

Pf. 77. 19.

Sed certissimam iam habemus illius promissionem. Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Certo si petisses, obtinuisses, dedisset enim ipse tibi aquam, non huic similem, sed nobiliorem & perfectiorem, nempe viuam; viuam, inquam, non quia in motu semper sit, ut flumina, sed quia verè qui illam bibit, viuunt. De qua: Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Titubatur aliquando humana infirmitas, quando magna promittuntur. Vnde habes aquam viuam? Inquit mulier. Putabat illa Christum haurire consueto more. Ideo dixit. Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est: Vnde ergo habes aquam viuam? Heus mulier, dum aquam viuam pollicetur, non eam intendit, quam tenet puteus, nam qui ex puteo biberit, adhuc sitiet: quia tamen ex aqua ista viua biberit non sitiet in eternum. Non ergo animum deponas, si fontem, si hydriam non vides in manibus pollicentis, nam sicut spiritualis est & caelestis, ita spiritus & habetur & hauritur. O quot sunt, qui diuinam potentiam suis cogitationibus meriuntur! Huiusmodi erant qui dicebant. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aqua. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? certo iam & panem dederat iuxta promissum: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. Nam vespere ascendens coelurnix cooperuit castra, mane quoque ros cucuit per circuitum cauorum: de quo Moyses. Iste est panis, quem dedi vobis Dominus ad descendendum. Biberunt quoque de petra aquam procedentem. Iuxta quod canit Propheta: Et de petra melle saturauit eos. Et visa tamen tanta Dei potentia ac prouidentia, dicunt adhuc: Nunquid Deus poterit parare mensam in deserto? Et ad debilitandam eius virtutem tubinferunt. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aqua: Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Non magnum est aquam praeberere, non hinc sequitur, quod & panem possit dare.

terit dare, aut parare mensam populo suo: certo iam & panem dederat iuxta promissum: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. Nam vespere ascendens coelurnix cooperuit castra, mane quoque ros cucuit per circuitum cauorum: de quo Moyses. Iste est panis, quem dedi vobis Dominus ad descendendum. Biberunt quoque de petra aquam procedentem. Iuxta quod canit Propheta: Et de petra melle saturauit eos. Et visa tamen tanta Dei potentia ac prouidentia, dicunt adhuc: Nunquid Deus poterit parare mensam in deserto? Et ad debilitandam eius virtutem tubinferunt. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aqua: Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Non magnum est aquam praeberere, non hinc sequitur, quod & panem possit dare.

Exo. 16. 11.
Exo. 16. 31.
Nu. 20. 11.
Ps. 80. 17.

Pf. 77. 19.

13

Sed heus rebelles, cur aquam modo recenseris? cur non & carniuum, & mannae mentionem facitis, quae illius fortitudinem protestantur, signum certe ingrati animi. Propterea, & carnes cupiebant non pro vna hora tantum, sed in longa tempora. Manna, non ut panem habebant, dicentes magis: Anima nostra iam naufragat super cibo isto leuissimo. Et ut increduli aquam tantum referunt. Ideo iratus est & indignans exaudiuit eos, praebens illis carnes mense integro. Sed adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus. Et ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis. Non sic euenit huic mulieri, quae Christi perlonam non nouerat, ac Dei potentiam nondum fuerat experta, neque inordinate concupiscebat, ut populus. Nam & illi peperit Deus, quoniam fame concitatus & siti, murmurauit: At quando fastidiens caelestem alimoniam, carniuum flagrauit desiderio, iratus est furor Domini valde: Sed & Moyli intoleranda res visa est. Ecce quid facit inordinata concupiscentia, dum se putat fieri quod cupit, malum sentit concupiscentiae suae. Vnde Salomon. Qui sen inat iniquitatem, metet mala & virga ira sua consummabitur. Quod dicit de ira, intellege & de concupiscentia, nam ira ortum à

Nu. 11. 5.
Nu. 11. 17.

Nu. 11. 4.

Pro. 11. 3.

con.

concupiscentia habet, & quæ videbatur baculus ad sustentandum, sit virga ad flagellandū & consummandū. Sancte igitur petamus, & nō erit nobis oratio in peccatum; sed in auxilium & gaudium.

14. Iam factis propositum confirmemus.

Quod daturus sit Deus, quæ petimus, inde conficimus, quōd idem ipse prouocat ad petendum, quod pollicetur daturum se nobis. At verō dum præbet postulata, testimonia sua credibilia facta sunt nimis.

Videbis mulierem postulantem: *Domine, da mihi hanc aquam: exaudiuit Vade* (inquit) *voca virum tuum.* Quid est hoc quasō? Aqua ista, vt virificet, mortē pel-

Rom. 5.12. lit, quæ per peccatum ingreditur in hunc mundum & in quemlibet peccantem. Ergo pœnitentiam prius suggerit; hæc verō notitiam præmittit iniquitatum. Hinc orfus est Saluator, sic trahens illam ad recedendum. *Virum non habeo*, vt demum reuellet illi turpitudinem suam, quam non inficiatur ipsa, sed liberè confitetur, dum respōdet, *Domine, vt video, Propheeta es tu.*

Ac demum Christum prædicans, peccata sua non erubescit confiteri. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcūq; feci: Numquid ipse est Christus?* Aqua ista splendida sicut crystallus specie reddidit vultus intuentis, quasi speculū, vt se ipsum norit, & videat, quam vilis factus sit, iterans vias suas, denigrata facie eius super carbones, vt ita turpitudinē suam intuens, sibi ipsi displiceat, caueatque in posterum ab iniquitatibus, vt de illo verificetur, quod scriptum est: *Visitans speciem tuam non peccabis.* Quin & illos, ad quos peruenit aqua ista nedum illuminat, verum & lauat; eorum quippe oculos lauat vt videant, vultum vt splendeat. Et quod primum est, a notione & lotionē suā eleuat ad cœlestium cognitionem & claritatem. Et enim mulier hæc suæ iniquitatis admonita, Christum non iam Iudæum appellat, sed Prophetam. *Domine* (inquit) *vt video Propheeta es tu.* Hinc ad altiora consurgens de diuino cultu satagit edoceri, sic exordiens: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*, &c. Ex quo fit digna, vt quomodo in spiritu & veritate adorandus sit Deus,

à Veritate doceatur. Ac demum inferēs: *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus.* Audiatur vocem illam dulcissimam. *Ego sum qui loquor tecum.* O aquam viuam, ô salutarem sapientiam, ô veram certamque salutem, quæ ex Iudæis est, & quam is donat, *qui est verè Saluator mundi.* Videtne exauditam mulieris orationem? vides impletam veritatis promissionem? *Petitisses, & dedisset tibi aquam viuam.*

Nos ergo, qui scimus, quis est, qui nos prouocat ad petendum, qui iustis dat desiderium, petamus non aquam, quæ est in mari mortuo, sed aquam viuam procedentem de sede Dei & Agni, vt non simus semper sitibundi, & frustra desiderantes: Audiamus ipsam Sapientiam, ipsum fontem; aures inchnemus vocibus aquarum multarum, nam eleuauerunt flumina vocem suam, clamat ipsa aqua Sapientie salutaris. *Qui me audierit, abundantiam perfruetur, timore malorum sublato*, inquit *Sapientia, quæ foris clamitat.* Quid quasō quærunt homines? Quid is, qui circuit mare & aridam, vt inueniat sufficientiam sibi? Quæ est petitio vestra homines vniuersi? Fortè Abundantiam? longè esse ab aduersis omnibus? Audite ergo sapientiæ veritatem. Qui me audierit, abundantiam perfruetur, timore malorum sublato.

Parabolæ Salomonis hæc sunt, in quibus loquitur Sapientia. Christus Sapientia Dei Patris tunc in parabolis loquebatur, sed ecce nunc palam loquitur & prouerbium nullum dicit.

Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sitit, qui non perfruitur abundantiam qui modicis paucisque contentus non est. Sitit, qui terrena concupiscit, qui fugientia sequitur, qui somnia apprehendit, qui diligit vanitatem. Vbi enim vanitas est, repletio non est, satietas nō est, nō est qui consoletur, qui adiuuet, qui frangat panē esurienti, qui det potū sitienti, qui anhelanti det desiderium suum. Omnes declinauerunt, omnes dereliquerunt, irriserunt omnes dicentes. Quia hic homo cœpit & discere, & nō potuit consummare. Habitationē in terra, p̄spicit sibi, vbi quietus sedeat; vbi dormiat & requiescat, vbi di-

25-

Hortatio.

Apo. 2.2.1.

Psal. 99.3.

Prou. 1.33.

Ioh. 16.29.

26.

Zac. 14.19.

- Luc. 12. 19.** vbi dicat: *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comedere, epulare.* Sed heu cepit edificare, & non potuit consummare, quia desiderium peccatorum peribit, decidunt cogitationibus suis, quibus meditati sunt inania, inania (inquam) vacua, vana, quia vana certe facta est spes eorum, qui confidunt in nihilo. At qui audierit sapientiam, abundantiam perfructur. O Rebecca potasti nos omnes, inde in domi patris tui locus est ad manendum; Palearum, & fœni plurimum est (inquit illa) apud nos, & locus spatiosus ad manendum. O charitas, quam abundans? ô vanitas, quam deficiens es? Illa & Camelis potum tribuit, hæc dimittit omnes vacuos. Illa spatiosum habet locum ad manendum. Hæc ait, Augustus stus est mihi locus, coangustatum est stratum: duos nequit capere, socium non admittit, non est sufficiens sibi. Illa palearum, & fœni plurimum elargitur, vt etiam carnem nutriat, & foueat, ne dum menti faciat cognam magnam. Hæc tamen vix arctum dat, & aquam breuem. Charitas magis ac magis abundat, sed abundantia vanitatis palcit ventum & sequitur vmbra, non habens solidum cibum, neque escam permanentem. In vanum laborauerunt, qui edificant eam; in vanum postulauerunt, qui quaesierunt eam; in vanum sperauerunt, qui confisi sunt in ea. O Deus, auerte oculos meos ne vel videant vanitatem. **Gen. 1. 31.** *vidisti ea, que fecisti & erant valde bona. At quis stendet inibi bona, nisi Tu qui solus es?* **Matth. 4. 7.** *Quid satanas ostendit? omnia Regna mundi & gloriam eorum; sed non in veritate, in phantastica apparitione, in phantasmatum illusionem, in apparenti imaginatione. Quid mundus ostendit? non substantiam, sed apparentiam, non solidam rem, sed prætereuntem figuram ipsius mundi. Quid caro repromittit? heu breuis est ipsamet, paucis, vel minimis plena. Et quam bona pollicetur? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: exortus est sol, & arefecit fœnum, & flos eius decidit. Modica adueritas, modica infirmitas, labor, dolor, fames, sitis, quid boni a carne permittunt expectari? gutta roris*

antelucani nunquid non ad spiculum irradiantis solis mox euanesce? Et quid est rotus orbis terrarum, nisi gutta roris antelucani? Ergo omnis qui biberit ex aquis eius, sitiet iterum. *Omnia enim vanitas, & vanitas vanitatum.* Quid est vanitas vanitatum? verè summa vanitas, vt nihil ultra vanitatis adici possit. Sed est vacuū vacui: Si vacuum nihil in se continet, capax est tamen, & propterea dicitur vacuum, & capacitas forma est aliqua, aliquid est, sed vacuum vacui, etiam capaci capacitate tollit, etiam minimū illud esse propè nihil: quod vbi est, aliquid esse potest: sed vanitas vanitatum aufert & esse, & posse, quia mundus totus vnū hominem complere, & satiare non valet: præterit. n. velut vmbra, vt neque formam habet, neque firmam naturam, aut existentiam. O ergo homines, quæ est petitio vestra vt detur vobis? pro qua re postulatis, vt impletur voluntas vestra? vt repleatur vacuitas vestra? vt impletur petitio vestra? vt compleatur expectatio vestra?

Ita ad Antecessores vestros, quarite à 27. Patribus vestris sicubi inuenerunt quod desiderauerunt oculi eorum? sicubi inuenerunt iuge conuiuium plenè oblectans animam? si quando cælum, & terra implere potuerint quemquam hominum? si quando in terra inuenerunt veritatem? si quando occurrit illi homo verax? An non potius omnis homo mendax? Et si homo maior omnibus mendax est, in minoribus erit veritas? Si diminutæ sunt veritates à filiis hominum; certè in minoribus erunt diminutiores: Nam & diuitiæ fallaces sunt, & falsæ rerum omnium promissiones, pollicentes satietatem; Vbi sunt maiores nostri? & Propheta vbi sunt? dicant si quid verum fuit in omni vanitate. Audio Propheta vnum, qui idèo verax est, quia dicit Dominus, non loquitur homo: Quid ergo? Verè mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, quæ eum non profuit. Verè, verè ita est, quod vanitas nõ veritas fuit, falsitas non veritas fuit id totum, quod possederunt patres nostri: Veritas ista est, quod veritas illa non fuit, sed vanitas, sed falsitas, sed mendaciū, & idèo nullus

nullius utilitatis, aut felicitatis, aut
facietatis. Vanitatem possederunt, qua
eis non profuit. Et tu ergo inue-
nies veritatem? Confusi sunt qui con-
fisi sunt in vanitatibus, sicut confun-
ditur fur deprehensus in furto, quod
mox eripitur de manibus eius; con-
fusi sunt, quia nihil inuenerunt vi-
ri diuitiarum in manibus suis. At
non sic, qui accedit ad fontem aquae
vix, cuius non deficiunt aquae;
qui inclinatur autem suam Sapientiae;
qui excipit attentè verbum veritatis.

Psal. 78. 6.

Ecc. 24. 30.

*Qui audit me, non confundetur; qui
elucidant me, vitam aeternam habebunt;
quia fuit in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Quam nobis concedat, qui vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.*

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

*Demonstratur quomodo Christus sit vere Saluator mundi
Quam conducat scientia ad salutem comparanda. Arguitur fidelium surditas ex conversione Samaritanorum.*

DVLTISSIMUM nomen illud Domini nostri, & Saluatorem Iesu Christi quo clauditur suavis haec, humilisque historia mysteriorum plena, quae profectò altissima sunt, nos omnes inuitat ad ea propenso animo suscipienda, quae in illa nobis tanta suauitate, tantaeque facilitate proponuntur. Idque potissimum, cum hinc bonum omne, quod bene appetere possimus & qua-

Tom. I. Belliniani.

rere, certò pendeat. Quid enim quaerunt homines nisi salutem? Vnde illi nisi à Salvatore? Qua vero ratione non alia proculdubio, quam ea, quae in Sacra Euangelij huius lectione ad se quaerendam est exposita. Dulcis conuersatio & officiosi mores Noëmi, illecebra fuerunt nuribus suis, vt illam relictis parentibus & diis suis, & patria, in qua nata erant, sequi vellet. Et quam alia tanta gratia poterit inueniri, animos ad se illiciens, quam narratio ista Euangelica, nobilesque sensus in ea contenti? Simus nos Ruth, quae constanter adhaesit socru; non Orpha, quae cessit, & recessit. Veniamus ad puteum, vbi nos diuina moratur Sapientia quasi mater honorificata. At propterea vscripsum est: *Qui de luce vigilauerit ad illam, Sap. 6. 11. non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inueniet.* Quod est dicere: Simul ac extra domum pedem fixeris, illam te expectantem ad inuenies. Non te ipsum tam citò à curis domesticis extricaueris, quam inuenies, qui te deducunt ad regnum perpetuum.

Ruth. 1.

A sine narrationis Euangelicae nostram narrationem adorientes, Samaritanorum verba perpendamus, libera & constanti voce pronuntiantium: *Ipsi audiuimus & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.* Vt sic primum de saluatore loquamur, ac demum de salute. Primum ergò probamus, quomodo Christus vere sit Saluator mundi, vt illum appetamus & quaeramus, à quo salus nostra dependet. Salute nihil appetibilius, vtilius nihil. Ergo Saluator est omnibus appetendus, ab omnibus quaerendus, suscipiendus ab omnibus, cum gratius nihil esse possit, quam Saluatoris nomen. *Vnde & Phil. 3. 20. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae.* Quantam gratiam viuentia omnia Noë sancto viro habere tenentur, qui toto pereunte

Phil. 3. 20.

T

pereunte

perente orbe terrarum semen feruauit, quo tandem totus mundus saluus esset? Vnde non immerito appellandus esse videatur Saluator mundi. Sed perierunt homines sæculi præcedentis, posteri duntaxat saluati sunt.

1. Tim. 4. *At Dominus Iesus Saluator est omnium hominum, qui potens est ipsos quoque pereuntes viuificare, & mortuis vitam æternam perpetuamque salutem impartiri. Hic itaque est verè Saluator mundi.*

3. Hanc veritatem triplex ratio confirmat, & primùm, quia ipse est solus perficere, qui cœpit opus bonum. Ne illi dicatur: Quia hic homo cœ-

Phil. 1. 6. *pitædificare, & non potuit consummare. Quod autem cœperit ipse, habet veritas manifesta. Quoniam omnia*

Ioh. 1. 3. *per ipsum facta sunt. Est enim brachium Domini & virtus Dei, qua in*

Gen. 1. 1. *principio creauit Deus caelum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Hac*

Isa. 59. 1. *autem manus Domini non est abbreviata, ut saluare nequeat. Si dedit ab*

initio, reddere etiam demum potest; quod instaurauit, etiam restaurare

valet, & restituere, quod constituit. Quando eiusdem virtutis est & crea-

re, & recreare: qui induxit populum in terram promissionis, potuit

solus ipse reducere, & reduxit verè. Ideo inducitur à Propheta quasi adi-

utorem quærens, sed non inueniens, ut quod in alio aliquo non sit salus

pareat manifestè. Circumspexi, & non erat auxiliator; quasiuit, & non fuit,

qui adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum: id est, aliud nihil fuit

mihî, ad saluandum in adiutorium, brachium meum duntaxat affuit,

ipsum solum salutem hanc magnam operatur. Itaque Deus solus, qui ho-

minem instituit, eundem; in iusticia constituit & sanctitate ad eandem quam

perdidit iustitiæ perfectionem potuit reuocare. Et quemadmodum per Filium mundum; id est, hominem ante

perfecit; ita demum eundem Filium

suum misit Saluatorem mundi, Hæc Iob. 4. 14. est ratio prima.

Secundario inde sumitur, quod Deus, qui solus ac totus bonus est,

adeo ut ad malum respicere non possit: putauit bonum esse, si mala quo-

quoque, quæ ipse facere non potest, à natura defectibili fieri permitteret,

quod inde, veluti per occasionem amplio-

riorem ostenderet in creatis, atque compleret bonitatem. Ut qui Creator

cuncta fecerat bona, & bona valde: denique & rector illustrioris bonitatis

esset author; mala nostra in bonum conuertendo. Vos cogitastis (inquit Ioseph) de me malum, & veritè illud in

bonum. Operationem autem creandi ad omnia extendit, ut per illam essent omnia, saluandi autem in excel-

lentioribus potissimum creaturis perpetrare decreuit, illis videlicet, quæ Deo sine interposita re alia aliqua valent coniungi, nempe rationalibus,

quæ ad illius sunt imaginem constitutæ, & illarum in ea parte maximè, vbi cum Deo contingit vnio, id est,

in mente. Hic, & hinc suam in primis bonitatem magnificauit & amplificauit, quæ hac ratione postmodum in cætera creata vniuersa sese

extenderet. Nam mente se homo à Deo disiunxerat, eius præcepto inobediens, sicque à summa bonitate

recedens, in summam miseriarum omnium decidit infelicitè. Vnde ut salus esset, erat excitandus denuò & reuocandus. Opus hoc diuina censuit

prouidentia se dignum, quo amplius illius gloria foret omnibus perspicua & explorata. Propter hoc ergo hominem perditum saluare disposuit per semetipsum.

At modus huiusce rei faciendæ debuit illius magno consilio respondere, quo magna, qui potens est, magnificè

perpetraret. Quod non aperte videtur effectum, si quo modo creauerat, eo

penitus saluaret; iterum videlicet creans, quod destructum fuerat; &

codem

eodem informans hominem, qui illius
 abfcessu fuerat deformatus; nempe, si
 absolute illi denuo iustitiam condona-
 naret & sanctitatem. Altiori itaque
 modo opus fuit, eaque potissimum rati-
 one, quod homini adulto restituenda
 iustitia, eiusdem hominis assensum
 postulabat. Præterquam quod sic ei
 gratia fuerat impatienda, ut suus quo-
 que diuinæ iustitiæ locus relinquere-
 tur. En modus iste: *Verbum caro factum est, plenum gratia & veritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus.*
 Creat Deus, saluat Deus homo, Ver-
 bum caro. Quasi creatorem se gessit
 Deus, ponens in Patriarchis sui populi
 fundamenta, docens illos, ac prote-
 gens: At vero dum illum saluat edu-
 cens de Ægypto, deducens in deser-
 tum, & in locum à se delectum intro-
 ducens: ipse solus, non alius quis-
 quam (ita enim scriptum est: *Domini-
 nus solus dux eius fuit:*) sui itineris se
 comitem præbuit, illi semper affuit, habi-
 tans cum illo in sanctuario suo; qua
 præsentia populus aliquando factus in-
 dignus, timens ne Deus, quod fuerat
 illi comminatus ab eo discederet, & au-
 diens (ut inquit Scriptura) sermonem
 hunc pessimum, luxit, & nullus ex
 more indutus est cultu suo. Ait verò
 & Moyses ipse: Si non tu ipse præce-
 das, ne educas nos de loco isto: Ergo
 in magna ista salute, qua Saluator Is-
 rael, duntaxat non est, sed omnino est
 Saluator mundi vniuersi, debuit ex-
 cellentissime mundo adesse, ut vere ef-
 fet Emmanuel, nobiscum Deus. Quod
 factum est, quando. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & appa-
 ruit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus
 hominibus. Quoniam vult omnes homi-
 nes saluos fieri; quorum omnium idcirco
 Saluator factus est.* Vnde aiebat:
*Venit filius hominis saluum facere, quod
 perierat.* Perierat totus mundus, posi-
 tus in maligno, quia omnes peccauerunt,
 & vnusquisque declinauit in viam
 suam, & ita omnes declinauerunt & in-

utiles facti sunt. En quare Christus est
 Saluator mundi; id est, saluator omniū
 hominum.

Pro tertia ratione audi mysterium.
 Excellentior quidem est modus, quo
 nobiscum est Deus, eo quo cum populo
 ambulauit, & affuit illi in tabernacu-
 lo: propterea quod modus ille in um-
 bra fuit; hic verò in luce. Vnde iam ne-
 que in monte hoc (inquit Veritas) neque
 in Ierosolymis adorabitis Patrem; sed in
 Spiritu, & veritate. Sed quod ad rem
 pertinet, quomodo cumque secum iret,
 portabatur sedens. Sedebat enim super
 Cherubim, pedes habens super arca,
 quæ erat scabellum pedum eius. To-
 rum vero à Leuitis portabatur. Sic po-
 pulus glorificabat, & portabat Deum
 in corporibus suis. Quod ut fieret eui-
 dentiùs, iubebat lex, ut vectes semper
 essent in circulis arcæ ad hoc in ea fa-
 ctis, nec seruabantur seorsum applican-
 di ad arcam, quando esset ferenda: sed
 in ea manebant semper. Sic enim præ-
 ceptum est. Facies quatuor circulos
 aureos, quos ponēs per quatuor arcæ
 angulos. Facies quoque vectes de li-
 gnis setim, inducesque per circulos, qui
 sunt in arcæ lateribus, ut porretur in eis:
 qui semper erunt in circulis, nec vn-
 quam extrahentur ab eis. Nunquid non
 per hoc innuitur, quod nec videri Deus
 in umbra illa, neque considerari pore-
 rat, nisi ut sedens, qui ab aliis portaretur,
 nisi ut sedens, qui ab aliis portaretur?
 Ponderis populi super Moysen erat,
 qui aggrauatus conuerteretur. Cur
 imposuisti ponderis vniuersi populi hu-
 ius super me? nunquid ego concepi om-
 nem hanc multitudinem, vel genui
 eam, ut dicas mihi. Porta eos in sinu tuo,
 sicut portare solet nutrix infantulum; &
 deser in terram, pro qua iurasti patribus
 eorum? Non possum solus sustinere om-
 nem hunc populum, quia grauis est
 mihi.

Portauit quidem Deus, sed sine labo-
 re; quia super humeros Moyli, & Aa-
 ron, qui fuerunt Aquilæ illæ, de quibus
 dixit ipse populo. *Vos ipsi vidistis, quæ*

Iob. 1. 14.

Deut. 10. 12.

Exod. 33. 4.

1. Reg. 14. 39.

Matt. 1. 23.

Ioan. 1. 14.

Tit. 2. 4.

1. Tim. 2. 4.

Luc. 19. 10.

Rom. 3. 23.

1. Cor. 1. 36.

Psal. 133. 3.

Psal. 98. 1.
Num. 1. 50

Exod. 25. 12.

Num. 11. 12.

7

- Exod. 19. 4.* fecerim *Aegyptiis*, quomodo portauerim vos super alas *Aquilarum*, & assumpserim mibi. Portauit ergo sed in fortitudine sua, vt Moyses cecinit. Sed quando Deus factus est viator verè, & habitauit in nobis, iam non portatur, sed pedibus suis incedit, & fatigatur ex itinere, vt hodie Ioannes dicit. Et pedum non portatur, sed portat: Inuenta enim oue, quae perierat, imponit in humeros suos. Promissus fuerat Propheta similis Moysi. Ecce & in hoc similitudo, quia portat populum suum, quamuis sit illi grauissimus, portans videlicet iniquitatem illius, & peccata mundi in corpore suo. Hac ratione factus est Saluator mundi, qui & comitaretur nos, & fatigaretur ex itinere, graui pondere oneratus peccatorum totius mundi. Portauit autem peccata ista super lignum, quando crucifixus est, & mortuus pro peccatis nostris, & ita factus est Saluator noster. Vnde Paulus: *Exspectantes aduentum magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Sua enim passione, qua traditus est propter delicta nostra, saluum fecit populum suum à peccatis eorum.* Huc tendunt laudes Angelorum: *Quia natus est vobis hodie Saluator.* Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

8
Exhortatiote. Heu! quis iam diffidat de saluatorem? Quis iam salutem negligat, pro qua D E V S venit in hunc mundum peccatores saluos facere? Habet pro magno Moyses, quod D E V S tam magnificè eduxerit populum de *Agypto*, sequefecerit audiri, dum legem ferret. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die, quo creauit D E V S hominem super terram, à summo caelo, vsque ad summum eius, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut vnquam cogni-

tum est, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis: sicut tu audisti, & vidisti. Si fecit Deus, vt ingrederetur & tolleretur sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumq; brachiu, & horribiles visiones iuxta omnia, quae fecit pro vobis Dominus Deus noster in *Agypto*, videntibus oculis tuis. Sed numquid non figurae erant illae? non ymbrae? non signa longinqua veritatis & lucis quam attulit nobis iste, qui est verè Saluator mundi? Interroga, percontare, inquire, si quando factum est, vt Deus fieret homo, Verbum Caro, Pater omnium Filius hominis? Si qui sedet super sceptrum diuinitatis suae, sit fatigatus ex itinere? Si qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, fiat, & sedens super puteum potat ad bibendum aquam, expectans discipulos, qui ierant in ciuitatem, vt cibos emerent? Si verbum Dei, per quod facta sunt omnia, mulierem alloquatur, quae sit Samaritana, Idolorum cultrix, peccatrix, & lubrica? quid vetera illa si cum his nouis & nostris conferantur? Heu! adhuc post tantam virtutis, bonitatis ac pietatis ostensionem ad saluandū nos, tantam negligemus salutem? Iudaeos tu criminans si ex *Agypto*, tanta Dei magnificentia eruti, eò iterum redire meditantur? Et quis nostrum, relictum susceptum tenet iter, constanter pergens vsque dum perfectam salutem consequatur? Quot subsistunt? Quot declinant? Quot a caepto itinere reuertuntur, vnde per Dei misericordiam eruti fuerant? Eruiuit nos D E V S (inquit Apostolus) de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum dilectissimi Filii sui. Et est inter nos, qui rursus locum dare Diabolo non veretur? Et est, qui assumptus ad regnum istud iustitiae se denno velit tradere in seruitutem? Et est, qui relicta paterna domo, vbi etiam mercenarii abundant panibus, abeat in regionem longinquam, & libens

Ps. 144. 6

Ioan. 1. 1.

Colos. 1. 13

Luc. 15. 11.

Ec 38,9

& libens mittatur in villam, vbi porcos pascens, se satis pascere non valeat? Sic ne miseris potestis saluti fieri? *Qui infirmus est, à Sapiente monetur, ne despiciat semetipsum, sed salutem quarat.* At tu longinquus à salute, non te modo despicias, sed Deum magnum, ac verum Saluatorem aspernaris? negligis qui pro te mortuus, nam illum perdis, dum teipsum perdis, pro quo CHRISTVS mortuus est, Redite ergo prauaricatores ad cor.

Isai. 46 8

SECVNDA PARS.

9 DE Saluatore, quantum breuitas temporis & mentis heberudo concessit, iam egimus: reliquum est, vt de salute, quam in nobis operatur, vt cumque possumus, iam hæc pauca verba faciamus. Non enim Saluator est sine salute, sine qua neque nos saluari dici possumus, nec vere saluari. Hanc Saluator ipse notauit, dum mulierem sic affatur. *Vos adoratis, quod non estis; nos adoramus, quod seimus. Quia salus ex Iudæis est.* Vbi liquet, quod pederentem Dominus hanc peccatricem ad salutem perducere satagebat, vt non frustra iam illius perfecta virtute ciues Sicharitarum conclamarent: *Hic est vere Saluator mundi.* Quam salutem vt assequamur & nos, eam ipsam diligentiùs intueamur. Primo ex ipsius Veritatis verbis attendentes; quod *vbi non est scientiam anima, non est bonum.* Quod Salomon testatus est. Nihil autem extra salutem bonum est. Ideo Gentes, quæ ignorant Deum, saluti pariter expertus sunt: Cuiusmodi erant, mulier illa & Samaritanorum populus, qui postquam salui facti sunt, libere professi sunt. *Nos seimus* (scilicet scientia vera) *quia hic est vere Saluator mundi.* Mulier vero dum quærit veritatem, se profecto illius faretur exortem. *Domine, vt video, Propheta es tu?* Quasi dicat; Sapiens es, solue igitur dubium. *Patres nostri in monte hoc ado-*

Pro. 19 2

rauerunt & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet. Hoc est dubium. Tu igitur, quia Propheta es, aperit veritatem. Et hoc ipse, qui Saluator est, plane contendit. *Mulier credi mihi, quia venit hora, & nunc est, quando nequa in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitur Patrem. Sed veri adoratores adorant Patrem in spiritu & veritate.* Iam te video inclinatum ad suscipiendam ex me veritatem. Vterius progrediare: *Credo mihi, qui susceptionem, ne meis faucibus, à te vt tolla libere pronuncio. Quod neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorandus est Deus.* Adhuc incerta mulier & hæsitans, ait: *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus; cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.* Ergo Saluator, vt saluet, illuminat mirabiliter, dicens: *Ego sum qui loquor tecum.* Et mulier bene pota aqua sapientiæ salutaris, & iam plena salutis, recedit, ardens pro cæterorum salute, quos ad scientiam salutis inuitat.

Stat ergo sententia, quod *Salus sit vere Scientia*, qua Deus per fidem cognoscitur maxime. Vnde Paulus: *Virtus Dei est in salutem omni credenti.* Quam recte igitur monet Sapiens: *Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam & intelligentiam.* Vende vende omnia, quæ habes; & eme pretiosum istud margaritum. Sic tibi veritas chara super omnia; sine veritate, omnia nihil sunt: Veritatem tene, & tenes omnia, nec quidquam sit in mundo quod pluri facias, quam veritatem, quæ est sapientia, doctrina, intelligentia, & profectu salus vera. Hæc est aqua viua sum excutens, perfecte facians. Propicerea bene muliero missa aqua putei, relicta hydria, tota est in euulganda salute, quoniam qui vere sapiens est & saluus, cunctos exoptat esse sapientes & saluos; teste Salomone, qui dixit. *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus gaudebit tecum, cor meum, & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.* En alienæ salutis zelus, & ardor? Non hortatur modo, nõ

10

Pro. 1.16

Pro. 23.23

Pro. 23.15

insistit iugiter, non multipliciter tantum docet: sed gaudium sentit, sed exultat mirabiliter de profectu nostro.

Mat. 12. 34 *Gaudebit inquit tecum cor meum: exultabunt renes mei, si sapiens fueris.* Vbi & hoc vides quod ex abundantia cordis os loquitur, nam qui sapiens est, recte loquitur & sapienter. Ita mulier, ita Samaritani, ita super omnes Saluator ipse, qui est ipsa sapientia, & hoc adeo ut non sit sapientia, vbi est mendacium, & peruersa loquutio. Quod innuit Sapiens illo proverbio. *Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.* Vbi manifeste apparet scientia opposita esse verba iniqui. Hic autem videmus quoque quanti Deus scientiam faciat, quando oculi eius in illam respiciunt veluti in illa delectati, easque custodiunt & conseruant. Contra vero iniquorum verba subuertit, malitiamque persequitur, iniquitatem & ignorantiam.

Pro. 22. 12 *Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.* Vbi manifeste apparet scientia opposita esse verba iniqui. Hic autem videmus quoque quanti Deus scientiam faciat, quando oculi eius in illam respiciunt veluti in illa delectati, easque custodiunt & conseruant. Contra vero iniquorum verba subuertit, malitiamque persequitur, iniquitatem & ignorantiam.

Restat videre prater ea explicatius, cur, aut quomodo huiusmodi sapientia salutem tribuit: hoc nihilominus docemur in Euangelio: *Domini est salus.* Hoc planum est, & in nullo alio aliquo est salus, hoc quoque perspicuum. Ergo *acceditis ad Deum, & salu eritis:* Ecce Psaltes. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Ille pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus suis saluauit eum.

Psal. 3. 9. *Domini est salus.* Hoc planum est, & in nullo alio aliquo est salus, hoc quoque perspicuum. Ergo *acceditis ad Deum, & salu eritis:* Ecce Psaltes. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Ille pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus suis saluauit eum. Quod dicit. Illuminamini, intellige, eruiimini de tenebris tribulationum vestrarum, ut exortum sit in tenebris lumen oculis vestris: saluati de omnibus tribulationibus vestris. At quis audeat accedere ad Deum, ut salutem consequatur? sacerdotibus ingressuris ante Deum, vinum interdicitur, ne forte

Leui. 10. 9. *inquit moriamini. Quis ergo poterit stare in conspectu Domini Dei Sancti huius?* Christus dicit: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Quid trepidamus talem habentes mediatorem, per quem habemus accessum in gratiam istam? Apostolum audiamus: *In Christo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius.* Sic bona ista mulier per Christum ad Deum vsque peruenit. Quapropter de cultu Dei inter eos factus est sermo, quo Deo appropinquamus: Et verum cultum docuit ipsa veritas, quo veri adoratores Deum adorant in spiritu & veritate. Quia in re quod salus consistat, tunc dixit. *Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudeis est.* Vides, quod tibi & inde salus est, vbi est scientia: Scientia (inquam) qua Deus cognoscitur, & vere adoratur? Dominus Iesus itaque cum nos ante Deum ducat & sistat, ipse vere Saluator noster est. Ideo Apostolus: *Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Felix haec mulier, cui datum est, ut Christum reperiret, cognosceret, audiret, mediatoremque haberet, per quem audiret illi ad Deum essent patens. Gratiam istam non habuit a progenitoribus suis, quorum vnusquisque adorabat Deum suum; non a populo suo, qui adorabat, quod nesciebat. Christus illi annunciauit omnia; omnia contulit, salutem, pacem, vitam aeternam.

sum in gratiam istam? Apostolum audiamus: *In Christo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius.* Sic bona ista mulier per Christum ad Deum vsque peruenit. Quapropter de cultu Dei inter eos factus est sermo, quo Deo appropinquamus: Et verum cultum docuit ipsa veritas, quo veri adoratores Deum adorant in spiritu & veritate. Quia in re quod salus consistat, tunc dixit. *Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudeis est.* Vides, quod tibi & inde salus est, vbi est scientia: Scientia (inquam) qua Deus cognoscitur, & vere adoratur? Dominus Iesus itaque cum nos ante Deum ducat & sistat, ipse vere Saluator noster est. Ideo Apostolus: *Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Felix haec mulier, cui datum est, ut Christum reperiret, cognosceret, audiret, mediatoremque haberet, per quem audiret illi ad Deum essent patens. Gratiam istam non habuit a progenitoribus suis, quorum vnusquisque adorabat Deum suum; non a populo suo, qui adorabat, quod nesciebat. Christus illi annunciauit omnia; omnia contulit, salutem, pacem, vitam aeternam.

Sed nunquid & nos beati non sumus, vocati in gratiam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ Filiorum Dei? certe si digne ambulamus vocatione, qua vocati sumus, si quae sunt mundi, relinquamus omnia, ut Deo fruamur, salui erimus. *Vera salus à veritate procedit, aeterna salus à firmitate procedit. In lege Dei veritas est, & firmitas.* Lex ergo qui sibi adherent saluat, qui illam observant, haurient salutem a Domino. Fac ergo opus legis, & saluus eris. Ostendi, qui operantes iniquitatem, saluos futuros arbitrantur; qui terra haerentes, caelum se putant conscendere; qui recedentes à Deo recipi autumant in aeterna tabarna-

Eph. 3. 12

Heb. 7. 16

14

Hortatio.

Rom. 7. 12

Matt. 21. 13. tabernacula. Cur qui mittuntur in tenebras exteriores, ligantur manibus & pedibus? ligatio ista testimonium est & signum quoddam causæ, propter quam illuc mittuntur, quia nec bene operati sunt nec ad Deum accesserunt, sed male operantes steterunt à longe. Quid, quid inuuit rursus ista ligatio? mala fuerunt illorum opera, viam iniquitatis ambulauerunt. Ne igitur se putent posse proficere quod male vixerunt: ligatas habent manus & pedes, vt sciant, quod desiderium illorum peribit, vt non præterea valeant male egere. Ideo ligantur manibus & pedibus. Adde, quod & hac ligatione significatur finitum esse tempus merendi per bona opera salutem æternam. Ergo nulla vltimus spes. Ergo in inferno nulla est redemptio. Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Ergo dum soluta sunt manus, leuemus illas ad mandata Dei, ad preces Dei. Ergo dum via patet ambulemus, & curramus viam mandatorum legis: Veritas ad operandum, legis firmitas ad sumiter procedendum instruit operantes. Non satis est iter capere, non opus aggredi, non paulisper conari. De Noemi reuersura ad populum suum de regione Moab, vbi decem annis morata fuerat, scriptum est: *Egressa est itaque de loco peregrinationis cum vtraque nuru; & iam in via reuertendi posita in terram Iuda; dixit ad eas: Ite in domum matris vestrae, & osculata est eas. Qua eleuata voce flere cœperunt, & dicere. Tecum pergemus ad populum tuum, restitit illa ostendens illas, si secum pergerent, commodum vllum non fore inueniunt. Sed quid? eleuata igitur voce rursus flere cœperunt. Orpha sic vocabatur vna) osculata est socram, ac reuersa est. Ruth (sic altera vocabatur) adhæsit locui suæ, ostendens non commodum spectare, sed amore ad illam superari. Hæc quot iam carpunt, incipiunt bonum opus, feruentes se demonstrant, & reuertuntur tamen. Non sic Ruth. Et*

propterea digna facta in qua impletur efficax illa imprecatio. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Qui sic perseveranter ad Deum veniunt sub vmbra alarum eius vere in salutem, & huius vitæ, & æternum potestantur. Mitte excusationes in peccatis, ne culpes infirmam carnem, fallacias diaboli: Te ipsum accusa. Et *Pro. 24. 12.* audi Sapientem: *Si dixeris, vires non suppetunt: Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit reddet que homini iuxta opera sua.* Seruator tuus est Deus ipse Liberator atque Saluator; nouit ipse vires nostras, & imperfectum nostrum vident oculi eius, quod potes peti, quod non potes præbet, & sic saluaris in Domino. Ergo *Eccl. 9. 10.* quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, vt spiritus saluus sis in die Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria nunc, & semper.

MORALE.

OVtinam quemadmodum mulier Samaritana, ciuitas Samaritana, ¹⁵ *Isa. 9. 2.* populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam simul atque illuxerunt coruscationes eius super terram, non aliter nos, qui etiam dicimus, quia videmus, videremus hanc beatam lucem, qui tandem illuxit nobis. Mulier hæc simul vt ex reuelatione secretorum suorum cognouit hominem hunc Prophetam esse, ipsum interrogauit de diuino cultu, cupiens intelligere, vbi nam D E V S esset adorandus. Vbi ex ore illius audiuit: *Ego sum Christus*, illico credidit propter quod & locuta est, prædicans: *Venite, & videte.* Quam credendi facilitatem etiam ab exordio sermonum D E I ostendit petens à C H R I S T O, qui obtulerat illi aquam viuam. *Domine da mihi hanc aquam.* Samaritana plebs ad mulieris vocem statim ad fidem se crexit;

- erexit; sed ex confortio sermonis Christi tantopere profecit, ut mulieri iam diceret. *Non propter tuam loquelam credimus: Ipsi enim adiuuimus, & scimus, quia hic est uere Saluator mundi.* Heu & nos quamdiu sumus in Christo per fidem eius? quam saepe ac iugiter uocem mulieris adimus non illius, quae fuerat adultera, sed liuius, quae gloriosa est non habens maculam, neque rugam, quae est sancta, & immaculata, quae sole amicta est & ligna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim domina mundi & Angelus coronat & docet nos continua Ecclesia sancta Dei clamans, non habens requiem die ac nocte! *Ambulate digne Deo. Si populus Dei esset, super quos inuocatum est nomen eius. Si serui Dei, uocati serui ab eo qui nos uocauit in admirabile lumen suum. Si filij Dei accipientes spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba Pater. Ambulate digne Deo.* De veteri populo scriptum est, & dictum est illi: *Dominum elegisti hodie ut sit tibi Deus, & ambules in uia eius, & obedias eius imperio.* Et Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris: & custodias omnia praeccepta eius. Ergo si Dominus est Deus noster, nos autem populus eius, tunc digne ambulamus in uocatione, qua uocati sumus, quando illius paremus imperio, custodientes omnia praeccepta eius. Nunquid ergo in auditu auris obedimus illi? Num digne Euangelio Christi conuersamur? An magis stultifumus, & tardi corde ad credendum? tardi manibus ad operandum? tardi pedibus ad proficiendum? & non tardat tamen Dominus venire ad nos, uocare absentes, suscipere reuertentes, honorare obediētes.
- 16 Audis in Ieremia: *Locutus sum ad uos de mane consurgens, & non obedistis mihi. Audis uocem Patris familias; Excito in plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & eccos, & claudos introduce huc: Et ait seruus, Domine factum est ut imperasti.* Vides uelocitatem in imperio, & in obsequio? Imperat, exit cito. Vix imperatum est, & nunciatur factum: *Factum est, ut imperasti.* Et non audimus eiusdem Patris uocem illam. Cito proferre stolam primam: Nescit tarda malimina Spiritus sancti gratia: Nos uero tardi sumus ad obediendum. Vix pulsauit ad ostium DOMINVS, & aperuerunt illi mox Samaritani, & ita uenit Iesus in ciuitatem Samaria. Quid putas, dixit Iesus discipulis suis? *Nonne uos dixistis quod adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Ego autem dico uobis: Leuate oculos uestris, & uidete regiones, quia albae sunt iam ad messem?* Naturam praenuntiat gratia; distet materialis messis menses adhuc quatuor, instat iam spiritualis: exierant enim de ciuitate & ueniebant ad eum. Haec regiones sunt albae ad messem generationes dispositae ad credendum. O dignum exemplum, quod attendamus, quod expendamus, quod amplectamur. Cur tanta, quae so, negligentia nostra? cur tarditas & ostantia? Puto quod non lento gradu incederet populus per mare rubrum, non forte aquis improviso obrueretur. Et erant tamen illi, iubente Deo, aquae pro muro. At quis tibi pollicitus est quod hoc mare magnum & spatiosum, ubi spatiosa uia est perditioni, & multi ambulat per eam, ster, & non fluat super te, ne tempestas demergat te? quin potius stabit Spiritus Dei, & fluent aquae ad operiendum incautos, securos, contemnentis. Ita enim scriptum est. *Uidi eos qui operantur iniquitatem stans deo perisse, & spiritu ira eius esse consumptos.* Ita contra Aegyptios cantatum est: *Flauit Spiritus eius, & operuit eos mare, & submersi sunt in aquis uehementibus.* Hi sunt, hi sunt (inquam) qui submerguntur in diluio aquarum multarum, qui confident in nihilo, qui labenti adherent, qui amant periculum, qui ubi omnes pereunt, non se periculosos arbitrantur, qui

Luc 11.11
Amb.

Exo. 14.11

Matt. 7.13

Ps 147.18

Job 4.7

Exo. 15.10

eur, qui vocati renunt, vel differunt de die in diem, donec diluuium veniat, vt auferat omnes. Expergiscimini ebrii, quid dormitis? Ecce venit hora, vt dispergamini, & confundamini, & submergamini. Venit hora, & nunc est reddendæ rationis talentorum. Quid ergo moram trahitis? quid procrastinatis? Quid agitis quoduis aliud præter id, cuius causa, creati estis, vocati estis, baptizati estis, & in domo Dei hæctenus estis conuersati.

17 Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. Si causeris, & dicas: *Mandatum Dei in celo situm est: Quis nostrum valet ad caelum ascendere, vt deserat illud ad nos, & audiamus, atque opere cõpleamus.* Stultus es, quia excelsa stulto sapientia, alta procul posita, longè absens, superas vires nostras, excedens facultatè, qui sic cogitas, stultus est. Nū excelsa fuit mulierisa maritana, & populo eius? Nunquid non venit Iesus in ciuitatē Samaria? Nunquid non expectauit mulierem ad pureū? Nunquid nō occurrit ad se venientibus Samaritanis? Nunquid apud illos nō mansit duos dies? Optantibus illam occurrit sapientia, quasi mater honorificata. *Honorifica tu illam, scias pretium eius quoniam omnium aurum in comparatione illius arena est exigua, & obuiabit illa tibi, quasi mater.* Mulier Samaritana, quod opraret sapientiam, inde scimus, quod simul atque Christum intellexit esse Prophetam, de diuino cultu fecit interrogationem: quod de sapientia cogitaret, verba eius apertè manifestant: *Scio (inquit) quod Messias venit.* Expectatio ista Messia: nunquid non erat initium sapientia: si verū dicit Salomon: *Da sapientiam occasionem, & addetur ei sapientia.* Addita sapientia Samaritanis, qui dixerunt: *Iam non propter loquelam tuam credimus. Ipsi enim audiuiimus & scimus, quia hic est verè Saluator mundi.* Ostendit iam illos aliqua ex parte fuisse sapientes, expectantes videlicet cum desiderio Saluatorem mundi. Propterea ergo Christus Dei sapientia, quasi mater honorificata, quæ apud illos erat existimationis maximæ, illis occurrit, illis obuiavit, illis benigne subuenit citans, potans, satians, saluus. His ergo, qui

Tom. I. Boili nani.

non fuerunt stulti, sed Sapientes, nō excelsa fuit sapientia, sed proxima quasi mater: *non enim obuiisci potest mulier infantem suum. Sapientia autem filius suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se.* Heu & nos, qui propter tempus deberemus magistri esse & doctores sapientes, in tenebris versamur, pleni insipientia & insensati. In schola sapientia sumus semper discentes, sed pauci ad scientiam veritatis peruenientes, lutum sapientia: præponentes, umbras veritate pretiosiores existimantes, tenebras magis quàm lucem diligentes. Quis clamoribus possit à mente hominum hanc discutere insipientiam? *Audite, & intelligite. Adhuc vos sine intellectu estis: non intelligitis: non percipitis corde?*

18 Audiuntur forsitan excusationes in peccatis. Caro sumus, dissipata sunt ossa nostra, absque fortitudine ambulamus à facie tribulantis. Quis stare poterit in cõspectu Domini Sancti huius? vbi nobis tanta sanctitas? vbi tanta virtus? vt dignè simus qui stemus ante Deum? terram incedimus, terram colimus, pro pane laboramus. Illis data est lex, qui manna fruebantur. Illam ipsi promiserunt, nondum experti hostium bella, sudores vultus, panem doloris. Ecce quod in laboribus declinauerunt à lege. Sic loqueris stulte? sic cogitas? sic viuus? eiusmodi sunt mores tui, quasi innocens, propter infirmitatem carnis tuæ? Num aduertisti Salomonis verba. In porta non aperiet os suum? Aperi nunc os tuum ad excusandas excusationes in peccatis. In porta, vbi sedent senes in iudicio, quando proserationem vnusquisque reddet Deo, obmutesces. Quia sic definitum est: *vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.* In tempore isto, subiectionem hanc respuis, subtrahis te ab imperio Dei, quasi graui, & intolerabili propter imbecillitatem nostram, propter onera graua & importabilia, quæ nobis imponit mundus, a cuius seruitute absolui non possumus. Tunc dico, in porta (inquam) in iudicio os suum stultus non aperiet. Dicit nunc Excelsa mihi est sapientia, grauis est ad portandum. In illo tempore, in illa die, in illa hora, quid dicat nō habebit, nō aperiet

V riet

- Osa 6. 5.* Siet os suum. *Iudicia eius quasi lux egredi- entur. Tunc manifesta erunt abscondita cor- dis nostri, pondera operis, vires operantis, subsidia Dei auxiliantis.* Fac nunc, prætende, valeant excusationum velamina, omnia nuda tunc erunt, aperta omnia, omnia
- Mat. 12. 41* reuelata facie discooperiuntur. Viri Nini- ue surgent in iudicio. Samaritæ clama- bunt contra insensatos, ac duros: & quid poterit responderi ad increpationes Ruth Moabitidis? Nata puella hæc ex gentibus, educata inter gentes, quæ ignorabant Deum, quæ seruiebant idolo Chamos, mo- rum fuit eiusmodi, vt digna redderetur, quæ a Deo vocaretur in sui obsequium, quæ a Sapientibus laudaretur, quæ Deo gra- ta esset, & hominibus, quam Christus eli- geret in matrem secundum carnem. Num audiuit illa prædicantem Apostolum? Do- ctorem iustitiæ Christum? num frequens Euangelij lectio & annunciatio lumen il- li fidei suggererat? & tanta tamen euasit, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, propter charitatem & constan- tiam & obedientiam. Vnde illi tanta chari- tas, vt focui suæ sic adhereret, vt hortanti
- Ruth 1. 16.* illi recessum, responderet. *Ne aduerseris mihi, vt relinquam te, & abeam, quocum- que enim perrexeris pergam?* & c. Vnde illi tanta constantia, vt iuraret: *Hæc facias mi- hi Dominus, & hæc addas, si non sola mors me & te separaueris?* Vnde illi tanta obedi- entia, vt nihil nisi ad nutum focri face- ret? *Si iubes* (inquit) *vadam in agrum, & colligam spicas.* Et ab illa docta, quæ perficere debuisset, respondit. *Quidquid præce- peris faciam?* Quod excusa sponsa facta est Booz hominis potentis & magnarum opū. Sit sit mulier ista, quæ est mater Christi, ma- ter Christianorum, norma, exemplar, spe- culum. Alioqui, quid respondebitis in por- ta videntes in aliena muliere tot, tãtas vir- tutes; a se sibi comparatas, etiam in terra a- lienarum gentium, vbi nesciebatur lex, vbi non erant sacerdotes Dei, vbi ad malum potius trahebant omnia, quam ad bonum? Audio clamantem Deum ad populum su- um: *Audite me duro corde qui longè estis à iustitia.* Cur duri? quia dura certice Spiri- tui Sancto resistebant: qui illos per Pro-

phetas vocabat ad iustitiam. Et vt magis premat Deus, illis anteponebat exemplum A- brahe, qui, vt auis velox, mox vocatus ven- nit de terra longinqua in obsequium Dei. *Isa. 46. 3.* *Deus (inquam) vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* *Eccli. 10. 1.* *Audite ergo & nò sitis duro corde. Quia cor durum, habebit malè in nouissimo: & qui mentis est dura, corruet in malum.* Qui au- tem velox est in bono opere, vt vir volun- tatis Dei, cui ad nutum obsequens est, ille dignus erit, quem videret Dominus, qui stet in conspectu Domini & ad mensam illius, etiam in capite: Quia scriptum est: *Vidisti virum velocem in opere suo: coram Regibus stabit, & datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in ater- num.* Amen. *Eccli. 11. 7.*

FERIA II. DOMINIC.
DE SAMARITANA.
CONCIO PRIMA.

Esto consentiens Aduersario
tuo. *Mat. 5.*

ARGVMENTVM.

Qui sint aduersarij nostri, Quomodo cum eis sit versandum. Amputanda occa- siones mali. Mortificanda caro. Ratio- nes nos mouentes ad obediendum huic præcepto, & omnia optimè.

MAGNA Sapientia est scire qui- buscum vitã degere & actus dirigere debeamus, quare ratione cū vnoquoq; tractã- dū sit. Propterea Sapiens plura arceat à nobis hominū genera, vetas, ne cū illis de quibusdã specialib. negotiis studio- se agam. Vnde ironice loques ait: *Cū viro irreligioso tracta de sãlitate, & cū iniusto de iustitia.* Ac de multis similib. pergit admo- nere, vt ab hoc, & ab illo, hac in actione, & in illa rem nò habemus vllò pacto. At verò de omnibus concedit cum viro sancto nos agere. Et quoniã magnæ Sapientiæ hoc est opus, ad quæ agrè ingenium suppetit & vires huma-

humana, nos docet ad Deum confugere, vt ipse in omnibus huiusmodi noster sit ductor: *Et in his omnibus* (inquit) *deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.* Quis enim viam veritatis eligere atque secernere possit in tanta hominum quoad naturam, & complexionē, quo ad mores, quo ad actiones, & propensiones varietate? Ideo deprecandus Deus, vt nos semper dirigat in viam rectā, docens quos familiares habere, quos velut alienos arbitrari, quae ratione cum his, aut cum illis sit nobis agendum. En quanta animi attentione doctrinam, quā hodie nobis exhibet Dominus, excipere nos conuenit, in qua nos ita molitur sapientes facere. Dicit enim: *Esto consentiens aduersario tuo. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū; & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam.*

1 Vbi ad duo hominū genera omnes colligit, nempe ad Aduersarios & ad Amicos: quid cum alterutro agendum nobis sit, appetē explicans atq; distincte: Et hoc profecto mirabiliter, vt hæc paradoxa superficialitatis esse videantur. Iubet enim vt Aduersariis cōsentiamus, Amicos abiiciam⁹. Nam per oculum, qui dirigit, p̄ manū, quæ adiuuat, illos significat, qui nobis chari sunt, & necessarii, ex quibus plurimū hauriamus emolumentum, quasi oculus sint, & quasi manus, iūq; dexteri. Quod vt faciam⁹, idq; rectē, prudētē, & vtiliter, addit rationem; q̄ simul prouocet ad opus, modumq; præostendat, quo ad illius executionem accedamus. Ne (inquit) si non consentias Aduersario, mittaris in carcerem: & si scandalizantem oculum, vel manum, non abieceris, mittaris in gehennam. Quis n. non libenter ac diligenter effugiat carcerem & gehennam? hæc est excitatio. Eatenus vero & Aduersario præstandus est consensus, & cauendum est a Necessario, quatenus hæc, si non fiant, mittant in carcerem & in gehennam.

3 Primum itaq; prosequentes, tria videmus: *Quis sit aduersarius. Qualis consensus habendus sit cum illo, & Quæ ratio à nobis consensus istum suggerit.* Ad primū, vt vere & secure intelligamus, quis Aduersarius

noster sit, quouē pacto illi consentire debeamus, Apostolum Paulum, in quo Christus loquebatur, audiamus, qui scribens ad Galatas ait: *Per charitatem Spiritus, seruite* Gal. 5. 13.

inuicem Omnia n. lex in uno sermone impletur. Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Quod si inuicem morderis & comeditis, vide te ne ab inuicē consumamini: Quibus verbis ostenditur vnus Aduersarius. Alius itē

16. *dum pergit: Dico autem Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis: Caro enim concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus Carnem. Hac enim sibi inuicē aduersantur, vt nō quæ unq; vultis illa faciat:* Ecce secundus Aduersarius. Ad tertiū ducunt sequentia verba Apostoli: *Quod si*

18. *spiritu ducimini, non estis sub Lege: Manifesta sunt autem opera Carnis, quæ sunt fornicatio, & immunditia, &c. Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, &c. Aduersus huiusmodi non est Lex:* Ecce tertius Aduersarius. Primus ergo est proxim⁹

offendens de quo dixit: *Si inuicē morderis.* Et Dominus: *Diligite inimicos vestros.* Secundus est Caro & Spiritus, qui sibi inuicē aduersantur: *Caro n. (inquit) concupiscit aduersus Spiritum.* Tertius est Lex, q̄ si non est aduersus fruct⁹ Spiritus, vt dicit Apostol⁹, cōsequēs est, vt aduersaria sit operib⁹ carnis.

4 Sunt autem hi tres Aduersarii inter se ita cōiuncti, vt vbi primus est, sint reliqui duo pariter aduersantes. Vnde enim proximum offendisti; nisi quia Spiritui resististi, carni obsequens? Innuit hoc Apostolus dicens: *Vos enim in libertatem vocati estis Fratres, Gal. 5. 13.*

tantum ne libertatē in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus seruite inuicem. Vide oppositionē Carnis & Spiritus.

In occasionem Carnis, sed per charitatem Spiritus? Quid verò agit Spiritus? sed per charitatem Spiritus seruite inuicem. Huic

mutuæ seruituti secundum Spiritum quidnam aduersatur? subdit Apostolus: *Quod si inuicem morderis & comeditis.* Aduersari igitur proximo cum illius offensione,

hoc est secundum Carnē. Ergo qui habet aduersarium proximum, habet & Spiritū.

A proximo ergo cœpit Paulus, & ad Spiritum progressus est: deinde ad Legem.

Nam posita oppositione operum Carnis &

& admirantur. At verò pauperi contraria eueniunt, quidquid facit quidquid dicit, calumniis obnoxium est, contemptui, denisui, despectui. Et propterea, si expiletur à diuite, non est, qui consoletur aut manum porrigat adiutricem. Is ergò solus aduersarius à Domino designatus est, qui iustam aduersum te habet querelam.

Ergò iuberis illi consentire, vt hoc illi præstes, quod debes, & ab eo ne auertaris. Nam si conuersus fueris ad eum, dicens: *Pœnitete me, & prænitentiam agens; tunc & ipse iubetur tibi remittere, vt Christiana pax sequatur & amicabile reconciliatio.*

Quæ consensus, vt probe quomodo adhibendus sit intelligamus, singula huius præcepti verba diligentius expendamus, simul cum præcepto illius rationem considerantes. *Hæc (inquam) faciendum est: ut, ne sol occidat super iracundiam vestram.*

Vnde & prius vult Deus reconciliationem, quam oblationem. Ira, ignis quidam est comburens atq; consumens: Vnde & diffinitur: *Accensio sanguinis circa cor: quapropter & huius flamma fumus è naribus egreditur.* Propterea & per eorum ad Deum translationem, quæ nobis eueniunt, dicitur in Psalmo: *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensis sunt ab eo.* Carbones nigri sunt, & aprissimi ad succendendum: Isti sunt peccatores denigrati super carbones propter tenebras & maculas iniquitatum: apti propter eorum demerita ad excipiendam flammam iracundiæ eius. Hi ergò ab ira furoris eius, & à flamma ignis succenduntur. Sic patet iram, ignem esse: At ignis iste deuorans est, si cito non extinguitur: & verè est sicut ignis in spinis, & flamma comburens montes, portata à vento furoris & iracundiæ. Ne ergo deuoret, & destruat subiectum suum, & materiam, in qua ardet, nempe hominem iracundum, cito illum excutiat de sinu suo.

Quis enim si scintilla saltes in sinum eius, non repente excutiat illam? Nunquid (ait Salomon) potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Quapropter nisi stultus esse non potest, qui hoc facit. Hinc in alio libro idem Salomon: Ira in sinu stulti

requiescit. Itaque esto consentiens aduersario tuo cito. Eccl. 7. 10.

Dum es in via cum eo. Hic rationem aperit, quam obrem & consentiendum. Aduersario sit, & cito consentiendum. Ratio consentiendi hæc est: *Ne forte iradas te aduersarius Iudici, & Iudex iradat te ministro, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Cur item cito faciendum sit, hæc est ratio. *Dum es in via cum eo.* Simul ergo vtriusq; rationem prosequamur. Vbi primum considera, qd dum in vita sumus, in via sumus. Neq; enim hic habemus ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, & ideo aduenæ sumus & peregrini. Vnde homo nunquam in eodẽ statu permanet, 15. similis rotæ, quæ ab aqua sicut à vento circumfertur & velociter currit. Cur putas per desertum, & loca arida, inaquosa, sterilia, lapidea Deum duxisse populum? Absq; dubio ne delectaretur in via, & Diuinæ promissionis obliuisceretur. Vnde neq; necessaria ad vitam ex his locis habere permittit, ne prorsus affectu modo aliquo illis adhereret. Idcirco manna pluit illis de cælo: & si eduxit aquam de petra, docuit petram riuos aquarum non habere in se, sed vigorata & aucta virtute ex alto propter videlicet Verbum Dei, de quo facta est iussio illa. *Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquas.* Locutio illa, sermo ille, verbu istud, quod est Verbum Dei, illud est de quo dictum fuerat: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* & Matth. 4. 4.

Ita scirent ea, quibus vtrentur ad vitam, non terram illam, non loca illa, sed solum Deum habere authorem, vt discerent; non terræ sed Deo adherere bonum esse, iis qui viuunt in terra deserta, inuia, & inaquosa. Quid ergo inspiens tu terram colis, non cultura laboris, sed cultu honoris? quid veneraris, qd pedibus calcas? via est hæc, qua graderis, quam calcas pes tuus ambulans super terram, & terram tamen superponis capiti tuo, ingrediens fossam, & dicens montibus: cadite super me: vide quid expectes si montes cadant super te: nam lapis super quem ceciderit, conteret eum. *Tu quod amas, ponis super cor tuum,* Matth. 23. super 44.

Exod. 16. riuos aquarum non habere in se, sed vigorata & aucta virtute ex alto propter videlicet Verbum Dei, de quo facta est iussio illa. *Num. 20. 8.* *Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquas.* Locutio illa, sermo ille, verbu istud, quod est Verbum Dei, illud est de quo dictum fuerat: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* & Matth. 4. 4.

Ita scirent ea, quibus vtrentur ad vitam, non terram illam, non loca illa, sed solum Deum habere authorem, vt discerent; non terræ sed Deo adherere bonum esse, iis qui viuunt in terra deserta, inuia, & inaquosa. Quid ergo inspiens tu terram colis, non cultura laboris, sed cultu honoris? quid veneraris, qd pedibus calcas? via est hæc, qua graderis, quam calcas pes tuus ambulans super terram, & terram tamen superponis capiti tuo, ingrediens fossam, & dicens montibus: cadite super me: vide quid expectes si montes cadant super te: nam lapis super quem ceciderit, conteret eum. *Tu quod amas, ponis super cor tuum,* Matth. 23. super 44.

Deut. 8. 3. *sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* & Matth. 4. 4.

Ita scirent ea, quibus vtrentur ad vitam, non terram illam, non loca illa, sed solum Deum habere authorem, vt discerent; non terræ sed Deo adherere bonum esse, iis qui viuunt in terra deserta, inuia, & inaquosa. Quid ergo inspiens tu terram colis, non cultura laboris, sed cultu honoris? quid veneraris, qd pedibus calcas? via est hæc, qua graderis, quam calcas pes tuus ambulans super terram, & terram tamen superponis capiti tuo, ingrediens fossam, & dicens montibus: cadite super me: vide quid expectes si montes cadant super te: nam lapis super quem ceciderit, conteret eum. *Tu quod amas, ponis super cor tuum,* Matth. 23. super 44.

Matth. 23. *Tu quod amas, ponis super cor tuum,* super 44.

super 44.

Psal. 9. 39. iudicium est. Iudicat pupillo & humili: iudex est viduarum. Iudicat populum in iniuria. *Psal. 71. 4.* *Psal. 36. 14.* stitia, & pauperes in iudicio. Iudicabit pauperes populi. & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem: eripiet inopem de manu fortiorum eius, egenum, & pauperem a diripientibus eum.

Matth. 13. 41. Et iudex tradat te ministro. Non potest pauper se ueritatem calumniis hominum, a violentiis, ab offensionibus, ab insectationibus. Sed habet iudex ministros potentes virtute, facientes verbum illius. Nam mittet Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. & mittent eos in caminum ignis.

13. Iste est, potestatem habens, qua valet virtute inrumperet iniquitates, ministros habens, & obsequentes, & intentos ad audiendam vocem sermonum eius, & veloces ad faciendam voluntatem eius. Hunc ergo time, qui potest & animam & corpus mittere in gehennam.

Psal. 102. 20. *Luc. 12. 5.* 13. Et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimū quadrantem. Hic primum attende, quod hic supponitur te debitorē esse; Donec (inquā) reddas. Ne ergo dicas: oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat in finem. Secundo attende, quod omnino redditurus es.

Matth. 5. 18. Quia iota unum, aut virgula apex nō prateribit à Legē donec omnia fiant. Iubet autem, ut qui defraudauit, reddat aliquando etiā in quadruplū. Et monet Apostolus: Reddito omnibus debita. Nec putes aliter omnino, euadere posse, nisi reddendo, quod debes. Tertiō attende, quod in hac vita id reperitur, quo a te offensum proximum possis compensare. Ideo enim iuberis illi reconciliari, dum es in via cum eo. Neque enim plus quam potes, exigeris. Ne ergo tardes, dum habes vnde reddere possis: Esto consentiens cito. Non enim hac habebis semper, quia Dominus auferet à te villicationem, & nudus abibis ex hoc saculo. Non habebis iugiter potestatem.

Exod. 12. 2. *2. Reg. 12. 6.* *Rom. 13. 7.* Quarto attende, quod egressus, te solum, qui egressus eris, habebis ad reddendum; ideo erit contra te, actio personalis. Ideo mittens in carcerē, vt luas in teipso pœnas debiti tui. O infelices! audite

Luc. 16. 3. *Iob. 1. 21.* *Psalm. 27. 24.*

Salomonem: Redemptio anima viri, diuitia eius. Dum has diuitias habetis, redimat vnusquisq; animam suam de manu Aduersarij. Diues est vnusquisque, dum graditur viam vniuersæ carnis, quia non permittit Deus, vos exigi super id, quod potestis. Cito, cito; Ne dicas, cras dabo tibi. Nescis enim quid erit in crastino. Fortè enim hac nocte animam tuam repetent à te. Repetent (inquam) quia non tu ipse es creator Spiritus. Quid enim habes, quod non accepisti? si autè accepisti, repeteris, qui dedit, cui propterea debitor es. Cito igitur da, cū statim possis dare. Nam si expectes diem ultionis, quando videlicet mittaris in carcerem, tunc non proderunt diuitia: in die ultionis, quia non ultra erunt in manu tua: vt dicere valeas: Si aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Quinto attende, quod nulla erit euasio, vt possis non soluendo liberari, nam mittens in carcerem, & non exies inde donec reddas. Dei statutum est, quod preterire non licet magis quam decretum Perfarum & Medorum, cui & Rex ipse, qui fecerat, obstrictus erat. Iudicia Dei recta, ideo mandauit ea in aeternum. Nonne dixit Deus: Et non parcat oculus meus, & non miserebor? Quando hæc erunt, tunc certum iudicium erit sine misericordia iis, qui non fecerint misericordiam, & iudicium, & iustitiam.

Sexto demum attende, quod plena facienda est restitutio, vsq; ad nouissimū quadrantem. In via id, quod potes, exigeris, & multa quoque sit remissio, si pœnitentiam agas iuxta vires: At in futuro sæculo reddendum est vsq; ad nouissimū quadrantem. O stupor! ô mirabile dictum! Nil ultra habebit homo, quam seipsum, animam videlicet & corpus, quæ duo mittet Deus in gehennam: Num ergo his duobus pœnas iustinentibus reddetur vsque ad nouissimū quadrantem? Proferus. Nam veritas Domini manet in aeternum. Qui legem statuit omnipotens Deus, tantæ capacitatis fecit animam rationalē, & corpus eius, vt quantauius quoruus commiserint scelera in hac vita, possint iustas pœnas dare in hoc futuro seculo, vt reddat vsq; ad nouissimū quadrantē.

O homo.

Prou. 13. 8. *Prou. 3. 28.* *Iac. 4. 14.* *Luc. 12. 20.* *1 Cor. 4. 1.* *Prou. 11. 4.* *Luc. 19. 8.* *Dan. 6. 15.* *Ezech. 5. 11.* *Iac. 2. 13.* *Psalm. 116. 3.*

bere conuenit: Nam postmodum ad inimicitiam conuertuntur. Quanto igitur magis ab his summo perē cauendum est, qui sub pretextu amicitiae, damnnum inuehunt in animam nostram damnationis aeternae! Sic ergo loquitur Sapiens: *Omnis amicus dicit: Et ego amicitiam copulaui.*

Eccl. 37. 1.

Sed est amicus, solo nomine amicus. Communiter solent homines amicitiam iactare, amicos se profiteri & praedicare; sed non omnes verē amici sunt, sed dumtaxat nominatenus. Habent nomen, habent apparentiam, pretextum habent amicitiae; sed non factō & resunt, quod esse praeseferunt. Ideo sequitur: *Nonne tristitia inest vsq; ad mortem*: Sodalis autem & amicus, ad inimicitiam conuertentur. Dixit amicum esse aliquem solo nomine. Hic est, qui data occasione inimicum se demonstrabit aperte: quae causa est maximae tristitiae, tantae videlicet, vt ad mortem propē deducat: Quo modo dixit Dominus: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.*

Matth. 26. 38.

18. Magnus quippē dolor est, videre se traditum ab eo, qui cum tanta videbatur esse necessitudo. Ideo & haec inter poenas necessitudo. Ideo & haec inter poenas Domini Iesu enumeratur: *Elongasti inquit à me amicum & proximum, & notes meos à miseria.* Homo pacis me in quo speraui, qui edebat panes meos leuauit contra me calcaneum suum. Ideo Sapiens sequitur exclamans: O praesumptio nequissima! Vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Praesumptionem nequissimam intelligit cogitationem affigentem, & praesumptio cruciantem, nempe magnum illum dolorem vsque ad mortem. Vnde creata es? id est, quae est causa tanti mali, quod inundat vbiq; & cooperit terram malitia, & dolositate amici conuertentis se ad inimicitiam? Simulata amicitia sub doli causa est, cur tot homines in profundum tristitiae demergantur, videntes se deceptos à simulantibus amicitiam. Quam simulationem pergit ostendere: *Sodali amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit.* Si haec deceptio, & incommodorum inuectio tantam

tristitiam creat in sensato homine, quantum debeat in nobis cautelam generare, ne per hos amicos in gehennam praecipitemur? Nonne sic eorum amicitia conuertitur in inimicitiam? Nonne sic in tempore tribulationis erunt aduersarii? O aeternam aduersitatē! Sit igitur huiusmodi amicus, oculus isque dexter, sit manus eaq; dextera: *abscinde illum, & proice abs te: pereat unum membrorum tuorum, careas emolumentis ab eo expectatis, careas familiaritate, caeterisque, quae à charis solent hauriri, ne totus ardeas in inferno.*

19.

Specialia mala, quae ab huiusmodi falsis amicis procedunt, exprimit Sapiens infra dicens: *Verbum nequam immutabit cor, ex quo* (videlicet corde) *partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita, & mors, & dominatrix illorum & assidua lingua.* Quae autē lingua magis est assidua, quam necessariorū, domesticorum, familiarium, cognatorum, eorumque omnium, quos Veritas ob maximam coniunctionem & charitatem, oculum dextrum vocat, manumq; dexteram? Nostrae aures his semper patent: Suggestunt perpetuò blanda, vtilia, commoda, & ea, quae mundus quaerit, appetit caro, venatur sensus, & fauent concupiscentiae. Haec lingua dominatrix est eorum, quae ex corde proficiuntur. Quia *verbum nequam immutabit cor.* Quae ab intimis suggeruntur, mirum est, quantum vim habeant super corda nostrae; immutant enim cor, conuertunt, auertunt, alterant, excitāt, & ad quodcunque voluerint, mouent illud. Cum ergo ex corde exeant bonū & malum, virtus videlicet & vitium & pariter vita & mors, merces videlicet & virtutis & vitij, quam cauendū est ab iis, qui potestatem habent super cor? Vide si elegantius potuit hoc demonstrari, quam per similitudinem oculi & manus? Vide si efficacius potuit persuaderi quam per comminatam gehennae poenam? Hoc & Propheta intendebat iubens: *Cave ab ea, qua dormit in sinu tuo* Nam, vt

Eccl. 37.

21:

Eccl. 37. 22

Mich. 7. 6.

Matth. 10.

36.

20.

Domini quoque docet: *Inimici hominum domestici eius.*

Haec est ratio quam obrem Patriarchae, ex quibus semen electum progenitum est,

- aded profecerunt in carnis maceratione ac mortificatione. Abraham, cui facta sunt a Deo promissiones de semine eius, diu sine filiis vixit, ita vt propè nonagenarius filium haberet Ismaelem, què cum iam puer postea fratris amorem sibi vendicasset, pater ipse iubetur abire cum matre eius. *Gen. 21. 10.* *Eiice ancillam hanc, & filium eius: instabat Sara. Durè accepit hoc Abraham (dicit Scriptura) pro filio eius. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puera. Gen. 22. 1. ro, & super ancilla sua. Omnia, qua dixeris Gen. 27. 28. tibi Sara, audi vocem eius. Sed vt ad summam carnis mortificatione adduceretur, & 42. 36. filium vnigenitum, quem diligebat Isaac iuberetur manibus propriis sacrificare. Ita quoque Isaac diligebat Esau, & tñ coactus benedixit Iacob. Haud secus Iacob doluit super perditione Ioseph, & super absentia Benjamin. In illis ergo nobis præmonstratum est, ne nobis asperum videatur carnem crucifigere cum concupiscentiis suis, aded vt si opus esset oculos erueremus. Sic Siphora ne virum perderet, filium circumcidit. Melius est modicum, quam totum perdere. Sic Moyses partem illam populi, quæ vitulum adorauerat, interemit, ne furor Domini totum exterminaret populum: Et quando sanguine etiam coniuncti Deum offendunt, eorum supplicia sicis oculis intueri debemus. Propterea Aaron à lugubribus in morte filiorum Nadab, & Abiu prohibetur.*
21. Sed de hac occasione peccandi distinctius ac pressius adhuc agamus, quæ præfcienda est ac proicienda, ne nos inducat in tentationem. Hoc docet Dominus dicēs: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam.* Hac phrasi vsus est, intendens ostendere, quod sola concupiscentia reum hominem aeternæ mortis facit, vt simul ostenderet, quod via ad talem concupiscentiam est oculus. Vnde Scriptura dicit: *2. Reg. 11. 2.* *Videntes filij Dei filias hominum, quod pulchrae essent, acceperunt sibi uxores & omnibus, quas elegerant.* Sic & Dauid, qui tante erat sanctitatis, per oculos ductus est ad Bethsabeam concupiscendam, quam concupiscentia etiam opus subsequutum est, cui operi regia potestas præbuit occasionem.

Idcirco sanctus Iob id aduertēs, ita custodiuit pupillam oculi sui, vt diceret: *Pepigit fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Visio oculorum cordis gignit cogitatione, quam sequitur delectatio, demumque concupiscentia, quæ parit peccatum, quod cum fuerit consummatum, generat mortem. Quoniam verò habilis est oculus, & à conspectu rerum concupiscentium difficile custoditur; ideo fœdus cum eis pepigit Iob, & firmiter statuit, ac si fœdus pepigisset eos compescere diligenter. Vbi dicimus, quod, quæ periculis magis exposita sunt, & in quæ facilius est lapsus atque frequentior, his maior est adhibenda sollicitudo, strictiorque ac diligentior custodia atque studium. Ided imprimis Sapiens iubet patri, vt super filia firmet custodiam.

Ex oculo enim instrumur ad vniuersa, 21. quæ occasionem præbeant transgrediendi diuina mandata. Hinc diuina illa præcepta manant de Gentibus Chananæis habitatoribus terræ, ad quam populus ingrediebatur possidendam. *Non inibis cum eis fœdus, nec cum Diis eorum. Non habitent in terra tua; ne forid peccare te faciant in me, sed seruietis Diis eorum:* Et rursus: *Ne inuis pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum Diis eorum, & adorauerint simulacra eorum, voces te quisquam, vt comedas de immolationis. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipsa fuerint fornicata, fornicari faciant & filios tuos in Deos suos.* Rursus de eisdem Gentibus renouatur præceptum in Deuteronomio: *Percusies eas vsque ad interuentionem. Non inibis cum eis fœdus, nec miseraris earum. neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo: quia seducent filium tuum, ne sequatur me.* Vides in his omnibus præceptis adiectam causam eorum: Ided enim prohibet Deus illarum gentium confortia, quia erant mulpula, quæ caperentur, & laqueus, quo illaquearentur in sceleribus & abominatibus earum. *No forid (inquit) peccare te faciant in me.* Ne cum fornicati fuerint cum

Exo. 34. 17. cum Diis suis, vocet te quisquam, vt comedas de immolatis Quia seducet filium tuum ne sequatur me.

23. Horrendum præcipitium tanti Regis, vt fuit Salomon, tam sapientis, tam deuoti, qui templum edificauerat, & dedicauerat Domino Deo suo, qui habuerat ab eo reuelationes; persuasissimum cunctis facit quam periculosa, quam noxia, quam damnabilis sit occasio peccandi. En præuaricatio huius præcepti. Rex autem Salomon adamauit, super quibus dixit Dominus: *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum.* En sequutus pessimus effectus præuisus & prædictus à Deo. *Et auertunt mulieres cor eius.* Cumq; iam esset senex,

deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo. Sed colebat Astarthen Deam Sidoniarum, & Moloch idolum Ammonitarum. Tunc edificauit Salomon fanum Chamosis idolo Moab; & Moloch, idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis. Quis tantum scelus, tam sacrilegum facinus in vno Salamone non admireretur vltra quam credi potest? Qui in iuuentute sua fuit Idida, id est amabilis Domino, cum iam esset senex deprauatum est cor eius, vt templum edificaret demonijs, vt eorum veneretur simulachra, thura incenderet, offerret victimas, cultumque eis, ac si essent veri Dij impie exhiberet.

24. Quanta est vis occasionis non euitare. Nũ. 23. 21. Hoc Diabolus probe nouerat, qui non valens per Balaam maledicere populo, eod quod quidquam non haberet in eo, cum in illo non essent diuini, auguria, incantationes: artem hanc versipellis, adiuuenit, eoque consilio atque artificio vsus est, vt per mulieres Madianitas illiceret ad faciendos earum cultus. *Heu, quod non potuit Ariolus sceleratus, atque sacrilegus malitiam demoniorum, potuit mollitie mulierum.* Fortiores sunt ad rem adum mulieres, quam demones. Valentiõ pulchra caro, quam

immundus spiritus; blanditiæ carnales, quam insidiæ spiritales. Quid B. Paule scribis? *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi retores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus;* Quando caro & sanguis maiore impulsu impulit populum, vt caderet, quam spiritus maligni, qui sunt, (vt ait consors gloriæ tuæ B. Petrus) virtute maiores.

Verum & hoc fuit inuentum diabolicum. Spiritus armis munitis carnalibus sic fortis est, vt non sit potestas super terram, quæ comparetur ei. Cum fortis armatus, (dicebat Dominus Iesus.) Fortis, vt spiritus, sed carne armatus. Sic armatus matrem omnium nostrum expugnauit per lignum pulchrum visu, & ad velsendum suaue. Quid tu infelix Eua ad lignum vetitum accessisti? cur non procul recedebas ab arbore mala? neque fructum illum aspicere debuisses, ne forte illius in te appetentia exoriretur, insurgeret, inuitaret, illiceret, caperet, illigaret, raperet, mortique te faceret miserabiliter obnoxiam. Occasio peccandi arma sunt diaboli, funes peccatorum, laqueus venatorum, hostium illecebra, ruinarum initium, infirmitas ad mortem, præambulum ad diuinam offensam, portæ inferi, via perditionis, fouea insidiantium, proximaque dispositio ad subeundam vindictam malefactorum & furorem Omnipotentis. Heu quot hic armis deliciuntur quotidie & in singulas horas, quando totus mundus concupiscentiæ plenus est? Non enim frustra dixit B. Ioannes: *Mundus transit, & concupiscentia eius.* Quid est concupiscentia eius, nisi mundanæ res concupiscibiles, concupiscentiam prouocantes? Quid putas dixerit Dominus; *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis;* cur diuitias nomine iniquitatis denotauit? cur etiam fallaces appellauit? quia fallunt, quia iniquitatem fociam habent, vix sine peccato tractantur. Alioqui cur idem Dominus omnium, omnibus dicit: *Facilius est camelum per foramen acus transire,* quam

quam diuitem intrare in regnum caelorum?

Vnde tanta difficultas, nisi quia diuitiae fortiter animam impellunt ad iniquitatem, & declinare faciunt a mandatis Dei: Occasio (inquam) sunt trahens hominem in funiculis vanitatis: Et hanc tamen occasionem peccandi non fugiunt homines, sed quaerunt, sed appetunt. Quia Beatorum

Pf. 143. 5.

dixerunt, cui haec sunt: nempe prospera mundi, commoda carnis, abundantia diuitiarum, ambitus seculares, ipsaque, quam diximus, mundi concupiscentia. Haec si saperes, abiceres homo non quaereres, etiamsi chara essent, velut oculus dexter, etiamsi vtilia & necessaria, velut dextera manus tua. Tutius vixit populus inter saxa arida atque sterilia, quam in terra fluente lac & mel. Tutius solus segregatus a peccatoribus, quam quando commisti sunt inter gentes. Solus legem suscepit. Inter gentes didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptrilibus eorum, & factum est illis in scandalum. O scandala. Si oculus tuus scandalizat te, si est tibi in scandalum, si est occasio peccandi, qua scandalum tibi est, erue eum, & proice ab te, sit procul a te, nedum non sit in te ut Deo appropinques, qui saluos faciet sperantes in se. Quod nobis concedat.

Pf. 105. 35.

Inter gentes didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptrilibus eorum, & factum est illis in scandalum. O scandala. Si oculus tuus scandalizat te, si est tibi in scandalum, si est occasio peccandi, qua scandalum tibi est, erue eum, & proice ab te, sit procul a te, nedum non sit in te ut Deo appropinques, qui saluos faciet sperantes in se. Quod nobis concedat.

Psal. 16. 7.

Inter gentes didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptrilibus eorum, & factum est illis in scandalum. O scandala. Si oculus tuus scandalizat te, si est tibi in scandalum, si est occasio peccandi, qua scandalum tibi est, erue eum, & proice ab te, sit procul a te, nedum non sit in te ut Deo appropinques, qui saluos faciet sperantes in se. Quod nobis concedat.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur via, per quam pergere debemus.

Quid faciendum in ea. Qua cautela in bonis tenenda sit memoria mali. Ad talem deveniemus terminum, qualis via praecesserit, cum inter vtrumque proportio esse debeat. Arguuntur qui gloriam vellent, verum non per viam rectam. Docte & bene.

IN via sumus, qua continuo cursu tendimus ad terminum; quem assecuti, ultra non erit nobis progrediendum, ibi in aeternum permanfuri, ut ultra de loco in locum transeundum non sit,

neque status ille sit in alium commutandus. Qui terminus, qui locus, qui status aptus erit, & congruens itineri, per quod ad illum fuerit ab hominibus peruentum. Ita quod qui recta incedens caute ambulauerit, & secundum diuinam legis praeccepta, is terminum consequitur, ubi in pace sine fine feliciter requiescat. Is autem, qui semitam reliquerit mandatorum Dei, iueritque in adinventionibus suis ambulans in via non bona, sed post peccata sua, ubi terminum attigerit viarum suarum, tum ibi sic requiescet, ut requiem minimè habiturus sit in saecula saeculorum. Ergo is solus est sapiens, qui dirigit pedes suos in viam pacis. Inspicientes, stultique sunt omnes, qui viam pergunt iniquitatis. O sapiens documentum Salomonis: *Audi fili mi, & esto sapiens: & dirige in via animam tuam.* O lectionem sancti Evangelij dignissimam, qua audiatur attentè, & sollicitè custodiatur; In qua à Domino dictum intelligatur & iustum: *Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo. Expedi tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Vbi quid in via agere debeamus docet, & quod per viam à quibusdam tenditur, manifestat.

Ut merito de duobus sit sermo noster, de via & de termino; qua videlicet eundem sit: & quod perueniatur. Imò quid in via sit faciendum, & quid in termino propterea sumus recepturi. Viam vniuersae carnis pergitur omnes, qua vitam hanc naturae peragimus, qua demum acta, atque excursa in loco perpetuo collocamur: & hoc variè, quemadmodum pedibus animi rectè ambulamus aut obliquè. Dum enim corpore viam istam, qua & nobis & aduersario communis est, quin potius cunctis perambulamus; animus quoque, qui ad altiora creatus est, quam ista sint, qua in via hac sunt, pertransiturus, suos agit gressus, suas alias quasdam perambulat vias, bonas quidem, si sapiens sit; malas, si stultus. Iuxta quod audistis à Salomone: *Esto Sapiens, & dirige in via animum tuum.*

Animi verò pedes affectus sunt, quibus in aliud

in aliud fertur. Et duo sunt, Amor videlicet, & Odium. Quos ambos Christus nos monet in lectione ista dirigere. Nam non quavis re alia quisquam est aduersarius nobis quam odio: Neque concupiscitur mulier nisi amore. Hos pedes dicit Dominus, dum odium regulat & Amorem: Odium dicens: *Esto consentiens aduersario tuo.* Amorem, dicens. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo.* Postquam esu ligni scientiæ boni & mali, de loco cæcæ homo, vbi scientiam boni tantummodo exercebat, in hanc terram descendit, vbi & malum cepit exercere, & scire; in mediū nos malorum ambulamus semper, & bonorum. Vnde & à dextris & sinistris conuenit ordinatos esse, circumpectos, amatos, ne vel ad dexteram declinantes vel ad sinistram, pereamus de via recta, & propterea ad constitutum nobis terminum ab initio non valeamus attingere.

Hanc verò cautelam, & cum hominibus & cum rebus aliis obseruari debemus. *Ecc. 39. 5.* Cum hominibus quidem: nam de sapiente viro Sapiens scribit. *Bona & mala in hominibus tentabis.* Tentabis inquam, & veluti palpabit, vt sciat vtraque versus, quomodo se gerat, vt neque bonorum perdat fructus, neque malorum effectibus noceatur. Sic mediū inter hæc, & illa securus incedat, vt ex ambobus profectum assequatur. Cum aliis verò rebus: quoniam hortatur Apostolus: *In omnibus exhibemus nosmetipsos, sicut Dei ministros.* In omnibus inquam non enim vno modo cum re quaque incedendum est, sed suus est cuique modus, & propterea sedulitate opus est in vnaquaque: ob id multis horum recensitis Apostolus eo deuenit, vt subderet.

7 Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.

4 Cautela autem ista cum de re graui & sancta, non leuis sit & infirma, à tota anima adhibenda est, vt circa hæc inuigilet intellectus, incumbat affectus, & memoria intentionis consuetudine agat custodias. Opera intellectus erit discernere inter bonum & malum, vt sciat reprobare

malum & eligere bonum. Ne veniat sub pelle ouina lupus, & malum, cum specie, & apparentia boni. Rursus verò, ne lucem fastidiat homo propter oculorum siue infirmitatem siue disuetudinem. Admonet propter hoc Salomon: *Qui benedicit populo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit.* Qui publicè laudant, qui in manifesto arrident, meritò dubitandum est, ne id simulate faciant: plurimum enim homines eiusmodi detrahunt in secreto. Cupit simulator tibi prospera, grandia repromittit, gloriosa auguratur, si illum audias. Verum post terga exprobrat, & mala deprecatur. Tu ergo, si sapias, discerne causam tuam de gente non sancta, sed ficta, ne à malo capiaris, & sub specie boni decipiaris. Rursus Sapientem ausculta: *Meliora sunt vulnura diligenti, quam fraudulenta oscula odientis.* *Pro. 27. 14.*

Pro. 27. 5. Quis non malum reputer vulnerari? quis non bonum osculari? & tamen si vulnerans diligat, osculans odiat, in contrarium cadent vulnus & osculum. Bona vulnera sunt, quæ infligit amor, qui semper bonum vult & admouet. Bona inquam & meliora quam oscula odientis. Hæc enim apparentiam solummodo habent boni non veritatem, illa vero, quidquid in superficie videantur, reuera bona sunt. Quæ vulnera sunt diligenti? ibidem dixit Sapiens. *Melior est correptio manifesta, quam amor absconditus.* Correptio vulnus est, sed ad sanam educendam, ad sanitatem comparandam. Amet quis, sed amorem operibus non ostendat, quid proderit fratres mei? si ex dilectione corripiat, & veluti vulneret, maxima ista tibi erit utilitas. Conducens valde cautela ista est, sed & voluntas sua vtatur cautela necesse est. Sensus & caro nostra ab his facile afficitur, quæ tangit, nisi prudentia reguletur: & hoc maxime inter conuersandum cum hominibus, qui vel malis vrgent, vel bonis trahunt nostram infirmitatem. Et ne longius procedamus: Homines plurimum vel blanditiis illaqueant animum, vel lacesunt iniuriis. Tenta bona ista in hominibus, & mala. Tenta pede si molle sit solum, quod calcas, vel durum, ne currens imprudenter

vel infringas, vel infigas, ut scias (inquam) quomodo te oporteat ambulare. Durum reperisti proximum; patientia opus est atque constantia: In mulierem incidisti, quae molli sermone suos, cautela opus est atque prudentia. Non cum utroque eadem ratione agendum est. A duro ne recedas, ad molle ne accedas; sis cautus cum utroque. Et primo ne illis efficiaris similis, qui dicentes: *Durus est hic sermo, abierunt retrò, etiam non cum Domino Iesu ambulabant;* Neque pigro illi, qui abscondit pecuniam Domini sui, dicens: *Domine scio, quia homo durus es.* Qui propterea sententia illa percussus est; *Inutile seruum eicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium.* Secundo verò recorderis, quod vecors iuuenis, qui prope viam domus mulieris preparata ad capiendas animas graditur, irriteris ab ea multis sermonibus, sequitur eam quasi Bos ductus ad victimam, nesciens, quod de periculo animae illius agitur. Quamobrem, & alius Sapiens monet: *In medio mulierum noli commorari.* Currit similitudo. Si durum est solum, liberè figis pedem; si molle, retrahis: contra aduersa securus procede; prospera, & quae sensum illicunt, vita. Hoc primum est in re aded periculosa remedium, quae irascibilem provocant, virtute superentur; quae concupiscibile, ab his cautè declinare oportet.

Ad memoriam pertinet iam tertius modus cautela, postremumque remedium adhibendum in via hac, qua ambulamus inter bonos & malos, inter mala & bona. Quod remedium Sapiens ille nos docet

Eccl. 11. 17 Salomone posterior, dicens: *In die bonorum ne immemor sis malorum; et in die malorum ne immemor sis bonorum.* Dum adsunt vel bona vel mala, recordare, quod nunquam hic mundus in eodem statu permanet, & quod sicut dies diei eruitur verbum, ita et nocte nocti indicat scientiam imo dies noctem vocat, et nocte succedit dies. Bona enim non poenitus à malis separantur: & mala cum bonis coniunguntur. Sicut autem re ipsa currit ista coniunctio, ita mentis comprehensione diuidi illam non conuenit. Ita verò coniunctio, vel ex ipsorum natura contingit, vel huius mundi

conditione. Bonorum, & malorum temporalium, quae nobis in hac vita contingunt, eiusmodi est natura, ut in vno reperiantur & alterum. Non enim bonum tantummodo bonum est, neque malum tantummodo malum; sed inuenitur in bono malum, & malum non bonum profus excludit. Consuetudine praeterea mundi comparatum est, ut non sint mala perpetua, neque bona; sed ista illis, istisque illa succedant. Ne igitur haec, vel illa totum ad se rapiant hominem; ubi alterum re adest, alterum sua consideratione mens facit adesse praesens; ut monet Sapiens. Et in vniu aperta adiectione, alterius quoque, quod non ita patens est, recordatio habetur. Malum est, (ut quod monemur faciamus) Malum est (inquam) quod non bene tibi conuenit cum proximo tuo. Malum est (inquam) saltem apud sensum tuum, quod da proximo prouocatis, unde in illius ruis iniuriam, raptus furore contra illum. Malum est, ut tibi videretur, humiliari, veniam perere, fatisdare, vincere superbiam tuam, duritiam emollire. Tunc illum imitare, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, ut mala ista superes, bonorum cogitatione tuum studeas animum armare. Cogita, quod homo iste est opus Dei, qui & imago Dei, factus ad imaginem eius, & Deum propterea representas; quod bonum est maximum, longè malum illud prius excedens. Cogita quod est frater tuus, alter tu; ut plus valeat apud te bonum illud naturae, bonum societatis, propinquitatis, fraternitatis, quam malum, quod debes contemnere. Cogita bonum charitatis, quod in te ipso consequeris fratri tuo consentiens, quod non minus est in te quam in illo. Cogita bonum pacis, quae est res iucunda & maximè delectabilis. Cogita, quod ab hoc Boni principio plurima sequuntur bona. Nam *Charitas patientis est, benigna est, non amulatur, non agit perperam;* & reliqua, quae enumerat Apostolus. Et inter haec cogita, quod proximo consentiens, Deum promereris, quod quae mala ante videbaris, conuertenti in bonas dulcia erunt, quae amaritudinem praeseferrebant: ne bona alterius aperire praenentis, quae

quæ dicere habeo in sequentibus. Sic induere fortitudine tua, gradens in multitudine virtutis tuæ, vtholtem repellas longius, illi reuultens fortiter, pede conculcans tartara, leonem & draconem; & quidquid aduersitatis occurrerit, viriliter infringens atque depellens. Alioqui si desperaueris lapsus in die angustia, imminuetur fortitudo tua, vt est in Prouerbijs. *Noli ergo*, vt Paulus monet, *vinci à malo, sed vince in bono malum*. Vtrumque pondera in statera, & malo præponderabit bonum sicut arena maris. Quod si quod tuum est feceris repugnando, adent propugnator Dominus ad saluandum, vt de te quoque, quod primum de Christo dictum est, verum sit.

Pro. 1. 4. 10
Ro. 11. 11.

Pf. 109. 5.

Is. 40. 31.

7
No. 11. 27.

Tob. 1. 1.

Amos 8. 10

Cor. 11. 1.

Dominus à dextris tuis, confringet in die iræ sue inimicos tuos; vt te viderit dextera tua pugnare, vitæque omnes exerere, vt oppugnantia expugnes, ipse indignantis instat, pluet super peccatores laqueos, super aduersantia pluiam salutarem. Hoc pacto non imminuetur fortitudo tua, sed introibis in potetias Domini, quia scriptum est. *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem*, propria exuti, diuina induti atque coelesti.

Rursus in die bonorum ne Immemor sis malorum. In Tobia scriptum est: Cum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobia. Filius nunciauit ei vnum ex filiis Israël iugulatū iacere, statimque exiliens de acubitu suo, relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus; tollensque illud portauit ad domum suam occulte, vt dū sol occubisset, caute sepeliret illud: cumque occullasset corpus manducauit panem cum lactu & tremore, memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam. *Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum*. Nihil in hoc mundo tam bonum est, quod non in malum recidere possit; quæ & plurimum consuevit. Prandium bonum in domo Tobia, mala iugulatio in platea; & bonum & malū vnà coniungens manducauit panē cum lactu. Idem prædixerat Dominus per Prophetā: *Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum, in tempore lætitiæ tri-*

stia superueniet. Quod si hoc est in quibuscunque secularibus bonis, quid bona illa, quæ ad peccatum trahunt, in peccato sumuntur, & per peccatum habentur? An huiusmodi non sunt species mulieris? blauditiæ? delicia? impudicitia? bona si non essent, homo illa non concupisceret, nec videret quis mulierem ad concupiscendam eam. Nec Lege indigeremus iubente: *Non concupisces uxorem proximi tui*. Nihil vniquam concupiscitur, quod apparet sub specie mali. Bonum tantummodo id est, quod cupimus.

Exo. 20. 17

Ec. 11. 2. 7.

Leu. 8. 7.

In his bonis maximè oculus ad mala debemus intendere. Sic Sapiens docet: *In die horum bonorum non immemor sis malorum; cogita in primis mala, quæ in bonis existunt*. Quæ mala? An non malum boni, quod bonum sit momentaneum, non manens sed currens, sed auolans, mōxque deficiens? An non malum boni, quod turpe sit? omne bonum pulchrum, omne pulchrum bonum. Turpe est adeo bonum istud, vt turpitudinis nomine illud lex ipsa detestetur. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discoperies. Turpitudinem uxoris patris tui discoperies. Turpitudinem uxoris tuæ, & filia eius non reuelabis*. Et alia huiusmodi plurima habes in lege, vt videas, quam turpe sit, quod tibi bonum videretur. An non malum boni, quod boni maioris priuatio est; tollit sapientiam, tollit existimationem, tollit pacem, etiam diuitias ipsas consumit? Et quæ mala inde non procedunt? Dicat id Ammon filius Dauid; quin & Dauid ipse. Dicant Sichimitæ: dicat id primus ille mundus, qui in die bonorum, malorum noluit recordari, quæ illis Deus per Noë minitabatur, quæ mala non memorati experti sunt. Quid quod ait Sapiens. *Maligna hora oblivionem facit luxurie magna?* Si Iob maledixit diei natiuitatis suæ: quot sunt maledicētes diei voluptatis suæ? Malitia enim horæ, malum: quod vna hora tantum pateris, superat quanta bona haussisti in cubilibus & impudicijs: Si appenderentur bona illa, & calamitas horæ vnius, quæ inde processit, quasi arena maris hæc grauior appareret. Si experientia sic in-

1. Reg. 13. 11

Ec. 23.

2. Reg. 11. 2.

Gen. 34. 1.

Gen. 6. 2.

Ec. 11. 2. 9.

Iob 3. 3.

sic in-

sic iudicat in presenti, cur in futuro memoria non prospexit? Cogita, cogita ergo in bonis mala, ut non per bona in te mala excurrant & deriuentur. Imò & malitiam presentia cum bonis illis coniuncta videnda sunt, atque penitius consideranda. Hoc vnum dico: qui bonis illis adhæret, malus est ipse: malo autem nihil contingere potest boni. *Sicut enim non potest arbor mala bonos fructus facere; sic omnia etiã bona impij & peccatoribus in mala conuertuntur.* Ut sicut malum facit, sic bonum vllum excipere non potest. Ecce mala in bonis illis pessimis cogitanda. Heu! quid si bonis presentibus mala futuri sæculi mente coniungeremus? si malis bona? ô vtilem coniunctionem! Hanc præcipue petit Christus gehennam commemorans, & huius viæ terminum, de quo nunc agemus.

*Matt. 7. 17.
Eccl. 11. 33*

Sicut enim non potest arbor mala bonos fructus facere; sic omnia etiã bona impij & peccatoribus in mala conuertuntur. Ut sicut malum facit, sic bonum vllum excipere non potest. Ecce mala in bonis illis pessimis cogitanda. Heu! quid si bonis presentibus mala futuri sæculi mente coniungeremus? si malis bona? ô vtilem coniunctionem! Hanc præcipue petit Christus gehennam commemorans, & huius viæ terminum, de quo nunc agemus.

SECUNDA PARS.

Eccl. 11. 27

DE termino, ad quem acceditur in via, nunc acturi consideremus quod Sapiens verbis illis: *Malitia hora, oblivionem facit luxuria magna: hæc quoque addit: Et in fine hominis denudatio operum illius.* In quibus manifestat, quod merces, qua opera hominum remunerabuntur in fine, bona ne fuerint an mala, euidentissime demonstrabit. Quam rem summopere coram oculis nostris omnes nos operæ pretium est tenere. Tu ipse forte nescis quid agas, recte ne an perperam. Nam si nesciant alij non magnopere curandum est. Tu hoc ut videas, si non alibi, at prospice finem; finem vitæ, finem operum, finem tui ipsius operantis. Tunc enim denudatio erit operum: tunc manifesta erunt consilia cordis, & circumstantia operis, & hominis qualitates. Propterea Dominus finem hunc anteposuit menti nostræ dicens. *Et mittarum in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas usque ad nouissimam quadrantem. Totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Alibi etiam de oculo, manu, & pede agens, dixit: *Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, & duos pedes habentem mitti*

Matt. 18. 8.

in ignem æternum. Ex quibus perspicuum est loca duo extra hunc mundum, & post hanc vitam dari. Alterum vitæ, alterum gehennæ, illum in cœlis, hunc in inferno: quæ quòd respondeant huius vitæ consuetudini & moribus ex hoc patet, quòd dicit Dominus. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum eo, ne forte mittaris in carcerem. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te, expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Consentire ergo, alioqui mittetur in carcerem. Quod scandalizat te, abs te proiice, alioqui corpus tuum mittetur in gehennam. Rursum apparet, quòd iusta est proportio inter meritum, & præmium, cum dictum sit. *Non exies inde, donec reddas usque ad nouissimam quadrantem.* Si autem hoc in mercedè iniquitatis, quis ambigat non idem euenire in bonorum laborum fructu glorioso? De carcere autem, cum tangitur ista proportio, solum mentio facta est, ut tertius quidam alius locus subostenderetur, qui carcer quidem est, sed non ut gehenna, quæ eadem dicitur ignis æternus, vnde exibat nemo in perpetuum. Nam ex hoc alio loco soluto aliquando eo omni, quod debetur, datur egressio. Ita sermonem suum Dominus temperauit, ut carcer quidem posset intelligi, locum, quem dicimus infernum & gehennam. Vnde quia ibi non erit vnquam debiti completa solutio, nullus vnquam erit exitus: possit nihilominus locus alius intelligi, quem appellamus Purgatorium: vbi perfecta purgatione & debito plene soluto, liber dimittitur, qui propter delicta sua illuc missus fuerat, & mundus ducitur in vitam æternam. Tria ergo loca nobis ex Domini verbis innuuntur, Cœlum, Infernus, & Purgatorium. Infernus solus impiis, qui hostes sunt Diuinæ Maiestatis, destinatus est. Cœlum & Purgatorium sunt filiorum Dei, qui viuentes in carne, a via veritatis non penitus recesserunt: Et quia in cœlum nihil introbit iniquitatum, his qui sunt immaculati, cœlum datur: Qui verò maculas quasdam habent, vel in corpore vel in opere, his oportet exui, ut de-

num

Ps. 14. 2.
Ps. 13. 3.
9
De his ergo omnibus locis conditiones attendamus duas: Quod inter illa videlicet, & hanc vitam, quædam sit proportio & congruentia; & quod iusta sit ista proportio & correspondentia. Proportionem notavit Abraham dicens diuiti, qui erat in inferno sepultus: *Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: Hic verò consolatur, tu autem cruciarius: Et cruciatus & consolationis loca respectum habet ad vitam istã, in qua vel ad vitam ambulamus, id est; ad consolationem, vel ad perditionem, id est, ad cruciatum. Quæ consideratio multum valet ad excitandos*

Postulata ista congruentia inter præsens & futurum, vt mente simul vtrumque coniungamus, quando diuina prouidentia illa sic re coniunxit, vt ad vnum sequatur aliud, nec possint vlla ratione distungi.

Hanc coniunctionem si feceris, fuerisque sapiens, tamen si alterum tibi arrideat, alterum aduersetur, ei quod aridet, libenti animo renunciabis. Propinquus ille viri Elimelech proposita sibi à Booz optio, ne, si vellet partem agri ipsius Elimelech, illico respondit: *Ego agrum emam.* At vbi audiuit, quod Ruth quoque Moabitidem deberet accipere, subintulit: *Cedo tui propinquitatis: Neque enim posteritatem familia mea delere debeo.* Agrum voluisset, sed nomen familiae suæ perdidisset, cum fratris sui Elimelech nomen, Ruth ducens uxorem, suscitare deberet. Quod fecit iste in re leui, cur in re tam graui nos facere grauamur? Coniunge viam cum termino, compone cum præsentibus accidentibus futura terrentia & torquentia: Machiæ appone gehennam: concupiscentiæ, ignis ardorem: carnis voluptati, totius corporis interitum simul cum anima. At è vestigio ad duritatem, & asperitatem in his amouendis à nobis, quæ grata sunt, quæ chara, quæ vtilia, veluti oculus, manus, pes, admoue fideli cognitione bona futura, vitam æternam, gloriam Dei, regnum cælorum, & non videbitur tibi alperum. Propinquus ille iuri omendi agrum cessit, ne nomen deleteret familiae, illud transferens in propinquum.

Ruth 4. 8.

Ruth 4. 6.

Durum si visum est Abraham in principio eicere de domo sua Agar & Ismaëlem, mollita est dantes illa cum promissione ista: *1. Isaac vocabitur tibi semen: si filium ex Ancilla perdidisti, te Patrem constitutam multarum gentium: pro vno decies millies sexcentena millia apponentur tibi.* Ita & de Domino Iesu, qui fuit semen Abraham, in quo benedictæ sunt omnes tribus terræ, prædictum fuit post: *Si Is. 53. 11. posuerit pro peccato animam suam videbitur semen longauum.* Et de nobis omnibus stat sententia illa Veritatis: *Qui odit animam suam*

II
Gen. 21. 11.

Isa 53. 11.

Ioan. 12. 29.

Ps. 14. 2.
Ps. 13. 3.

9

Luc. 16. 25.

Pro. 14. 19.

fideliu animos, virtutem vt colant, & vitium spernant. Propterea monet Salomon: *Ne contendas cum pessimis, nec amuluris impios: quoniam non habent spem futurorum mali, & lucerna impiorum extinguetur.* Contendere cum pessimis hoc in loco est indignari de prosperitate maiorum, quod qui facit, in seipso quodammodo contendit, disputans & tabescens: *quare qui scelestus est, bonus frui à Deo permittitur in hac vita?* quamuis & ad æternam contentionem possit sententia accommodari: *Nam & cum proximo contendere, & pessimo, malum est.* Prohibemur itidem inuidere impiorum prosperitati; atque ita erga eos regulatur nostra irascibilis, ne contra eos accendatur; regulatur & concupiscibilis, ne desideret illorum prosperos successus. Ratio verò ad hæc incitans ista est, quia huiusmodi homines impij promissionem non habent vitæ, quæ nunc est nec futuræ. Non quidem futuræ, quoniam non habent spem futurorum mali, nec est quod sperent in futuro quidquam boni, cum bona receperint in vita sua. Neque vitæ, quæ nunc est vllam habent promissionem, quoniam lucerna inquit impiorum extinguetur: Eorum lucerna est rerum abundantia & claritas, quia inter cæteros splendent, quasi spectabiles, quæ mox extinguetur, vel cõtrariis succedentibus, vel eâ succedente morte.

suam in hoc mundo, in vitam custodit eam.
Non pigeat ergo huius mundi, vel prospere renuntiare, vel etiam aduersa tolerare.

12 Res altera, quæ hic consideranda venit, huius proportionis iustitia est & æqualitas. Reddetur enim vnique secundum

Rom. 2. 6.

Luc. 19. 16.

opera sua : & secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus. Et qui decem mnas lucratus est, super decem ciuitates fuit constitutus. Qui ex mna Domini attulit quinque mnas, audiuit ab eo. Et tu esto super quinque ciuitates. Quæ iustitia non propriæ æqualitatis est, sed cuiusdam proportionis in bonorum maximè operum retributione, vt ibi patet, quod decem mnas, decem dantur ciuitates, pro quinque quinque. Vbi vide iustitiam, quod decem dantur decem, quinque quinque : qui plus lucratus est, plus consequitur mercedis, qui minus minus. Quod autem non sit æqualitas, ex eo vides, quod pro pecunia vna, quæ non est magni valoris, datur vna ciuitas. Vnde

Mat. 25. 21

Gen. 12. 16

Rom. 4. 11.

Pro. 24. 27

& a Domino dicitur : *Super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Abraham pro eo, quod filium suum obtulit Deo, & proprius filius concessus est, & filius vni-genitus Dei promissus, qui inenarrabilem illi auxit generationem, ita vt sit Pater omnium credentium. Hinc habemus documentum illud. *Præpara fori opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, vt postea adifices domum tuam.* Adificabis tibi domum, in qua quiescas in pace & vita sempiterna, si sapienter nunc & prudenter fuens operatus. Ità in mundo ab eo fit, qui rationabiliter sua disponit omnia : præparat & intus in animo, & foris in corpore, quæ sibi perficienda sunt; & vt domum adificet, præparat antè, quæ necessaria sunt: Sic enim ratio monet, & de exercendo agro sermo est Salomonis, quia *cultura hac suppeditantur expensæ ad domum adificandam.* Ergo per agriculturam intelligit omne licitum opus & aptum ad bona vera paranda, vt inde erigamus mentem ad parandam nobis quietem in domo Domini per opera laboriosa; scientes, quod iuxta opera lucrum & præmium, &

quantum quisque laborauerit, tantum & in deliciis erit. In malis autem non est quidem excessus, vt acerbius quis puniatur, quam sit comertus: *Iustus enim est index vltionis.*

At in opere, quod paruum videtur, maximum potest esse demeritum; modica delectatio maximi cruciatus iuxta contingit esse causa. Quid fuerunt regula aurea illa, ducenti sici argenti, & pallium occineum, quæ concupiscens Achan abstulit? & punitio tamen iuxta decretum Domini iustum ista fuit. Tollens Iosue Achan filium Zare, argentumque, & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & asinos & oves ipsumque tabernaculū & cuncta supellectilē. Lapidauit eum omnis Israël; & cuncta, quæ illuc erant, igne consumpta sunt. Contemperat ille præceptum Domini factum per Iosue

Sit ciuitas hac anathema, & omnia, quæ in eis sunt, Domino. Quo præcepto sibi illa Deus quodammodo seruauerat, quæ idè debent profus extingui. Quidquid autem (inquit) auri, & argenti fuerit, & vasorum æneorum, & ferri, Domino confectur, repositum in thesauris eius. Quando-cunque quis peccat, quod Domini est, vsurpat sibi; siue rebus creatis abutatur, siue proximo noceat, siue in corpus suum peccet & in animam suam. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Non parua res est Deum offendere, etiam in paruis rebus. Quicumque ergo peccauerit, iustas dabit suæ præuaricationis pœnas. Propterea dictum est sub asseueratione: *Amen dico tibi, non exies inde donec reddas usque ad nouissimum quadrantem.* Vide Deum se legibus etiam hominum accommodantem. Qui regis præceptum, per illius transgressionem immutat, punitur aliquando & in capite: cur non ita puniat & Deus? Ille corpus potest occidere, Deus autem in gehennam quoque perdere, vterque iuxta dignitatem & potestatem suam. Propterea vtrumque simul coniunxit Salomon, dicens. Time Dominum filii mi, & Regem, & cum detractoribus non commiscearis (detractor hic est, qui de-

trahit

MORALE.

trahit legi, vel verbo vel opere, spernit enim qui transgreditur) quoniam repente confurget perditio eorum (Dei, videlicet & Regis perditionem) & ruinam vtriusque quis nouit? Attendite vobis homines. Quis nouit quanta sit ruina, in qua illos mittunt Deus & Reges, qui mutant eorum præcepta, aliter viuentes, quam iubent (pro detractoribus Hæbreis est verbum, quo mutare significat, mutat autem, qui soluit, & non facit.)

PAVLVS Apostolus dum de Iudæis ¹⁵ dixit: *Nunquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorum delictio salus est gentibus, vt illos æmulentur.* Docet peccatis ipsis nostris Deum vt ad salutem nostram. Quandoquidem infidelitas Iudæorum occasio salutis fuit Gentium: Quamuis repelli mererentur Iudæi propter incredulitatem illorum, non fuissent tamen à Deo repulsi, nisi illis Gentes subrogare decreuisset. Neque malos malè perderet, nisi vineam suam locaret aliis agricolis, qui redderent ei fructus. Sed hæc eadem translatio & subrogatio, malis quoque ipsis, ingratis, & infidelibus in commodum cedit, vt illos (inquit Paulus) æmulentur. Nam Iudæi æmulantes nos, qui intrauimus in domum Domini, tandem resipiscunt, quando considerabit Dominus nouissima eorum. Neque minus eorum ipsorum rebellio, detrectantium terræ promissæ atque illius ingressui, utilis fuit illis. Quoniam propterea factum est, vt in deserto vagarentur quadraginta annos: quandoquidem in deserto culti & expositi per Moysem à Deo fuerunt, vt ad terræ illius introitum appositiores essent. Quæ vagatio incedentium ad requiem apta figura est nostri itineris, quo ad locum æternitatis properamus, vt non immeritò dicat Dominus: *Esto cœntiens ciuò aduersario tuo in via.* Via vagatio, via consideratio multum valet ad nos excitandos, vt quæ in via, atque in itinere isto necessaria sunt, diligenter prouideamus. Quæ verò ista sunt: Charitas, Pax, Patientia. Propterea Ioseph dimittens fratres suos, postquam quæ opus erant in via, omnia abundè prouidit, demum dixit illis: *Ne irascamini in via. Vnà enim incedentibus, longumque iter facientibus nihil magis noxium incommodumque videtur, quam non esse, vbi exterius vniti sunt, in interiore quoque animi dispositione coniunctos.* Sæpè Salomon culpauit litigiosam vxorem, quòd cum sit coniux iure videlicet corporeque coniuncta, mente aliena sit, & pacifica conuersatione.

14 Nè metiaris tu pœnam ex voluptate tua in peccando capta; ex diuina ordinatione, & offensione metienda est, quam quia non nosti, neque ruinam vales prænoscere. Sicut repente & inopinatò confurget perditio; Ità nemo scit quantum supplicij secum afferat ruina ista. Ruinam vtriusque quis nouit? Quid Rex cogitet aut facturus sit, non est facultas ad notitiam: At quis cogitatione poterit comprehendere, quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis? Certum est hoc, quod iustus est Deus in omnibus operibus suis: certum est quoque, quod ait Propheta, *Deus æmulator, & vlciscens Dominus;* vlciscens Dominus, & habens furorẽ; vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Hostis est Dei & inimicus, quicumque declinatà mandatis Dei, qui non consentit aduersario. *Qui vidit mulierum ad concupiscendam eam,* qui scandalizantem se non eruit oculum, & non abscidit manum & pedem. Cum his iuste irascitur, hos iuste vlciscitur, hos non veluti innocentes habet, quasi munderet. Magna fortitudine, valet enim manus eius reddere vnicuique secundum opera sua. At simul patiens est, patienter agens, nolens aliquem perire, sed ad penitentiam conuerti. Quòd si non fuerit conuersus tunc in illum emittet furorẽ suum, & non parceret oculus eius, & non miseretur. Dum ergo in via es, conuerte ad Dominum Deum tuum. Amen.

Nahum 1.1
1. Pet. 3.9
Eccl. 7.9

Rom. 11.11

Mat. 21.41

Gen. 45.24

Pro. 21. 9.
Et 25. 24.

tionem. Vnde est illud ab eo replicatum Pro-
uerbium: *Melius est sedere in angulo domus,*
quam cum muliere litigiosa, Et in domo
communi. Magnum quippe incommo-
dum est, corpore coniunctos spiritu esse
diuisos. Propterea Ioseph simul itineran-
tibus apposuit dicit: *Ne irascimini in via.*

Gen. 45. 44

Et Dominus iubet. *Esto consentiens aduer-*
sario tuo cito, dum es in via cum eo. Socie-
tatem notans itineris, quæ societatem fla-
gitat & mentis, vt quantumuis comes in
via tibi aduersa moriatur, tu contra etiam
cum his, qui oderunt pacem sis pacificus,
& molliter blandèque loquaris cum his,
qui te gratis impugnant, & tibi sine causa
irascuntur. Vnio sit mentium, vbi est &
corporum. Vt fit quod dicit Apostolus: *V-*
num corpus, Et vnus spiritus: hoc bonum
est, quod ex occasione mali comitis in via
nos excipere debemus, & lucrari.

Eph. 4. 4.

Quæ verò est vita nostra, nisi via, qua
mouemur continuè, hinc secedentes, ali-
quò tendentes? Paulus prædicans Athe-
nicis inter vitam & essentiam, me-
dium posuit motum, dicens: *In ipso vini-*
mus Et mouemur Et sumus. Mouemur
quidem agendo & cogitando iugiter, &
hoc libere; sed necessarius motus est, mo-
tus corruptionis, quo labentes sumus in
terra. Motus iste vt ad quietem ducit, ita
debet, vt si dux itineris nostri vt qui se co-
gitat esse moriturum, disponat sermones
suos in iudicio, intentus iugiter illi voci:

Act. 17. 28.

Dispone domus tua quia morieris tu, Et non
viues. In via sumus, semper peregrinamur,
& nulla est requies, morti appropinqua-
mus. Si es, moueris; si viuis, moueris: es
quidem, sed in motu; viuis quidem, sed in
tempore, quod nunquam quiescit, sed
currit & volat. Et hæc non est ratio eos
impense mouens, qui continuè mouentur
& currunt? Quamobrem sic disponant vi-
tam suam, vt expleto motu isto tempora-
li, tum demum requiescant in requie æ-
terna? Sed heu! quot sunt, qui vnde fru-
ctum haurire deberent, damnum trahunt,
qui de accidentibus, quæ cadunt in via,
offensionem recipiunt; salutis loco, qui-
bus conueniunt verba illa Moysi: *Adhuc*

Deut. 31. 27

viuente me semper consentioso egisti? Vixit

Moyse, dum per desertum perrexit popu-
lus, dum ad requiem aspirabat illis in ter-
ra promissionis repromissam. Sed quot,
sed quantæ contentiones fuerunt in popu-
lo illo? quantæ seditiones? quantæ rebel-
liones contra Deum, & contra Moysem?
Et in via hac, qua nos ambulamus num
defunt bella? lites? contentiones? lectæ? in-
sectationes? aduersantium impulsiones?
vindictæ? iniuriæ? offensiones? Viuente te
semper contentiosè egisti. Christus non
quasi sub conditione locutus est, dicens:
Si frater tuus habet aliquid aduersum te.
Sed absolute? *Esto consentiens aduersario*
tuo cito, dum es in via. Veluti vnuiuersæ
carnis, qui non aduersantia patiatur atque
sultineat. *Quia non est, qui faciat bonum,*
omnes declinauerunt. Vnusquisque declina-
uit in viam suam; via communi pergens
propter vitam corruptibilem, quæ omnes
comprehendit: declinat vnuiuersusque in
affectu, in moribus, in actionibus in vi-
am suam, iurgia excitans, & à charitate
recedens. Propterea. *Esto consentiens ad-*
uersario tuo.

Durus est hic sermo. Concedo. Sed is,
qui Deum non querunt, qui mundum a-
mant, qui terrena cernunt, qui non ad fu-
tura prospiciunt. Cur putas cecinit Paltes
Propheta. *In toto corde meo exquisiui te,*
ne repellas me à mandatis tuis. Num repel-
let Dominus plebem suam? cur ergo ro-
gat iste non repelli? Vdidit repellentia
multa à mandatis Domini. Quanta vi o-
pus est aduersario consentire? te malè in-
iuriantem ex charitate corripere? diligere
inimicum? malefactoribus benefacere?
calumniantibus bonum deprecari? Non
potest homo suis viribus repellentia ista
repellere: Auxilium petat ab eo, qui dat
benignitatem: tunc Dominus non repel-
lit, quando vt repellamur, non permittit.
Qui hanc difficultatem sentit, hic roget
Deum: hic clamet: *Domine salua nos, pe-*
rimus. Non adeò venti natem agitabant,
in qua erant Apostoli, sicut nos exagitant
affectiones istæ, turbines, tempestates,
quæ mentem eorum quatunt, qui in via
vitæ huius aduersarios tolerare coguntur.
Isti cla-

Mat. 3. 16. Iſti clament in fortitudine, vocem eleuēt,
& oculos ad eum, qui & ventis & mari im-
perat, quo imperante fit tranquillitas ma-
gna. Hoc eſt quod dixit Dauid: *In toto cor-*
poſui te meo exquiſiui te ne repellas me. Qui de-
clinant in via, & diuiſum eſt cor eorum in
his tempeſtatibus, interitum patiuntur.
Oſa 10. 2. *Diuiſum eſt cor eorum, nun̄ interibunt.* In-
quit Propheta. Vellent quidem eſſe in
caltris Chriſti, ſed pondus belli ſuſtinere
detrectant. *Velleſt Chriſtum ſequi*, ſed
cruce exonerati. Nuptijs eius ad eſſe præ-
ſentes; ſed ſine tumpu veltis nuptialis,
non frui manna ſolum, ſed & carnibus ve-
ſci cupientes. Non ſic, non ſic Dauid. *In*
toſo corde meo (inquit) *exquiſiui te.* *To-*
ſum me dedi ad te deprecandum, video ven-
tum validum, ſubmergor, niſi ad te cla-
mauerim. Quomodo potero ſuſtinere, niſi tu ad-
iuues me. Hoc eſt quod requiritur. Vbi
fortior hoſtium impuſus, ibi fortius eſt
reſiſtendum. Ibi eleuata voce fortius
clamandum ad Deum, qui clamantes
exaudit. A Domino diriguntur grefſus
viri. Quis autem hominum intelligere
potest viam ſuam? ſi per nos viam rectam
inuenire non poſſumus, vt neceſſe ſit à
Domino dirigi grefſus noſtros, num po-
terimus ambulare viam iſtam grandem,
niſi præſtet ipſe vires?
18. Cognoscat homo ignorantiam ſuam,
cognoscat imbecillitatem, non accuſet le-
gis impoſſibilitatem. Non potuiſſet po-
pulus per ſe mare rubrum tranſfretare: nõ
potuiſſet inſectantis Pharaonis manus ef-
fugere. Ceſſit mare, periit Pharao, ſed fi-
lij Iſrael ambulauerunt per ſiccum in me-
dio maris. *Viam munuit, inſectantem*
ſtrauiſt. At quod poterant ipſi facere, non
fecerunt: non ambulauerunt pedibus ſuis
liberati ab obſtantibus? *Surge, comede* (di-
xit Angelus ad Eliam) *grandis enim tibi*
reſtat via. Vt amouet exteriora impedi-
mēta, ita & impertitur adiumenta interio-
ra, Vtinam nos vellemus, non deeſſet ma-
nus Domini. Nos nobis debemus im-
perare, ſuperbiam deponere, diſcutere
inflationem. Quid culpæ fuit in Moyſe;
qui vixit Aaron in Sacerdotem? quid pec-
cauit Aaron, qui vocatus à Domino inuit

Sacerdotium? Et tamen Leuitæ Chore,
& focij tumentes ſuperbia ſtantes aduer-
ſus Moyſen & Aaron dixerunt: *Cur ele-*
uamini ſuper populum Domini? Tumor
mentis eorum illos diſperdidit. Sic in o-
mnibus euenit. Vince tu teipſum, domi-
nare in medio paſſionum tuarum, quæ
hoſtes ſunt animæ tuæ, & erit tibi pax.
Poterat Deus in deſerto ſic populo pro-
ſpicere, vt nullius rei vnquam indigentia
contigiſſet. Sed vbi probata fuiſſet eorum
fides? ſitierunt, eſurierunt, & clamauerunt
ad Dominum, & Dominus exaudiuit eos.
Ita aduerſarium tibi permittit, vt tu illi
conſentens, fidelis proberis & patiens vt
quantum diligas Deum appareat, pro eu-
ius amore diligis fratrem tuum, & con-
ſentis aduerſario tuo. Sic, quæ videntur
aduerſa, proſpera ſunt; qui aduerſantur
iuuant; aduerſarius auxiliarius fit. At tu
vide, ne quæ ad bonum tuum à Deo ordi-
nata ſunt, cedant tibi in malum, nam in
bonum aliquorum certum eſt illa ceſſu-
ra. Sic Aaron confirmatus Sacerdos in
ſeditione Chore. *Sic Iudaorum paupertas*
diuitia gentium facta eſt. Caue ergo tu ri-
bi, & ſta in timore & tremore, ne alius
accipiat coronam tuam. O magnum emolu-
mentum, quod nobis offert Dominus,
dimittens nobis in via Aduerſarios. Hac
ratione nobis pretium parat, quod pec-
cata, quibus in Deum iniuriſſimus, fa-
cillimè redimere valeamus, dimittentes
proximi debita, vt noſtra nobis miſeri-
corditer dimittantur. De hoc ergo gra-
tias agamus, vt tantum beneficium Dei
gratia conſequamur, vt mundi ad Deum
accedere mereamur. Amen.

FERIA III. DOMINI.
CÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Audistis quia dictum est, qui-
cumq; dimiserit. *Matth. 5.*

Y 3

ARGV-

ARGUMENTVM.

Suadet Pax & Vnio. Quare in veteri lege permittetur Coniugum diuisio. Cur non in noua; rationes pulchra & docta. De iuramento tractatur, ostenditur introductum ex carentia huius vnionis. De Patientia & ipsius excellentia.

BENE considerantibus doctrinam illorum duorum sapientum, quos certi sumus nobis veteram Sapientiam, quæ desursum est protulisse, quippe qui ductum Spiritus Sancti in illa proferenda sint secuti, aperte manifestum est illos imprimis aptam congruamque spectasse conuersationem hominum inter se, vt per illam ad Deum perueniremus, & interim pacifice & congruenter inter nos vitam ageremus. Vnde Salomon in principio post breuem exhortationem mox infert: *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Et rursus proposita prædicatione atque inuitatione Sapientia, docet eius fructum esse: *vt eruarius à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur, qui relinquunt iter rectum.* Et postmodum: *vt eruarius à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos.* Iterum Sapientiam commendans, & hortans, vt quæ hominem bene & congruenter componat cum Deo, redit ad demonstrandū qualem debeamus habere cum hominibus conuersationem. *Noli prohibere benefacere eum, qui potest. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere. Ne moliaris amico tuo malum: & cætera huiusmodi.* Ità & alius Sapiens totus est in eadem docenda atque ostendenda conuersatione. *Certe, vt Deus dixit: non est bonum hominem esse solum, sed malum est eum aliis non conuenire.* Et minus malum esset, solitariam ducere vitam, quam duram cum aliis, & inconcinnam habere conuersationem. Quare Deus expectans a nobis vitam communem & æquabilem, voluit ex vno esse omne genus hominum; voluit ex latere viri pro-

Pro. 1.10.

Pro. 2.12.

Pro. 2.16.

Pro. 3.27.

Gen. 2.28.

Act. 17.26.

Gen. 2.11.

dire mulierem; ex duobus sic simul vnitis dum sunt vna caro; vniuersos homines proficisci. Hinc & Paulus ad Timotheum: *Hac tibi scribo, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari.* Et Petrus: *Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam.* Id quod optimè fecerunt Patriarchæ nostri etiam cum alienis. Hæc autem maximè est hodiernæ lectionis Euangelicæ doctrina, *Quam ergo rogo vos, vt intenti audiatis.*

In qua de tribus instrumur. Primum de insolubilitate matrimonij, dicente Domino. *Audistis, quia dictum est antiquis. Quicumq; dimiserit uxorem suam, det ei libellū repudij | Ego autem dico vobis quicumq; dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæcham.* Secundò de iuramento. *Iterum (inquit) audistis, quia dictū est antiquis: Non perjurabis: Reddes autē Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino.* Tertiò, de tolerantia. *Audistis (inquit) quia dictū est. Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autē dico vobis, nō resistere malo.* Hæc congruunt tribus vinculis, quibus cum cæteris hominibus alligamur. Primum vinculum est Matrimonij, in quo duo coniuges fiūt vna caro. *Et erunt (inquit) duo in carne vna.*

Tertium est Pacis, in quo plures homines fiunt vnus spiritus. *Solicite (inquit) seruare vnitatē spiritus, in vinculo pacis.* Secundum Iuramenti, quo vnus homo astringitur alteri. Vnde ab Apostolo dicitur *Immobile: Vt (inquit) per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deū.* Primum est inter eos, qui sunt valdè coniuncti, nempe inter coniuges. De quo Dominus: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Tertium est inter eos qui sunt valdè disuncti: vbi alius aliū offendit, percutit, contendit, aufert, angariat. Mediū verò cum omnibus est indiscriminatum, quia iuratur cū omni genere hominū quibuscum negotia tractamus. Primum vinculum, videlicet Matrimonij, iubemur conseruare sed nō contrahere: Sed est in potestate hominis, vt docet Paulus: *Secundum vinculū iubemur, vel saltem monemur non adhibere, sed adhibitum tenemur obseruare.*

Immobile: *Ut (inquit) per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deū.* Primum est inter eos, qui sunt valdè coniuncti, nempe inter coniuges. De quo Dominus: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Tertium est inter eos qui sunt valdè disuncti: vbi alius aliū offendit, percutit, contendit, aufert, angariat. Mediū verò cum omnibus est indiscriminatum, quia iuratur cū omni genere hominū quibuscum negotia tractamus. Primum vinculum, videlicet Matrimonij, iubemur conseruare sed nō contrahere: Sed est in potestate hominis, vt docet Paulus: *Secundum vinculū iubemur, vel saltem monemur non adhibere, sed adhibitum tenemur obseruare.*

Immobile: *Ut (inquit) per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deū.* Primum est inter eos, qui sunt valdè coniuncti, nempe inter coniuges. De quo Dominus: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Tertium est inter eos qui sunt valdè disuncti: vbi alius aliū offendit, percutit, contendit, aufert, angariat. Mediū verò cum omnibus est indiscriminatum, quia iuratur cū omni genere hominū quibuscum negotia tractamus. Primum vinculum, videlicet Matrimonij, iubemur conseruare sed nō contrahere: Sed est in potestate hominis, vt docet Paulus: *Secundum vinculū iubemur, vel saltem monemur non adhibere, sed adhibitum tenemur obseruare.*

Tertium

Rom. 12. 18 Tertium tandem vinculum omnibus debicum est, dicente Apostolo: *Cum omnibus hominibus pacem habentes.*

3 Ex quibus commune trahitur & necessarium documentum, quod maxima inter homines debet esse coniunctio. Quod autem secundum vinculum, videlicet Iuramenti, expressè prohibeatur, dicente Domino: *Ego autem dico vobis, non iurare omnino: hoc non infirmat, sed firmat potius vnionem, ad quam tenemur. Quod enim dicit Dominus. Si sermo vester, est, est; nō, non: quod enim abundantius est, à malo est: notat iusiurandum malam habere originem. Iam enim adhibetur, quia non sibi mutuo confidunt homines; decipiunt ipsi de vanitate in idipsum, dolose agunt, promissis non stat. Si non esset hoc malum, videlicet defectus charitatis, non esset opus iuramento, quo defectus rescitur ipsius charitatis & perfectæ vnionis; vt hoc remedio pacificè viuant homines vinculo charitatis alligati. Ad hanc vnionem aptis quibusdam similitudinibus seu probationibus nos Salomon conatur promouere.*

Mat. 5. 34. *Melius est (inquit) duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ: si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Vt soli, quia si ceciderit, non habet subleuantom se. Et si dormierint duo, mutuò fouebuntur. Vnus quomodo calefiet? & si quispiam proualuerit contrà vnum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Prima similitudo in vno subsidium ponit collatum ab altero. Secunda ponit mutuuum subsidium. Nam vnus fouet alterum, & alter vnum: dum alter alterum calefacit: Et amba procedunt ex connaturali nobis infirmitate, propter quam ille cadit, & vterq; per se frigidus est. Tertia similitudo ponit subsidium contrà malum exterius ab extra contingens, contra quod duo propugnantes facilius prævalent, quàm vnus solus, & totum confirmatur exemplo funiculi, qui fit ex tribus chordis sibi mutuò circumplexis: adeò quòd si earum quamque singulam infringas, vbi fuerint connexæ in funiculo, non ea facilitate rumpuntur. Ergo homines sibi coniuncti & adiuuant infirmitatem propriam, & alienam consequuntur*

37. *firmatatem, quâ firmati & confirmati non ita facilè deiciuntur: O quantum bonum ex vnione procedit! subleuat à malo, in quod quisq; cecidit; præseruat à malo iminenti ex pugna aduersariorum; & tuetur, & complet bonum habitum, sed imperfectum. Iuuat ambulantes, iuuat dormientes, iuuat pugnantes, si malum incurristi cadens, liberat te; si malum times pugnas, defendit te, si insufficiens est bonum tuum, ab eo, qui tecum est, suppletur.*

37. *Cum igitur tantum bonum sit vnio inter homines, pessimi omnium illi sunt, qui seminant inter illos dissidia & discordias. Hinc Salomon. Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Hic est totus homo peccati, qui omnibus suis partibus corporis & animæ vitur ad malum, ore, oculis, pede, digito, corde, vt tandem dissidia inter homines creet. Homo apostata, Hebræis est, homo Belial, id est insigniter impius. Hic est inutilis sibi & aliis, quin magis noxius, & hoc impense: Graditur ore peruerso, agēs fallaciter, ac dolose. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur: id est, quamuis placide loquatur, id tamen ad decipiendū & nocendū facit: quod suis obplicibus oculorū signis, pedis digiti ostendit: tedit n. ad iurgia seminanda, vnionēq; inter homines dissoluendam. Quod quantum malum sit, ostendit Salomon ibidem subdens: Sex sunt, quæ odit Dominus, & se-*

37. *ptimum detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes sanguinem innoxium, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendū in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum, qui seminat inter fratres discordias. Vide quomodo ab aliis peccantibus discernit discordias seminantē: eumq; nouissimum tanquam omnium pessimum ponit: quem ideo Deus singulariter detestatur. Anima (inquit) Dei illum detestatur, quasi dicat, Totus Deus ex corde illum habet exosum, quasi qui aduersus Deū incedat, id moliens sua malitia destruere, quod Deus sua bonitate ædificauit. Discordia n. res etiam maxima dilabuntur, discordias*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

37. *igitur*

Prou. 6. 12.

Prou. 6. 16.

igitur seminans, destructorem se præferebat operum Dei.

5 Sed iam de tribus illis vinculis pro tunda societate inductis agamus sigillatim. De quorum primo audiimus dicentem

Mat. 5. 31. Dominum: *Audistis, quia dictum est anti-*

quus: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Planum & certum ex verbis Domini, permissam hanc dimissionem vxorum populo illi ad duritiam cordis eorum: cum ab initio instituti hominis perpetua fuerit, & indissolubilis coniugum coniunctio. Vbi discimus DE VM intendere semper salutem nostram; quam si respicimus intendit minas & malum. Primum intendit foelicitatem Adam, & ideo statuit illum in loco voluptatis. At lapsum expulit inde in terram spinas, & tribulos

Gen. 2. 8.

Gen. 3. 23. *germinantem. Ne forte (inquit) comedat de ligno vite, & uiuat in aeternum. Quod illi absque dubio, magno fuisset exitio: parupendisset enim diuinum decretum,*

Gen. 2. 17. *quo illi fuerat protestatus: In quacunque die comederis ex eo, morte morieris: arbitrans illud inefficax; quæ res fuisset illi occasio, alia scelera committendi, neque de præterito faciendi pœnitentiam. At moriturus ac sudaturus, ut vitæ mortalis cursum perageret, ad cognitionem peccati atq; adeo ad pœnitentiam excitabatur: quod si neq; pœniteret, non tot, ac tanta scelera perpetrasset. Sic mulierem, partus cum dolore à peccando iterum validè cohibebat. Sic populo coturnices dedit in deserto, ne errarent in fide, arbitantes imbecillum Deum, & impotentem ad carnes apponendas. Vnde in Psalmo. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ. Sic Paulus de Alexandro, & Hymenæo. Quos tradidi (inquit) Sathana, ut discant non blasphemare. Videns igitur duritiam populi huius, ne forte si inuiti vxores retinerent, ad vxoricidium deuoluerentur, permisit illas dimittere. Ut tamen quantum conueniebat compeceret, iussit, ut libellum darent, in quo scripta esset ratio, quam obrem repudiabant, ut sic moram trahentes forte pœniterent & reconciliarentur. Vnde excellenter impletur do-*

Gen. 3. 16.

Exod. 16.

13.

Pf. 77. 20.

1. Tim. 1.

20.

cumentum Sapientis: *Noli prohibere bene-facere eum, qui potest, si uales, & ipse benefac.* Nam sic nedum non prohibetur, sed adiuuatur. Nam & à malo retrahitur, unde facilè reconciliatur.

Sed cur modò non admittitur repudiū? Quia lex nostra immaculata est, nullam admittens imperfectionem, quando

verbum otiosum subiicitur examini futuri iudicii. Ecce quam bonus & rectus corde

debet esse fidelis quisque. Si gloriabatur Iudæus: quia annunciasset verbum suum

Iacob, iustitias, & iudicia sua Israël, & taliter non fecisset omni nationi. Quæ ergo gloriatio nostra, dummodo nostram legem impleamus? Ideo ad sapientiam hortamur, ut intus & foris simus cum illa uniti.

Circunda eam gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. Sic fixa in corde ex quo motus omnis procedit, sit circa guttur, ut ne vel statum emittere possit, qui per legem non transeat. Ita iubemur illam arripere, tenere, amplexari, diligere, & huiusmodi, ut perfectus sit homo Dei ambulans in via immaculata, speciosus forma præ filiis hominum, qui fuerunt ante nos. Nam & circundare sapientiam gutturi, est ab illa decorari. Vnde Ecclesiæ dicitur. *Pulchra sunt gena tua sicut turturis, collum tuum sicut monilia.* Sed quæ pulchritudo est in turture? aspectum habet simplicem, sicut & columba. Hic est color non fucatus, sed simplex & natiuus, ut ad præscriptum naturæ sint compositi mores nostri. Vnde

Christus de repudio: *Ab initio autem non fuit sic: tunc enim regnabat lex naturæ.* Quod autem à natura est, à Deo est, & est bonum & pulchrum: & cum simplicibus sermocinatio eius: collum verò sicut monilia; id est, velut monilibus ornatum, ut monilia sit abstractum pro concretò, id est, moniliatum: ut nedum in genis sit natiua pulchritudo, sed in collo sint augmenta gratiarum, & incrementa virtutum, per additionem donorum, & per superposita ornamenta sacramentorum. Nostrum itaque est implere, quantum possibile est, omnem iustitiam.

Secunda ratio est huius indissolubilitatis. Ut firmior vnio, unde originem trahimus,

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

Mat. 19. 6.

Pro. 3. 17.

mus, strictiorem doceat, & generet Spiritus unitatem; stabilior sit pax, perfectior charitas, dilectio intimior, & adeo ardens amor, vt ab aquis quantumlibet multis nulla possit ratione extinguī, aut etiam vel modicum refrigerare. Ideo enim & Dominus binos misit Apostolos ad legem suam, quæ est lex amoris, Euangelizandam. Ideo & mandatum amoris nouum nominat propter nouam excellentiam illi superadditam. *Mandatum nouum do vobis* (inquit) *vt diligatis inuicem*: vt & amor ipse nouus sit semper, viridis, ardens, perfectus, non diminutus, non aliqua ex parte veterascens aut deficiens. Quapropter assimilauit, siue etiam equauit amorem proximi, cum amore nostri; vt quemadmodum amor nostri, quod ex natura procedat, quæ semper est eadem, integer perseuerat & recens, ita proximum amemus indefinenter & indeficienter. Quod si natura corrupta prona ad malum, querit quod sibi vile est, non quod multis, non æquæ ac se, diligens alios: Recordare quod in Arca es nobiliori, quam fuerit Arca Noë: Vbi si leo, aut vrsus, aut inala bestia insurrexisset aduersus infirmiora animalia, turbata pace, nec ipsa validiora seruata essent à diluuiō. Coërcuit Arca naturam bestiarum, & tuam non coërcet Ecclesia? non Christus? non Euangelium? non periculum? non tua ipsius perniciēs? Si Aquila comedisset columbam, quis nuncius fuisset iam siccatum aquarum? o aquilis velociores ad dilaniandam deuorandamque columbam, aut auferendam pacem: vos beneficium Arcae non accipietis? Voluit in Arca Deus saluari omnē semen: Vos non estis semen verum, non vos saluabit Arca, quam turbatis, concutitis, confunditis. Prædixit Dominus, quod in Arca ista habitabit lupus cum agno, vitulus, & leo simul morabuntur: & puer paruulus mittet manum suam in cauernam reguli: & quod non nocebunt in vniuerso monte sancto eius: Et tu qui insidiaris, vt leo paratus ad prædam. Vbi habitas? num in Arca? num in domo Domini? num in monte sancto eius? at quomodo verum erit, quod non nocebunt in vniuerso monte sancto eius? Cer-

Tom. I. B. l. lantani.

tè cum feris est habitatio tua in Babylone: *Vbi habitas onocrotalus, & ericius, ibi & coruus, onocrotalus, & pilosus, & miluus. Vbi est cubile draconum, & pascua struthionum.* In mundo: non in Ecclesia est conuersatio huiusmodi hominum, qui vt bestia viuunt, quamuis enim corpore degant cum sanctis, spiritu tamen seiuncti sunt, & cum venerit tempus iudicii, extirpabunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, vt ignis igni respondeat, & alter alterum puniat, flamma vindictam, ardor pœnæ ardorem culpæ.

Tertia ratio est, quia Synagoga inducitur in paginis veteris instrumenti veluti Sponsa Dei: Ita & Ecclesia in nouo nostro. Illa repudiata est, & datus est ei libellus repudii, nempe Euangelium, immo & vetus Scriptura: Vbi apparet quam merito repudiata sit à Domino, si forte hæc cognoscens, ad virum priorem reuertatur. At Ecclesia certam habet sponsonem, nunquam repudiamiri: *Ecce ego* (inquit) *vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad con summationem sæculi. Dabo vobis Spiritum veritatis, vt maneat vobiscum in æternum. Hoc est enim regnum, quod alteri populo non tradetur:* Ecce cur ibi permittebatur repudium, hic autem non: erat enim figura temporis instantis: Et quid nos monet figura ista? Ad Synagogam pertinere, qui separatur à Deo; Iudæum viuere, qui sic viuunt, vt à Deo abiiciantur. Cainum imitatus, Saulem sequutus, quos proiecit Deus à facie sua. O quantum studium vobis est adhibendum, ne à gratia Dei excidatis? *Eripuit nos Deus de mundo, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate:* Sed nos immunda tangimus, & inquinamur, conformamur huic sæculo imaginem portantes veteris Adam. Fimbrias quaedam iubebantur Israëlitarum portare in vestimentis suis, vt a cæteris gentibus essent hoc signo discreti. At quo signo discernimur nos a non discipulis Christi? *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem* In hoc signo vinces mundum. Magnificat Iudæus fimbrias, tu magnifica charitatem:

Z dico

dico tibi, quod quicumque inuenerit te, occidet te, si non fuerit hoc signo signatus.

Gen. 4. 15. Scimus enim quia translati sumus de morte

1. Ioan. 3. 14. ad vitam, quia diligimus fratres. Ideo Angelis percutientibus clamatum fuit ab Angelo Domini: Nolite nocere terra, & mari,

Apoc. 7. 3. quoadu, quo signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. O signum! d' mores Christiani! Nolite, nolite conformari huic sa-

Rom. 12. 2. culo.

9 Si fuerit inter nos dilectio (vt ad secundum vinculum nunc transeamus) necessarium non erit iuramentum. Ideo dico vobis (ait Dominus) non iurare omnino. Sic charitas inter vos, & non erit opus iuramento: quo non existente, necessarium non erit. Non iurare omnino, dico vobis. Cur verò; Sapienter audi.

Et. 23. 9. Iurationi non assuecat os tuum: multi enim casus in illa. Nominatio vero Dei non fit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue, a liuore non minuitur; Sic omnis iurans, & nominans in toto peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo illius plaga. Ecce expressam rationem, cur frequens in ore hominum non debet esse iuramentum: multi enim (inquit Sapiens) casus in illa; frequenter cadit, qui frequenter iurat. Iuramentum res est magni ponderis, non leuiter committendum.

Iuratur in vero iuramento per Deum semper. Quamuis enim non expresse nominetur Deus; implicite tamen nominatur: Et ratio est; quia est regula Apostoli, quod *o-* *n* *n* *i* *i* *r* *a* *n* *s* *p* *e* *r* *m* *a* *i* *o* *r* *e* *m* *s* *u* *i* *i* *r* *a* *t* *s*. Fit enim iuramentum ad confirmandam veritatem; si tu tantæ autoritatis es, vt simplici verbo tuo credatur, ad quid iurare? si tibi non præstatur fides, testimonium alicuius maioris adhibetur. Quis vero hic nisi Deus? & ideo præceptum erat, vt non nisi in nomine Dei iuraretur. Veteres, vt ex hoc loco trahitur à Sapiente, iurantes nominabant sacrarium, id est, tabernaculum, vel templum, vel altare, quod esset res sacra, & ideo res Dei, vt sic ad Deum referretur nominatio & iuratio illa.

Et quia in tabernaculo erant duo illa lo-

cas, quæ dicebantur sancta; ideo monet Sapiens: *Nominibus sanctorum non admiscearis.* At Dominus Iesus rem exaggerat dicens. *Neque per caelum, quia thronus Dei est. Neque per terram, quia scabellum pedum eius est. Neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni Regis.* Vbiq; igitur quidquid nominauerit, intelligitur Deus, cuius hæc omnia sunt, & vt res Dei citatur in iuramento, si verum est iuramentum, id est, si verè, & re ipsa iuratur. *Sed neq;* (inquit) *per caput tuum iurabis;* quia tu ipse non tuus es, sed illius, qui te fecit. Si tu tuus ipse auctor es, fac album capillum tuum, qui niger est; fac nigrum, qui albus est; quod si hoc, quod minimum est, præstare non præuales; ergo ipse facit nos, & non ipsi nos, ergo non sumus nostri, sed eius, qui fecit nos. Qui ergo per caput suum iurat, per aliquid Dei iurat. Recte ergo *nō iurare omnino.* Propterea quod si non magna adhibeatur diligentia, facile quis periurabit, & cadet, & casus eius erit in mortem, quia per peccatum mors. Sed audio excusantem te: putabam verum esse, quod iurabam. Num sciebas te hominem esse? Num sciebas, quod omnis homo mandax? num sciebas, quod non omnia nouimus omnes? quod facile decipimur? quod fallit memoria? quod affectus peruertit intellectum? num expertus es aliquando te, vel potius frequenter falsum asseruisse? falsum iurasse? & adhu c exponis te discrimini? leuiter iuras? ergo inexcusabilis es; o homo omnis, & qui iuras, si non necessitate cogaris. Audisti Dominum demonstrantem, quod iuramentum completitur nomen Dei.

Audias & legem: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* In vanum verè assumis, quando falsum iuras; quia non adest quod tu dicis adesse; & vbi illud deficit, vacuum est, vanum est. Verum nunquid non in vanum iuras, quando nulla est utilitas; nulla necessitas? Tunc igitur & ob irreuerentiam peccatur assumendo pro re futili nomen Domini. Multi ergo casus in frequenti iuratione. At dices: Nō intendo iurare: profiteor hodie, quod in nominibus creaturarum creatorem non complectar. Ad quid ergo formam assumis iuramenti? Nunquid & hæc non est

non est casus, cum dolose rei sacræ pretextu prophanam prodis? Facio ex leuitate (inquis) non dolo: lingua labilis aliquid vult pronunciare, futilia verba illi permittito. Quidquid dicas te excusans, non eris innocens à delicto: quoniam iusiurandum res est diuina, quæ soli Deo debetur, ergo quidquid inducitur quasi tale, vel cum talis rei apparentia, Deo facit iniuriam & irreuerentiam: Sed tandem si aliud mali non esset, periculum est in lingua, facile cades in peritium. Stat ergo sententia: *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non recedet à domo illius plaga.* Similitudinem aduertisti animo? Seruus si assidue interrogetur, frequens flagellatur, quia facile, ne in errore deprehendatur, mentitur: & si mendacium discooperitur, tergum flagellis discooperitur: Sic frequens in peierando, in patiendo non minus erit frequens: quia virum dolosum abominabitur Dominus. Ergo *non iurare omnino*, ut cuitetur tum periculum tum peccatum.

Hæc eadem est ratio cur non esset repudianda vxor, quia, *qui dimiserit uxorem suam, facit eam machari.* Quomodo autem? præbens illi machandi occasionem, ut vbiq; doceamur has peccandi occasiones euitare.

SECUNDA PARS.

Avdisti quia dictum est antiquis, *oculum pro oculo, dentem pro dente.* Ego autem dico vobis, non resistere malo. Sed si quis te percusserit in una maxilla, præbe illi & alteram. Hoc est tertium vinculum, vere vinculum perfectionis, dignum quod proprio ore doceretur à Filio Dei, qui sicut se præbuit exemplum bonorum operum omnium, sic imprimis huiusce veritatis præcipuum se voluit esse magistrum. *Discite* (inquit) *à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Ecclesia vxor est Agni, & vxor eius præparauit se Agnus mansuetus est, nesciens resistere malo, sed & obmutescens coram tonante & expilante se, lino & victimante. Vxor Agni se præparat, ut tanto sit digna coniugio, quibusnam se ornamentis decorabit? sedeat Babylon super bethiam

induta coccineo, & ornata pretiosis. Vxor Agni, qui totus est, expoliatus est, decoratus est, denique & occisus est, & in occisione sua vxorem duxit, quo mundo muliebri ornata procedet? Esther nullum quæsiuit ornamentum, se voluntati commisit illius eunuchi, quem virginibus Rex præfecerat. Vxor Agni se illius voluntati totam tradidit, gloriosam se reputans, si sit sicut Sponsus eius. Ille sollicitus est de illa. Quantum vero? *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sanguinem sudit proprium, ut illam emundaret.* Doloribus ergo, calumniis, persecutionibus, illusionibus, flagellis, cruce, morte illam mundauit & exornauit. His vxor Agni se præparauit ornamentis: quæ de cælo allata sunt. Totus enim mundus talia non habet iocalia, vestes, myrras, monilia, sandalia, margaritas. *Vidi Ciuitatem Sanctam, Ierusalem nouam, descendentem de cælo à Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo.*

Cur de cælo à Deo? Audi Sponsum & virum eius: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Quomodo misit te Pater? Quædo clamauit de cælo Pater: *Hic est Filius meus dilectus.* Tunc præco Ioannes Baptista vox clamantis in deserto clamauit & ipse: *Ecce Agnus Dei.* Hunc Agnum postulabat Propheta: *Emitte Agnū Domine, dominatorem terra, de petra deserti:* id est, de petroso deserto. Missus est ergo, ut Agnus non de loco pascuæ, sed de petra deserti, sed de vasta solitudine, de eremo horroris pleno. Vbi est serpens dipsas flatus adurens, de necessitatibus, de tribulationibus, de angustis, de plagis supra modum, de mortibusque tandem: hæc est petra durissima. Vnde ad Ecclesiam, quæ est mons filia Sion, missus est Agnus dominaturus vniuersæ terræ. Inde & Ecclesia occurrit Deo suo. Inde veniens coniungitur Sponso suo. *Ecce ego mitto vos sicut Agnos inter lupos: & volo sitis sicut greges tonsurarum, quæ ascenderunt de lauacro, nolo ut onusti sitis lana, & lino, & onere rerum temporalium, sed*

Eph. 2. 15.

Eph. 5. 25.

Apoc. 21. 20.

12

Ioan. 20. 21.

Matt. 3. 17

Ioan. 1. 29.

Isai. 16. 1.

Deut. 8. 15.

Luc. 10. 3.

Cant. 4. 22.

Luc. 10. 4. *ut greges tonsarum. Nolite portare sacco-*
 Mat. 10. *rum, neque peram, neque calceamenta, ne-*
 10. *que duas tunicas habeatis. Sic erit Ecclesia*
secundum similitudinem eius, qui creauit
eam ex latere suo; quæ non est ex sangui-
nibus, sed ex sanguine Agni; non ex volu-
ptate carnis, sed ex morte. Ideo dico vobis
non resistere malo, alioqui non Agnos refe-
retis quos misit Agnus, sed lupos, ad quos
suos misit Agnus.

13. *Quadrat optime Synagoga, oculo pro*
oculo: quadrat Ecclesiæ, non resistere malo.
Incepta est Synagoga & electa, ut sponsa
Dei in vindicta malefactorum; facta in
manu forti & brachio excelso. Percussa est

Exod. 7. *& Ægyptus plagis multis: Percussus est Pha-*
 sequentib. *rao morte primogeniti & interitu suo &*
totius exercitus sui. Tunc cantatum est:

Exod. 15. 11. *Quis similis tui in fortibus Domine? quis si-*
milis tui, magnificus in sanctitate, terribi-
lis, atque laudabilis, & faciens mirabilia?
Extendisti manum tuam, & deuorauit eos
terra. Flauit Spiritus tuus, & operuit eos
mare. Quid mirum, si vindicta perseuera-
uit in populo illo, ex qua creatus est? At
nouus populus, noua sponsa, quæ non af-
cendit de Ægypto à Pharaone, sed descen-

Apoc. 21. 2. *dit de cælo a Deo: qui sic dilexit mundum,*
 Ioan. 3. 16. *ut Filium suum unigenitum daret: quem*
 Isai. 53. 8. *propter peccata populi sui ipse percussit, non*
ita edocta est à Deo, sed didicit non resiste-
re malo. Quia non est percussus Pharao,
sed sponsus accepit percussuram plage ma-
ximæ, quam fecit illi manus Omnipotentis.
Ideo dicit: Siquis te percusserit in una
maxilla, præbe illi & alteram, & illatas in-
urias sustinete, & ad sufferendas estote
parati.

14. *Iam duas rationes vidimus, cur nobis*
dictum sit à Domino Iesu Christo. Non
resistere malo: ubi fuerat dictum antiquis:
Oculum pro oculo: nempe ut Ecclesia con-
formaretur sponso suo, & principio suo.
Tertia huius mansuetudinis sit ratio, quod
dum postulatur Agnus à Propheta, simul
vocatur Dominator terra; ut intelligam⁹,
quod nulla est alia via perueniendi ad cõ-
pletum mundi dominium & possessionem,
quam mansuetudo: Mansueti enim here-
ditabunt terram, & delectabuntur in multi-

Psal. 36. 11.

rudine pacis: Et Beati mites, quoniam ipsi
 possidebunt terram. Viribus quidē & armis
 instituta & ampliata sunt regna: Sed qua-
 tuor bestiarum nulla (quæ sunt quatuor regna
 mundi, omnium potentissima & amplissi-
 ma) armis subegit mundū vniuersum; dic-
 cat licet Danieli Regi insignissimo primi &
 potentissimi regni. Magnitudo sua perue-
 nit vsq; ad cælum, & potestas sua in termi-
 nos vniuersæ terræ. Sicut n. hyperbolicè
 dictum est, quod magnitudo eius ita creuit, quod
 perueniret vsq; ad cælum; ita per ampli-
 ficatōnem dictum est, quod potestas eius perue-
 nit vsq; ad terminos vniuersæ terræ. Quod
 experientia docet: Nam bestia ista inter
 se pugnauerunt in mari magno. Reliquus
 erat modus dominandi super omnem ter-
 ram. Hic est, quæ figurauit Dominus, quā-
 do super asellum sedens conclamarat est
 Rex, & acclamatum est regnum eius; sic
 ostendens, quod non armis bellicis, sed
 mansuetudine & paupertate subiugaturus
 esset omnia sua imperio.

Hinc Zacharias hoc prævidens scripsit: 15
 Ecce Rex tuus veniet tibi: Ipse pauper, & af-
 Zach. 9. 9
 cendens super asinam, & super pullum filium
 asinae. Et disperdam quadrigam ex Ephraim,
 & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus
 belli. Quod & Dauid si bene attendatur, ibi
 docuit, quando cecinit: Minuisti eum paulo
 Psal. 8. 6
 minus ab Angelis, gloria & honore coronasti
 eum, omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo n.
 in quo passus est atq; tentatus, paulo min⁹
 ab Angelis minoratus est: merito itaq; su-
 per omnes est cõstitutus. Vnde Paulus: Eū
 Hebr. 1. 9
 qui modico, quā Angeli minoratus est, viden-
 mus Iesum propter passionem mortis gloria &
 honore coronatum. Factus n. obediens vsq; ad
 Phil. 2. 8
 mortem; loquutus est victoriam, quia Deus
 exaltauit illū, ut in nomine Iesu omne genu
 & 8.
 flectatur. Et adorent eum omnes Reges terra, &
 Phil. 2. 9
 omnes Gentes seruiant ei. Ita & ipse, quos
 Psal. 71. 11
 misit, ut agnos inter lupos, hos constituit
 principes super omnē terrā. Ita n. meretur
 mansuetudo. Verum & ipsa per se mansue-
 tudo verū sibi acquirit regnū super omnia
 regna mundi. Dixit modò Psalmus: Et a-
 Psal. 71. 11
 dorabunt eum omnes Reges terra, omnes Ge-
 ntes seruiant ei: ex quo habetur, quod ille om-
 nibus dominatur, cui omnia seruiant.

At man-

At mansueti omnia obsequuntur, ergo princeps est omnium. Quidni mansueti omnia seruiant, quando & qui offendere moliantur, hi magis, egregieque obsequuntur? Quid Arcam extulit super omnia cacumina montium, nisi fluctus feri maris? Quid Iosephum euexit ad principatū Ægypti; nonne fratres persequentes? nonne mulier insidians & calumians? nonne diutinus carcer? Si mali iuuant, boni quid faciunt? Martyres testes sunt. Apostoli Domini, & omnes id experiuntur, qui mansuetudinem colunt: *sunt enim cum omnibus hominibus pacem habentes: pacem* (inquam) *qua exsuperat omnem sensum, nempe pacem Dei: & delectabuntur* (inquit) *in multitudine pacis: quæ vera est delectatio cordis, quando per illam fit, ut homo veluti insuperabilis sit, quem nemo offendere possit. Si ambulaueris super ignem flamma non nocet tibi, ad id ut neque odor sumi illi offuscet. Hoc verum, hoc maximum est dominium. Qui sic sapit, Domino sapit, qui intruetur corda, & probat renes: stultum illum, licet appellent insipientes. Sapiens enim dicit. *Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.* Videntur affligi, concuti, iactari, turbari, illi autem sunt in pace, & delectantur in multitudine pacis, in abundantia pacis. *Observabit peccator iustum, & quarit mortificare eum. Dominus autem irridebit eum, inanes reddens omnes conatus eius.* Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos Dominus, & hereditas eorum in æternum erit. Num igitur mansueti sapientes non sunt? Audi tu Sapientem, ut sapiens fias. Est sapiens animæ suæ sapiens; & fructus sensus illius laudabilis. Qui sic sapiens est, sibi iuvat sapientia sua, sentit ipse emolumentum, & fructum sapientia suæ. Videtur semen suum nunc ab hominibus, videtur arbor patientiæ & sufferentiæ, sed fructus non videtur, effectum sentit ipse, alij neque aspectu percipiunt. At tantus fructus sensus, & sapientia illius suo tempore, & ab aliis laudabitur, dicentibus: *Non insensati vitam illorum æstimabamus insaniam: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Cur inter*

filios Dei? *Quia beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Mat. 5. 9.
 Quarta ratio, cum tantus sit mansuetudinis fructus, ut per eam factus sit homo filius Dei, ut si hæres mundi, & totius vniuersi possessor: magna tamen facilitate ad apicem tam excelsum imperij peruenitur. Non facile est seipsum defendere, proprias vlcisci iniurias, si vi est repellenda vis. Quis tantam habet vim, ut tantam persequentium, infestantium, diripientium, calumniantium, perturbantium, quin & interimentium vim repellere possit? Nabuchodonosor, qui per thronum suum iurauit, quod se defenderet ab vniuersis nationibus, quæ illi subici derectauerant, quanto labore hoc est aggressus: exercitum coegit, & misit sub Holoferne ad se vlciscendum de iniuria, quam sibi ab iis somniabat illatam, qui illi nulla nocuerant ratione, aut modo. Sed quid? neque hoc tanto adhibito labore, tantis impensis, tantis imperij sui viribus, virtutibus, diuitiis consilium suum assequi potuit, aut desiderium obtinere. Vna mulier in domo Nabuchodonosor fecit confusionem, frustrauit intentionem, dissipauit consilium, confregit potentias arcuum, scutum, gladium & bellum, & tantum opus quanta facilitate confecit? facilius ipsa manibus suis perfecit, quam nos verbis explicare possimus. Mulier, mulier mollis, delicata, pulchra, ornata, sed casta, tanti exercitus virtutem superauit. Vbi tanti exercitus virtus & potentia defensionem, quam fuerat meditatus, exequi non valuit aut moliri. O doctrinam. *Non resistere malo: resistentia sine labore nulla ratione esse potest. Non resistas; & non laborabis. Cede locum, ut mitia poma, ut caro mollis, ut tenerum quid. Hoc facillimum est, sed num ideo cedendo cades à causa? a negotio? ab incurfu & occurfu pugna? Nequaquam, quia cedendo potius & perdendo victor abibis. Audi Apostolum: *Non vosmetipsum defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: *Mibi vindictam, & ego retribuam: sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit potum da illi. Hoc enim faciès, carbores ignis cogeres super***

caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Horum Apostolicorum verborum coniunge cum fine principum: Nō vosmetipsos defendentes, sed date locum ira. Hoc est principium. Finis verò: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Nunquid vult aut hortatur Apostolus, vt perdas, vt expugneris, vt in fugam conuertaris quin intendit magis, vt vincas cum impugnaris, & gloriosam referas victoriam. Noli (inquit) vinci, sed vince; sed quomodo fiet illud, quia modum non cognosco? Docet ipse doctor Gentium: Non vosmetipsos defendentes, sed dantes locum ira, criticis viroses. Cur ita?

- 17 Duabus rationibus. Altera est: Dominus
 Exo. 14. 14. pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, quia i-
 Deut. 32. 35. Ite dixit: Mihi vindictam, & ego retribu-
 am. Promisit; mentiri non potest. Vide
 Psal. 8. 8. Dominum stantem promissis. Iuravi Da-
 uid seruo meo: Usque in aeternum preparabo
 semen tuum & aedificabo in generatione, &
 generationem sedem tuam. At Saul persecu-
 tor totis regni sui viribus insidians vitæ e-
 ius, cur quærit illum de terra rollere? Ipse
 met filio suo Ionathæ expressit aperte: O-
 mnibus diebus, quibus vixeris filius Isai su-
 per terram, non stabilius tu, neque regnum
 tuum. Agè, persequitur illū Saul, conatur
 interficere. Quid Dauid? seipsum non de-
 fendit; dat locum iræ, fugit, abscondit se.
 Et data illi facultate interficiendi persecu-
 torem suum: parcat, abstinet, & iurat. Viuit
 1. Reg. 24. 5. Dominus quia non mittam manum meam
 & 26. 10. in Christum Domini. Sic tamen vincit per
 Psal. 38. 8. 2. manum Dei retribuētis vindictam. Ma-
 nus (inquit) mea auxiliabitur ei & brachiū
 meum confortabit eum. Nihil proficiet ini-
 micus in eo, & filius iniquitatis non ap-
 ponet nocere. Et concidam à facie ipsius i-
 nimos eius. Et ponam in sæculum sæculi
 semen eius, & thronum eius sicut dies cœ-
 li. Ecce firmatam factō promissionem: vt
 Psal. 88. 36. inde dicat Dominus. Semel iuravi in sancto
 meo, si Dauid mentiar, semen eius in æter-
 num manebit. Sic vixit, & vicit cedens lo-
 cum maiori, seque non defendens.
 Pro. 12. 10. Alterum modum vincendi Paulus ver-
 bis sumptis à Salomone, sic manifestat: Si
 Pro. 25. 21. esuriserit inimicus tuus, ciba illū, si sitit, po-

sum da illi. Hæc enim faciens carbones ignis
 congeres super caput eius. Tanta est vis bo-
 nitatis, tanta virtutis, quæ ideò virtus di-
 citur, quod est fortitudo, tanta patientiæ
 potentia, tanta mansuetudinis fortitudo,
 vt nihil ei resistere possit. Quid mollius a-
 qua? quid ardentius igne, & tamen aqua
 extinguit ignem. Itæ ergo & responsio mol-
 lis frangit iram. Sic mulier, quæ mollit fer-
 mones suos, vincit & Sampsones; & for-
 tissimi quoque ab illa superati sunt. Si hoc
 in luxuriis, quanto magis in virtutibus? sic
 Abigail iram Dauid mitigavit. Haud secus
 Dauid ipse furorem sæuentis inimici sui
 Saul ad tranquillitatem & æquanimitatem
 reducebat, quem cum audisset Saul eod-
 em tempore & loco, quo illum ad mor-
 tem quærebat, dixit: Numquid hæc vox
 tua fili mi Dauid? Peccavi, revertere fili mi
 Dauid: nequaquam enim ultra tibi ma-
 lefaciam. Benedixit iu fili mi Dauid, &
 quidem faciens facies, & potens poteris. Au-
 di pronuntiatam potentiam patientiæ, ab
 impotente & impotente persecutore, qui
 vt erat potestatem habens regiam, sic im-
 potens erat, non valens resistere malo
 spiritui, & iræ, & odio, contra innoxium
 imò beneficium Dauid. Hoc fuit carbo-
 nes congerere super caput Saulis, vt in
 verticem eius iniquitas eius descende-
 ret, vt liberè fateretur se peccasse, se stulte
 egisse, & ideò nihil poruisse. De patiente
 verò ait: Et quidem faciens facies, & potens
 poteris. O magna patientia solius patientis
 & mansueti! Ergo hæc est victoria, quæ
 vincit mundū, fides nostra. At fides potētis
 patientiæ cōiuncta est. Itæ enim scribit Io-
 annes: Hic est patientia, & fides sanctorum. 1. Reg. 21. 15.

Quis igitur hanc non suscipiat doctri-
 nam, veramque sapientiam? Modum illius
 seruadæ explicat Dominus dicens. Si quis
 te percusserit in una maxilla, præbe illi &
 alteram. Et malum sufferre, & bonum cō-
 ferre docet. De malo audisti. Si quis te per-
 cusserit. De bono subiungit. Qui petiit à te,
 da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris.
 Si absolute quis petiit, da illi. Si mutuo pe-
 tit, nempe ad tempus, & hoc concede,
 ne auertaris. De malo, aut illud est in
 persona aut in facultate. Contingit, quod
 in ma-

in manu hostis sit labor & dolor; dolor dum percutit, labor dum angariat. Quid tu: vt non resistas malo? super dolorem tuum adde. Præstò sis ad mala etiam maiora toleranda. Si quis te laborare fecit in

Exod. 1.10. & seq.

peccatis suis, iniurius, contrarius, cogens, & fatigans, vt Egypti laboribus iniustus populum subigebant, non recuses laborem. Dic angarianti; fiat voluntas tua, præstò sum, paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. De rebus, *Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Tollat, licet persecutor res tuas easq; imprimis, quæ necessariæ sunt, vt est tunica. Si vult, quasi iuste id faciat, cooperiatq; malitiam suam, per iudicium noceat, si irreparabilem offensam irrogare præterdit, vt victus & conuictus in iudicio, tuū vltimius recuperare nõ possit. Quid tibi opus est facere? *Dimitte eum & pallium;* adde tu spontaneè ad ea, quæ tibi sublata sunt. Mõstra te tuorū bonorum esse Dominum, nõ feruum, qui possis de eis liberè disponere ad tuam ipsius voluntatem.

Prov. 3.2.

O quæ esset felicitas humano generi, si hanc Sapienciam amplexaremur! Inde Salomon post nobis propositam Sapienciam & exhortatam, subdit: *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus nõ impinget.* Temporalia ista offendicula sunt, saxa, impedimenta, ne viam curramus mandatorum Dei; in his sæpè offendimus omnes, mille cadunt, pauci refurgunt. *Qui autem malo non resistit, qui hæc terrena spernit, calcat, non est illi scandalum; ambulat fiducialiter in via sua, ambulat in via immaculata, vbi impingere non potest* *Psal. 118.1. pes, sublatis impedimentis omnibus: Beatus, qui sic non fuerit scandalizatus, Beati immaculati in via.* Hi verè sunt beati, quos carteris Dominus auteposuit, dicens: *Beati pauperes spiritu;* qui cum Noè totum dereliquerunt mundum, vt totum possiderent, quanto à terra remotiores in altum euecti, tantò totius orbis facti pacifici possessores, vbi nemo vltra molestus est, deletis iniquis, ablata videlicet iniquorū facultate nocendi. Innocuus enim ille est, in quo princeps huius mundi non

habet quidquã, & hic est, qui in hoc mundo nõ habet quidquam, prorsus à terrenis spiritu seiunctus, corde separatus, animo prorsus alienus. Hunc manet cælus, quod nobis donet Dominus cæli & terræ, qui abscondit hæc à sapientibus, & reuelavit ea paruulis, quorum sunt omnia sua.

Matth. 13. 35.

CONCIO SECUNDA.

ARGVMENTVM.

Radix mala, à qua prouenit iuramentum, consideratur. Quam malū sit per iurare, destruit enim excellentiã Euangelicã perfectionis. Hortantur homines ad pacificè viuendū cum vxoribus suis etiã malis.

MAGNA prudentia est scire quò sint oculi nostri cõuertendi & à quo pariter auertendi, Nam per oculum, illa ad interiora nostra, quæ sunt exterius, ingrediuntur; & afficiunt facile animum nostrum, vbi in illo sibi locū fecerint. Ideò sapienter iustus ille cum protestatur: *Leuasi oculos meos in montes;* *Psal. 120.1. tum rogat: Auerte oculos meos; ne videant* *Pf. 118.37. vanitatem.* Præterq; quod exterior oculus eiusmodi ad interiorè habet necessitudinẽ, & dependentiã, & in eadẽ re dispicienda cõueniã plurimū. Quapropter ne animus ergã illicita afficiatur, exterior ocul⁹ sedulo est custodiendus. Hæc prudentiã à Christo Domino apertè docemur, quando, postq; dixerat: *Qui viderit mulierẽ ad concupiscendã eam, iã mœchatus est eã in corde suo;* *Hodiè monet. Volenti mutuari à te, ne auertaris.* Vt ergò prudentes simus, hanc doctrinã lubenti animo suscipiamus.

Psal. 120.1. Pf. 118.37.

Mat. 5.28.

Legẽ suam Christus pergit super veterẽ exaltare, vt quæ à vitij magis arceat, & ad eminentiora virtutis opera mentẽ extollat & vitam nostram: Oculum regulauerat in superiorib⁹ dicens. *Qui viderit mulierẽ ad concupiscendã eã, iam mœchatus est eã in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum.* Regulat & modo dicens: *Volenti mutuari à te, ne auertaris.* Qua in te nos docet, ne illa sic abiciam⁹, q̄ spectet te, nõ arridẽt, vt ab his mētis & capitis oculos auertam⁹. Et quo magis appropinquat nobis, eo minus sunt amouenda.

Mat. 5.28.

Vbi

Vbi apparet Euangelicæ legis excellentia super Mosaicam, quæ uxores repudiare viris permittebat, quando illorum animo non cedebant. At Dominus: *Ego autē dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari.* Magna libertas, vel licentia magis, posse quis odiosam vxorē repudiare. Magnum ē contra vinculum, magna virtutis atq; constantiæ fortitudo, huiusmodi vxorem tolerare. *Melius est enim*

Prou. 21. 9. (inquit Salomon) *sedere in angulo domatū, quā cum muliere litigiosa, & in domo cōmuni.* Et rursus: *Melius est habitare in terra deserta, quā cum muliere rixosa, & iracunda.* Dura nimis est talis conuersatio, quæ sine magna patientia continuari non potest, vt melius videatur vel in deserto habitare, vel se in domus angulum recipere atq; abdere, quā libere conuersari, vbi sit mulier huiusmodi. Ad tantam tolerantia verus nō cogebat lex, propter duritiam cordis eorum: quasi licentia non esset repudij, homines faciliē vxorū sanguine polluerentur. Atq; idē minus malum putauit lex repudium, quā vxoricidium. Viri tamen sancti molestas quoq; mulieres sufferebant, sicut de Sancto Iob legimus,

Iob. 2. 9.

Tob. 2. 22.
19.

& de Tobia. Lex ergō Euangelica, quæ mitiora corda requirit, nos cum aduersis omnibus ita componit, vt malo non resistamus, sed illud potius & patienter toleremus, & lætanter quoq; obuuiis brachiis amplectantur. Idē statuit: *Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillā, prabe ei & alteram.* Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuā tollere, da ei & pallium. Et quicumque angariauerit te mille passus, vado cum illo & alia duo. Num ergo lex quæ tantam exigit in aduersis fortitudinem, coniugum diuortium, & vxoris repudium fuerat permissura?

3. Legis ergō nostræ tantam excellentiam nunc maxime expendamus, quam in charitate potissimum, in pace, & veritate constituit altissimus Legifer noster. Prohibet enim separationem, prohibet iurationem, prohibet vltionem. In quibus stat præceptum illud Domini per Zachariam. *Veri-*

Zach. 8. 16.

tatem tantum, & pacem diligite. Veritatem (inquam) vt prius dixerat. *Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo* (quod & Paulus iubet) *& iuramentum mendacne diligatis.* Pacem verō vt ait: *Iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitatus in cordibus vestris.* Et quoniam separationis, & vltionis prohibitio ad pacem vtraque pertinet: iuratio verō ad veritatem: hanc seorsum & primum consideremus, de his quæ ad pacem sunt postmodum tractaturi; Duo autem consideremus, quid sit malum illud, a quo est iurare, & quā malum sit periurare. Malum illud vnde ortum est, & in vsu est, iusturandum duplex est, sicut duo sunt inter illud, videlicet qui iurat & cui iuratur. Alterum infidelitas, infirmitas alterum. Infidelitas (inquam) illa, qua alter alteri, non vt se habet res, loquitur, & asserit, aut negat. Quæ tanta est, vt iam vulgarissima sit illa sententia: *Omnis homo mendax.* Quod cum ita sit, non faciliē quis proximi sermonē, vt verum probat & accipit; quæ est humana infirmitas. Et cum necessitudo inter homines ex verbis potissimum, & cōmuni colloquio constet; si his duobus malis non adhibetur remedium, infelix nimium est vita & conuersatio humana. Sunt autem huiusmodi mala hæc, vt nihil humanum ad ea medicanda sufficiens videretur. Quid? Diuinum fuit necessariū, & hoc est nomē Domini, quo Deus in testem aduocatur eius, quæ in sermone preteritur veritatis. Quod nomen tantæ cū sit maiestatis, terroris, ac sanctitatis, obnoxium se diuinæ offensæ imprimis ac vehementer faceret, qui illud violaret; qui etiam non a proximo iam quem scellisset, sed a Deo quem inhonorasset, expectaret vltionem. Hæc est causa cur iuramentum adinuentum est, & in hominum mores & consuetudinem inductum.

Hinc lex vbi dixit: *Non mentimini, nec decipiet vnusquisque proximum suum.* Mox intulit: *Non periurabis in nomine meo. Nec pollues nomen Dei tui: Ego Dominus.* Et quoniam tanta est hominum non infidelitas modo ad homines, sed irreuerentia quoque

quoque ad Deum, vt temerarie inuocetur iureiurando nomen Domini, & sacrilegè quod iuratur, non impletur; inter Dei præcepta istud: *Non assumes in vanum nomen Dei tui*, post ipsius veri Dei noticiam & cultum proximè statutum est. Quin & transgressori simul intentata punitio: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insonent Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Ità & in repetitione legis: *Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra, quia nõ erit impunitus qui super te vana nomen eius assumpserit.* Vbi rem vanam intellige, quæ veritate sit vacua: Ea enim est vanitas, quam cum mendacio coniungit Psalmus.

Psal. 4. 3. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sicigitur lex. At Euangelium ad excelsiorem gradum statuens nos euehere, superaddit; *Ego autem dico vobis: Non iurare omnino. Sit autem sermo vester: Est, est, Non, non.* Gratia enim Christi ad pificum innocentiæ statum, quantum fas est hominès reuocare contendit. Audistis enim dum repudiũ tollit, dicentẽ Dominũ. *Ab initio non fuit sic:* quando verò ab initio? quãdo Adã cõstitutus in iusticia, & sanctitate ex ore Omnipotentis dixit: *Relinquet homo patrẽ suum, & matrẽ, & adhaerebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna:* Quibus verbis Christus subscribens ait: *Quod ergò Deus coniunxit, homo non separet.* Si ab initio hæc dicta sunt, & ad id temporis vxoriam rem reducit Dominus: ergò Euangelica lex ad apicem illum quantum possibile est, nos laborat erigere. Ità ergò intèdit, vt fides seruetur, eademque, vt tunc esset factum, adhibeatur. Ità & infidelitatem submouens, & infirmitatem per virtutem gratiæ confortans.

Ergò qui veritatem mendacijs, ac pernijs euerit, prostermit, negat & polluit; hic maxime omnium legi Euangelicæ cõtradicit. Cur veritas de terra orta est? nonne, vt quæ erat in cælo Angelorũ medio, in medio nostrum staret quoque, vt illam diligeremus, faceremus, veneremur? Estò; dicat verum Paulus: *Est autem verax Deus, omni autem homo mendax.* Si iare Deus homo est, verax iam erit & homo: si

Tom. I. Bellissani,

diuinitas homini coniuncta est, cur nõ & veritas, quando, qui veritatem misit, verax est, vt ait ipsa Veritas? Iuncta quidem est vnitantum hypostaticè Veritas increata. At non vt in illo dumtaxat, veluti collecta esset; sed vt a vellere, super terram omnem diffunderetur. *Verbum quidem caro factum plenum est gratia, & veritate: Sed de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Promiserat Deus daturum se nobis: *Iurauit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Sic & patribus pollicitus fuerat quòd in semine eorum benedicerentur omnes tribus. *Fidelis quidem Deus in omnibus verbis suis, sed veritas tunc illius enituit, quando ea, quæ promiserat adimpleuit.* Audi Paulum: *Dico Christum Iesum mini serum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum.* Veritas fuit, quòd missus sit Christus ad oues Israël propter promissiones patrum: misericordia, quòd repulsus à Iudæis processerit ad gentes, quibus nulla fuerat facta promissio. Gentib; enim non loquebatur, sed patribus, quibus & de Gentibus locutus est. Sic ambo ad laudes Dei inuitantur. *Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* An non hæc magna veritatis obseruanda ratio, quæ propter veritatem Dei, veritas de terra orta sit? *Vt sicut misericordia Domini plena est terra: Ità sit & veritas eius in generatione, & generationem:* Attende & causam, cur venit in hunc mundum is, qui perdit omnes, qui loquuntur mendacium. *Diminuta erant veritates à filiis hominum, vana, id est falsa, loquebantur vnusquisq; ad proximum suum: labia delosa in corde duplici: hinc miseria inopum, hinc gemitus pauperum.* Ergò propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Qui iaceo inuisus, & absconditus, nunc exurgam, me ipsum manifestabo, dabo salutem meũ & saluatorem vestrũ, producam*

Ioh. 8. 26.
Iudic. 6. 37
Ioh. 1. 14.
Psal. 131. 11.
Genes. 12. 3.
18. 18.
28. 18.
26. 4.
Rom. 15. 8.
Psal. 126. 2.
Psal. 84. 12.
Psal. 32. 5.
Psal. 99. 5.
Psal. 11. 2.
Psal. 11. 6.

veritatem, vt iam diminuta veritates amplificentur: vt iam vestra eloquia sint eloquia Domini, vt verbum meum sit in ore vestro, & vos ipsi quasi os meum sitis.

- Exhortatio.** ⁶ O veritas! quanta nunc est dominatio tua super terram? *sermo vester sit, Est, est; Non, non.* Qui ad Euangelium pertinent, qui cum Christo sunt qui est veritas, qui in veritate sunt Christiani, hi ambulat in veritate, hi dolos fugiunt, hi mendacium abominantur. *Ecclesia Dei viui columna est, & firmamentum veritatis.* Qui veritatem abicit, se ab Ecclesia elongat, indignum se declarat, qui in illa sit. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum aduersus proximos suos.* Dirutum vetus templum, quis nisi veritas restaurauit?
- 1. Tim. 13. 15.** *Adolescens Zorobabel, qui veritatem extulit super omnia, gratissimus propter hoc regi Dario, ab eo obtinuit, vt templum reedificaretur & ciuitas. Et tu qui veritatem negas, qui obruis, qui destruis, habitabis in domo veritatis? Veritas à Zorobabel magnificata obtinuit captiuus libertatem reuertendi in patriam. Et scripsit omnibus Iudæis, qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate. Et putas tu diligens vanitatem, & querens mendacium, & loquens in dolo, libere ascendere in montem Domini, ibique requiescere? Diabolus mendax est, & inuentor paterque mendacii, & idè mendaciorum omnium, paterque mendacii, ipse captiuos tenet omnes, qui loquuntur mendacium. Sola veritas te potest liberare, si manseris in ea, si sermonem illius seruaueris. Audi illam: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Sed vix mundo à scandalis mendaciorum, dolositarum, simulationum, ex quibus tanta malorum illuuiis iugiter prodit, manat, scaturit, erumpit.
- Psal. 14. 2.** *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum aduersus proximos suos.*
- 3. Esdr. 4. 14.** *Adolescens Zorobabel, qui veritatem extulit super omnia, gratissimus propter hoc regi Dario, ab eo obtinuit, vt templum reedificaretur & ciuitas. Et tu qui veritatem negas, qui obruis, qui destruis, habitabis in domo veritatis? Veritas à Zorobabel magnificata obtinuit captiuus libertatem reuertendi in patriam. Et scripsit omnibus Iudæis, qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate. Et putas tu diligens vanitatem, & querens mendacium, & loquens in dolo, libere ascendere in montem Domini, ibique requiescere? Diabolus mendax est, & inuentor paterque mendacii, & idè mendaciorum omnium, paterque mendacii, ipse captiuos tenet omnes, qui loquuntur mendacium. Sola veritas te potest liberare, si manseris in ea, si sermonem illius seruaueris. Audi illam: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*
- Ioan. 8. 44.** *Diabolus mendax est, & inuentor paterque mendacii, & idè mendaciorum omnium, paterque mendacii, ipse captiuos tenet omnes, qui loquuntur mendacium. Sola veritas te potest liberare, si manseris in ea, si sermonem illius seruaueris. Audi illam: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*
- Ioan. 8. 31.** *Audi illam: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*
- Matt. 18. 7.** *Sed vix mundo à scandalis mendaciorum, dolositarum, simulationum, ex quibus tanta malorum illuuiis iugiter prodit, manat, scaturit, erumpit.*

SECUNDA PARS.

7 Quoniam non custoditur os nostrum, nec veritate regulatur, iam mundus in hominum moribus, veluti ad Chaos anti-

quum miserima cõuersione reuertitur, vt vix sciam an illa p̄fca confusio, Babilonia istam in hominum moribus, actionibus, & tractationibus referre valeat sufficenter. In aëris alterationem Salomon reuoluit fallas hominum promissiones dicens: *Nubes & ventus, & pluuia, nō sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.* Aër nubilosus v̄tis concussus pluuiam repromittit, at non semper etiam post huiusmodi alterationes sequitur pluuiam: Haud fecit gerit se homo, qui multa & grandia pollicetur, q̄ non tribuit tamē. Quod si huiusmodi falsa ac vana promissiones turbato aëri comparatur: quid erit tāta mendaciorū aggregatio atq; frequentatio? quid hominum in dololuentium, dolose agentium, fraudibus fallentium multitudo? De separatione ergo & v̄tione, q̄ paci officium maximè, acturus propono prius visionē Ezechiel. Vnde trahitur exhortatio pacifice vitæ cū vxore, & patientiæ cū offendente. Ezechiel itaq; intellecturus ex visione quatuor animalū, q̄ mala procedunt ex hominum iniquitate se mutuo fallentium, insectantiū, turbantiū, hoc vidit: Et vidi (inquit) & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone; & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, & de medio ei⁹ quasi species electri, & in medio ei⁹ similitudo quatuor animalium. Horrida ista visio, & terrore plena; nonne veluti in speculo, statū nobis mundi repræsentat, vbi res tam diuersæ ad inuicem coniunguntur? homo, leo, aquila, bos? ò monstrum, ò confusio, ò chaos inuisibile. Bene turbo, nubes, ignis, & hæc ab Aquilone, vnde malum panditur omne, simul inuoluta & veluti indistincta veniebant. Nunc quis hoc ambigat peruersā hominum cõuersionem & vitā designare? vbi tot diuersa, tot aduersa, tot peruersa concurrunt, & versa omnia, atque mutata à conditoris summi instituto. Homo es, sed Leoni proximus & similis. Ideo Sapiens monet: *Noli esse sicut Leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & primens subiectos tibi.* Et de muliere, quæ & ipsa homo est, idem Sapiens nonne dicit: *Commorari Leoni & Draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequā.* Homo

es, verum cum boue coniunctus es, quando de recordi iuvene, que meretrix irruunt dicit Salomon: *Sequitur eam, quasi bos ductus ad victimam*. Homo es, sed cur bestia illa prima que fuit regnu Assyriorum habebat alas Aquila? quia scelesti, aquilis velociore sunt ad effundendum sanguinem. Væ nobis si non esset filius hominis super hæc animalia: capiti eorum imminebat firmamentum, & super firmamentum similitudo throni, & similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et cum fieret vox super firmamentum, stabant, & submittebant alas suas. An non iam manifestum est, vocem hanc vere cœlestem vocem esse Domini nostri Iesu Christi, qua sistunt animalia, qua distinguitur chaos; qua tot ac tante hominum turbationes sedantur, componuntur, regulantur? Audi vocem istam: *Ego autem dico vobis. Quicumque dimiserit uxorem suam, facit eam mechari*. Ego autem dico vobis, non resistere malo. Vidit Ezechiel animalia, & coniuncta & currentia. Vidit & Ioannes, sed distincta & quiescentia. Facta enim voce Christi super firmamentum, & eo sedente iam pacata sunt omnia, vbi vox illius auditur & custoditur.

8. Audite ergo verbum Domini. Docui non iurare omnino, sed simpliciter asserere veritatem; si verbo, vt nō offendamus, monet, quanto minus facti permittit offensionem? si iuramentum vetat, quanto magis perituri, quod & lex vetabat? quanto magis dolos, fallacias, iniurias, calumnias, detractiones, iurgia, contentiones? sed adhuc leo est in via, cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolore. *Sub lingua eius labor, & dolor, sedet in insidiis cum dimitibus in occultis, quasi leo in spelunca sua, vt rapiat pauperem, & interficiat innocentem.* Quid verò tu? ne sis leoni coniunctus, sis homo, sis mitis sis mansuetus, sis ratione præditus, ne commutaueris superbo, ne induas superbiam & ferocitatem, ne fias leo & tu. Esto vxorē habeas, de qua scriptum est: *Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obtectat vultum suum sanguine visus.* Quid hic agis tu?

iam dimittere non potes, numquid similis ei efficieris? Absit. Docuit Salomon: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis*. Quid est respondere stulto iuxta stultitiam eius? stulte loqui indignanter, obiurganter, si & ipse sic locutus est. Sed si stulte ille, sapienter tu; si indignanter ille, patienter tu; si obiurganter ille, tu in mansuetudine suscipe verbum, & molli responsione frange illius iram.

Cogita quod vidit Ezechiel, nempe super animalia illa coniuncta sedere virum, quem adorat multitudo Angelorum. Non sine (inquam) illius prouidentia factum est, vt cum huiusmodi muliere coniungeris: hæc est crux tua, quam post Christum ferre debes. Nunquid non fuit Synagoga Sponsa Dei? & quam se illi tandem exhibuit? Ipsa, ipsa quod nec permittebat lex, neque cogitauerat, sponsum suum ne repudiauisset modò, etiam sine libello, sed de domo expulit, eiecit extra vineam, deturpauit, occidit, vt re iam dicat, quod verbo dixerat aliquando per Prophetam. *Ipsa non vxor mea, & ego non vir eius: & patienter egit tamen, & paratus est se iterum coniungere illi.* Hoc facite viri, hoc discite à Christo: *Diligite uxores vestras, sicut & Christus Ecclesiam nouam sibi sponsam istam accepit, vt doceret qua ratione cum vestris vitam nunc agere debeatis.* In lege sic scriptum est: Si habuerit homo uxores duas, vnã dilectam, & alteram odiosam, & fuerit filius odiosæ primogenitus, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ. Quæ vxor Christo odiosa, si non Synagoga? Quæ dilecta, si non Ecclesia? & ex Synagoga tamen assumpsit Apostolos: de quibus Dauid: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: & constituit illos primogenitos, constituens eos principes super omnem terram: iuxta quod de illo met Dauid sub sumptius cecinerat figura.* Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ. Tam male igitur Christus habitus à Synagoga, non repulit tamen plebem suam, vt dicas, etsi sit odiosa mulier, in hoc Christi mansuetudinem imitari, eamque vt dilectam habere

Pro. 26. 45.

Matth. 23. 39.

Osea 2. 7.

Eph. 5. 25.

Deut. 21. 17.

Pf. 44. 17.

Pf. 88. 3.

iam, & diligere, sicut & Christus Ecclesiam. Magna quippe felicitas humana uxorem habere ad suam voluntatem; mutuum enim amor & honestus voluptatem creat. Vnde Sapiens: *In tribus beneplacitum est spiritui meo, quae sunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes: Et hoc Dei donum est: sed non omnibus datum.* No-uit enim Deus quid cuique expediat. Si alter coniugum morosus sit, molestus, dissentiens; cogitet alter, Deum suam necessitatem praenouisse, & quod prauiderat sibi expediens fore, illi contulisse, atque ita disponat sermones, & actus suos in iudicio, id est prudenter, ut quod illis datum est ad beneficium, non sit ad praedudicium: prudentia opus est, atque patientia: prudentia ad alterum; ad te ipsum patientia: quin & utrumque & prudentia, & patientia.

9. Generalem illam regulam. *Non resistere malo:* Pro omnibus, & erga omnes dedit Dominus: Ergo illa potissimum coniuges inter sese obseruare tenentur. Magna virtus: *Non resistere malo.* Sed si tantum bonum est malo non resistere, quantum malum bono resistere: quale piaculum, bonis malum inferre? Hoc dolebat Paulus, quod non malo resisterent: fideles, verum & sibi mutuo malum inferret:

1. Cor. 6. 7. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* Duo Paulus culpatur in Corinthiis: & quod malo resistent; & quod malum inferant, quae duo ex verbis Domini trahuntur. Dum enim docet malo non resistendum, malum supponit illatum. Primum ergo est malum inferre, hoc contra legem omnem agitur: Namque lex nulla admittit, quod proximo nocetur. Quare Romani in quo laudem constituiebant, non erant ipsi innoxij, ceteris nationibus molesti, quas sibi subigebant. Et propterea neque alie tres bestiae, quae orbem vniuersum sibi

subiectum habere laborauerunt, immunes sunt a delicto. Vnde Nemrod, qui primus per vim sibi regnum crexit, dicitur: *Robustus venator coram Domino.* Venatio illa sua, ut ad oppressores debiliorem se extendit, a Sapiente sic describitur: *Venatio leonis onager in eremo, sic & pasqua diuitum sunt pauperes.* Erat Robustus gigas iste, non poterunt illi gentes resistere, quapropter illos iniuste & violenter opprimebat: Hoc autem erat coram Domino, quoniam *vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Videbat enim Deus, & displicebat ei: sic sunt omnes, qui proximum offendunt quoquo modo.

Paucos inuenias potentiores, qui debiles non offendant. Sunt enim, ut dixit Sapiens, pasqua diuitum pauperes; sicut enim feri debiliores a fortioribus rapiuntur & comeduntur: cuiusmodi est asinus syluestris, quem onagram appellat. His Paulus interdicit regnum Dei propter illorum iniquitatem: *Iniqui inquit regnum Dei non possidebunt.* Qui namque terram sibi iniuste rapiunt, quomodo caelum possidebunt? Iustitia vnicuique tribuit, quod suum est. Factum regnum Dei, & dabitur: Caelum caeli Domino. Quomodo autem illius iurisdictionem adipiscimur? Audi Iustitiam, quae de caelo prospexit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Pauper huiusmodi non est, qui terram diligit, qui terram diripit, qui terrae laborat dominari. Vnus tantum Deus, Dominus est caeli & terrae. Tu si terrae volueris esse Dominus, tuum non erit regnum Dei. Ut sis Dominus caeli, terrae te conuenit pauperem esse. At quomodo pauper, si oculi tui diuitis numquam satiantur? *Si quasi solus habitaturus in medio terra coniungis domum ad domum, & agrum agro non cessas iugiter copulare?* Cum itaque pauper non sis, neque tuum est regnum caelorum, quod pauperum est: at si non tuum, neque illud possidebis. Ideo quod *iniqui regnum Dei non possidebunt.*

Secundum quod Paulus culpatur, est: *Malo resistere.* Quare inquit non magis iniuriam ac-

*viam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Hoc vero bifariam fieri contingit: Vel tantum impediendo ne quis sibi noceat, vt angariani resistere, ne angariet; & tunicam tollenti obflare, ne auferat: Quod profectò, vt iniquum non est infirmum tamen est: propterea quòd resistētiam Christus vetans in culo obligationis non adstringit, sed ad gradum dirigit Euāgelicæ perfectionis. Vel resistentia ista etiā ad vindictam procedit offendentis, vel repetens ablatum bonum, vel vlciscens illatum malum: Et hoc nouissimum fieri contingit, vel priuata propriaque authoritate, vel communi, quæ est iudiciaria. De communi per Iudices statuebat lex oculū pro oculo, dentem pro dente: Id autē fieri poterat zelo, aut vindictæ, aut iustitiæ. Ne zelo vindictæ, id lex ipsa quoque interdicebat, dicens. *Nō quaras vltionem, nec nemor**

eris iniuria cinum suorum. Legis tamen erat vindicare iniquitates, & iniquos castigare.

Et summa in Euangelio statuta punitio est, de populo per excommunicationem exterminari. Neque concedit ex vi sua, vt etiam ex iustitia cōtra proximum tuas iniurias prosequaris. Quod si licitè fit, aliunde est, quàm ex Euangelio, qui leges polyticas; vt non statuit, ita nō destituit. Quod propterea minus admittit, quòd vt difficile est diuitē intrare in regnū cœlorum, ita & suas iniurias prosequentē. Etenim quemadmodum diuitiarum amor eas habentem facile alstringit: Ita quærentem vltionem, odium facillimè incurrit.

Quò fit, vt sicut diues, sic & vlciscens maximo intret negotio in regnū cœlorum: fuit tamen Abraham diuis & sanctus, diuitiisque vtēbatur in obsequium Dei. Eo etiam modo Noè vltus iniuriam suam est in Cham maledicens filiū eius Chanaan: Quod tam sanctè fecit, vt esset ipse maledictio prædictio diuina: quamquam iudiciaria authoritate, qua super filios potēbatur, & hoc fecit. Qui suus iustitiæ zelus, quòd zelū legis prætenderet, & gloriæ Dei; inde liquet, quòd ad filij maledictionem, Dei benedictionem adiecit, dicens. *Benedictus Dominus Deus Sem; sit Chanaan seruus eius.* O vtinam castigationes peccan-

tium hac ratione spectarent gloriā Dei! Propria demū authoritate iniurias vlcisci, lege quacunque iusta vetitum est. Si nullus, dum sua res agit, dicit testimonium, quòd si dicit non creditur, quam ratione in re sua contra quemcunque licebit iudicium facere? Quis enim te constituit iudicem super illū? Dei iudicium est nō tuū. Rectè igitur Salomon: *Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei, reddam vnicuique secundum opus suum.* Vide quæso quanta temeritas, quanta superbia; *solius Dei est reddere vnicuique secundum opera sua;* & audes tu dicere: *Reddā vnicuique opus suum.* An vales tu quoque hoc præstare; sed ò vtinam verè id præstares. Nam & Deo redderes secundum opus suum. Gratiās redderes, honorem, cultum, obedientiam, reuerentiam, timorem, amorem. An fortè de malo opere te loqui declaras? Res ista te malis plenum ostendit, quādo malo reddere vales, bona nequaquā. At quare in hoc quoque nō generalis es, ac totus? redde hosti tuo, homicidæ omnium, Diabolo (inquam) secundum opus suum. Quanta super te congegit, & indies mala congerit? hunc inimicum habes, contra illum exerce inimicitias. Quomodo fecit tibi, sic facias illi: te deiecit, deice illum: te interfecit, interfice illum: te expulit de Paradiso, tu de hoc mundo, de corde tuo eice foras, vt bene sit tibi. Amen.

Deus. 1. 17. Pro. 24. 29.

Rom. 2. 6.

MORALE.

VIdè ergò quàm verè dixerit sanctus ille, qui in spiritu loquebatur. *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandata tua.* Is perspector est, qui similiter factor est. Sicut & Deus quādo præstat, tum nobis ostendit misericordiam suam, & Christus postquam pertransiit beneficiendo, tum dixit; *Multa bona opera ostendi vobis.* O felicem inspectionem! ò beatum hominem perspicentem in omnibus mandatis Dei. Quid enim Dei mandata præcedunt, nisi vt perfectus sit homo Dei: Vbi autem perfectio est, ibi confusio non est: confunditur fur deprehensus in opere manuum suarū. Confunduntur superbi, quan-

13 Psal. 118. 6.

Act 10 38. Iob. 10 32.

do dum alleuantur, deiciuntur. Qui rei innititur labenti, si cum cadente cadit, confusione suffunditur. Qualis erit confusio hominum, qui terram innituntur, cum illa excutiens Deus, impios excludit ab ea? Qualis confusio diuitis in die vltionis, in quo nihil proderit iactantia diuitiarum? An non confusus ille, cuius frustratur desiderium? cuius opera non succedunt prospere? cuius inimici gloriantur in malis eius? & qui exaltatus incipit cum rubore nouissimum locum tenere? Nabuchodonosor,

Iud. 2. 3.

qui in superbiam elatus, dixit cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio: quam confusus euasit, quando vna mulier Hebraea, praeciso

Iud. 14. 16. capite Holofernis, fecit confusionem in domo Regis huius superbissimi: An non con-

Esth. 6. 12. fusus Aman, qui indignatus contra Mar-

Esth. 7. 6. dochaem, vbi illum cum omni gente Iudaeorum cogitauerat perdere, coactus est illum honorare, vnde festinauit ire in domum suam lugens, & aperto capite. Et quid, vbi glorians se solum ad regale conuiuium inuitatum, hostis Reginae Esther declaratus est, & in cruce suspensus? Vnica via vitanda: confusio est sapientiam audire, & in

Ec. 24. 30. illa operari. Ita enim ipsa protestatur: *Qui audit me, non confundetur. & qui operantur in me, non peccabunt.* Audire, & operari simul coniungit. Qui audit me. Qui operantur in me. Quia is verè audit legem, & in ea perspicit, qui secundum illam operatur. Ita simul componit confundi, & peccare: non confundetur; non peccabunt. Nam profectò peccatores confundentur in tempore malo. Sicut enim est confusio, quae adducit peccatum, vt ait Sapiens, ita peccatum omne adducit confusionem. Sic enim scribit Isaias: *Confusi sunt, & erubuerunt omnes. Simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. Israel saluatus est in Domino salute aeterna: non confundemini, & non erubescetis vsque in saeculum saeculi. O*

Ec. 4. 25. *peritam veritatem! Tunc non confundar*

Isa. 45. 16. *eum perspexero in omnibus mandatis tuis.*

Psal. 118. 6. *Quanta esset consolatio procul ab omni confusione, si in ea intenderent homines, quae Christus Dei Sapiencia nobis hodie profert ore suo benedictio? Quale gau-*

14

dium vbi sunt vir & mulier bene sibi consentientes? qualis voluptas viget, vbi veritas regnat? Quali, qui patientia vtuntur, pace fruuntur? Vides Ecclesiam nouam sponsam descendentem de caelo? caelestia sunt haec, consensus in bono, veritas in corde, pax & patientia in omni opere nostro: terra nostra non dabit fructum istum. De caelo allata sunt: Ibi, hinc, inde consensus, veritas, pax. Hic non mutua sunt ista continuè, interdum claudicant, quia sumus in mundo, vbi fat est seruari a malo. Si coniuges non coniungis adeo, vt vterque idem sapiat, idem sentiat, sinque vterque bene sibi consentientes: Tu quod tuum est perfice, & bene tibi erit. Nam Deus ita decreuit, vt verum bonum non aliunde nobis eueniret, quam ab ipso, qui solus est bonus. Ipse nullo indiget ad benefaciendum nobis auxilio, hoc tantum postulat, vt ipse se homo coarctat Deo per conformitatem & obedientiam. Re sic composita, quidquid huic contingat hominibus illi in bonum conuertitur. Adsit tibi licet homo ille, de quo Sapiens ait: Bona in mala conuertens insidiatur, & in Electis imponit maculam: exies tu absque macula, liber ab eius insidiis & molestis, si cum Deo fueris coarctatus: conuertat homo pestifer bona in mala, valentior Deus ad mala in bona conuertendum. Sit vxor stulta, qualis fuit Iob, num ideo vir sanctus quidquam suae virtutis amisit? stultus sit vir quoque. An non stultitia Nabal dignitas fuit & exaltatio vxoris suae Abigail? Si verò consentiant in virtute, sicut iuuenis Tobias & Sara vxor eius: hoc a Deo datum est. *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet incunditatem à Domino: & mulieris bona, beatus vir.* Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Magna profectò in hac vita felicitas ista est, vir & mulier bene sibi consentientes, & haec aliquando viro datur pro factis bonis: quod & de muliere dicendum est. Quò enim contra eueniat: tu Deo coniungere per voluntatis conformitatem, & statum nobiliorem

Sed quid faciunt homines? bona sibi in malo

IAN. 10. 1. mala conuertunt. Quod Nadab & Abiu
 filii fuerint Aaron summi Sacerdotis, hoc
 illis ex sua temeritate exitum fuit. Quod
 Exod. 49. populus in deserto Dei presentia in San-
 ctuario fuerit honoratus, hoc illi ad suam
 perniciem conuertunt. Quod ingressi
 possiderent terram lacte & melle manan-
 tem, detrimentum commisti cum Chana-
 nais sibi fecerunt. Quod Gens illa à Deo
 fuerit per Filium suum vnigenitum visita-
 ta, ad omnium pessimum scelus traxerunt
 ingrati, & ad horribile exterminium. Sicut
 non contristabit iustum quidquid ei acci-
 derit, ita neq; maculabit, neque violabit.
 Tua, tua est culpa non focii, non coniu-
 gis, non proximi cuiusq; si non fueris bo-
 nus, si non bene, quæ tibi apponuntur, fue-
 ris vsus. Si prudens non fueris, patiens in
 malis, in quorum medio versatur vita ho-
 minum. Non dixit Propheta: *Tunc non
 confundar, cum prospera mihi euenient, sed
 cum perspexero in omnibus mandatis tuis.*
 Viam mandatorum perspice, ne erres in
 ea, ne declines neque ad dexteram, neque
 ad sinistram. Sinistra, quæ sunt aduersa, ne
 te extra viam impellant; dextera, quæ sunt
 prospera, ne te extra eandem viam tra-
 hant; vt non declines à mandatis tui Dei.
 Tunc immaculata erit via tua, tunc tuta,
 tunc tranquilla, & iucunditatis plena.
 Etiam si cecideris, non collideris, quia
 Dominus supponet manum suam, etiam si
 elurieris, non deficies; propterea quod di-
 cetur tibi. Surge, comede; grandis enim
 tibi restat via: huc faciunt verba ista Do-
 mini. *Si quis te angariauerit mille passus,
 vade cum illo & alia duo.* Sic ad sensum
 tuum accommoda. Si molestiæ, calami-
 tates, paupertates, cateraque sensui con-
 traria angariauerint te, rebellem tuam
 compulerint voluntatem, vt viam pergas
 mandatorum Dei; tu stimulo assuetus, li-
 ber iam nunc incede: Si fuisse agebaris,
 nunc voluntariè ambula. Stimulo conci-
 tatus equus, etiam non concitatus currit:
 Si in angustia cordis propter prementia, &
 adstringentia mala, viam pergebas diui-
 norum mandatorum; nunc quando dila-
 tatum est cor tuum, quare non curris ve-
 lox? o popule, si in deserto, vbi nunquam

habitauit homo, legem accepisti, heu!
 quare in requie recedis ab ea?

Sic circa tabernaculum Dei populus e-
 rat dispositus, vt sua loca quisque tueretur
 & custodiret. At in tribus aliis omnibus
 numerati sunt, qui possent ad bella proce-
 dere; præter tribum Leui, quæ tamen per
 gyrum tabernaculi figeret tentoria, ne fie-
 ret indignatio super multitudinem. Quid
 hoc queso? pugnaturocul à taberna-
 culo, propè non pugnaturo, omnes tamen
 circa illud. In aduersis pugnatur, in pro-
 speris est quies. Vtroque ad honorem Dei
 nos conuenit vri, vt non declinemus neq;
 ad dexteram, neque ad sinistram; vt sit
 pax his qui propè, & his qui longè. Video
 tamen in aduersis multitudinem accedere
 ad Deum. At extra militiam retrocedunt,
 cum debeant magis appropinquare. Te
 malis impulit Deus, aduersis quodammo-
 do coëgit, vt in pace, Leuita veluti esses,
 Deo propinquus magis, Deo coniun-
 ctior, Deo obsequentior; vt quæ ad cul-
 tum Dei pertinent, humiliter ac deuotius
 frequentares.

Intentus audisti varia Domini præce-
 pta? In aduersis quid? *Non resistere malo.*
 Sed dolorem inferenti, & honorem aufe-
 renti in percussione maxillæ, *præbe illi &
 altera:* laborè ingerenti angariando mille
 passus, adde tu ad laborem. Tuam tibi tol-
 lenti tunicam, sponte tua *præbe illi & pal-
 lium:* hæc ad sinistram, & veluti à taberna-
 culo procul, vbi sunt numerati ad bellum.
 Nunc in dextera propè Deum, vbi non est
 militia, sed quies, quid? *Qui petit à te da ei,
 & volenti à te mutuari, ne auertaris.* Iam li-
 ber, non coactus; pecuniam voluntariam
 da indigenti. Ita perspicies in omnibus mā-
 datis Dei. Ita non erit tibi cōfusio, sed glo-
 ria, & pax, & requies. Sed heu! quid euenit
 nobis? Id quod ait Salomon. *Acetum in ni-
 tro qui cantat carmina cordi pessimo.* Acetū
 nitro auget vim, si cum illo misceatur. Ni-
 trum est cor pessimū, quid acre, ex corru-
 pta terra concretum. Acetum correptio &
 doctrina, qua cor pessimū corripere labo-
 ramus: hæc enim carmina sunt dulcedinē
 afferentia, salutem, & pacem: sed cor
 pessimum ex correptionibus peioratur, fit
 acrius

Num. 1. 20

17

Prou. 25.

20.

acrius, sit infestius, sit molestius, sit ad malum suamque ruinam vehementius. Vbi sunt, qui patienter ferant incommoda? qui malo non resistant? qui cum se offendentibus concordent? Vbi qui tribuant petenti? qui gratis mutuent? qui mala sufferant? qui bona conferant? qui veritatem loquantur? qui pacem custodiant? In monte Synai Deus dedit legem, ibique cum Moysse loquebatur. At erecto tabernaculo inde loquebatur. Id habes in fine libri Leuitici: hoc in principio libri Numerorum. Sed quid primum iussit de tabernaculo? Ut tollerent summam virorum fortium procedentium ad bellum, & nomina singulorum. O bellum! o pugna! o militia!

In monte olim Deus cum longè esset à nobis, dedit legem: At verò simul atq; nobis in sanctuario & templo corporis sui propè accessit ad nos, de militia est sermo illius, de bello Euangelico, quo per patientiam hostes vniuersos superamus, & homines, & spiritus. Audistis iam de monte: *Oculum pro oculo; dentem pro dente. Ego autem de templo meo dico vobis. Non resistere malo.* Sumite summam virorum fortium procedentium ad bellum, qui populus meus sunt, qui de numero exercitus mei fortes sint in bello, castra vertentes exterorum, non in gladio & hasta; sed in nomine Dei viuentis, vt Christiani, vt Euangelici, vt veri discipuli Christi, qui *vt agnus mansuetus ductus est ad victimam.*

Ier. II. 19.

Psal. 118.
115.

Prou. 20.
22.

Heu! & tu te Christianum iactans, resistis malo? reddis malum pro malo? vindictam sumis contra proximum tuum? *o Domine suscipe me secundum eloquium tuum, quo me docuisti, non resistere malo;* suscipe me (inquam) in numero seruorum tuorum. Sic enim viuam, & non timebo mala, quia tu mecum es: & hoc pacto non confundar: propterea rogo, vt non confundas me ab expectatione mea, qua à te non à me ipso expecto liberari: Sic promittente viro, qui fuit sapientia tua olim repletus. *Ne dicas. Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.* Suscipe ergo me, o Domine! secundum hoc verbum tuum. *Ne dicas. Reddam malum: Et non confundas me ab expectatione mea, quam audiui, vi-*

delicet: *Expecta Dominum, & liberabit te:* quod si fecero, scio quod non confundar. Da mihi virtutem hanc contra hostes meos, vt in pace mutua dormiam & requiescam. Amen.

FERIA IV. DOMINICÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Audistis quia dictum est anti-
quis diliges proximum tuum,
Matth. 5.

ARGUMENTVM.

Agitur de perfectione dilectionis inimicorum. Quid sit ostenditur. Quod est possibile, & de fructu & utilitate ipsius. Consideratur ista dilectio vt actus, & vt obiectum.

NON mirum si Creator condens mundum non omnia immediatè fecit ex nihilo, sed congeriem quandam còsulamq; materiam velut effudit, vt ex eadem quasi expolita post atq; distincta, mundi totius partes efformaret: cum enim nihil, nihil sit, & ideo in mentem, aut imaginationem nostram cadere non possit, ex recessu creaturarum ab illo, non nobis sic apparet perspicue sapientia Dei, sicut in eo, quod ex rudi, inani, & vacuo quodam chaos extraxit pulchram hanc totam molem, in cuius ordine, ornatu, & perfectione maxime nobis ostenditur, quod omnia in sapientia fecit, fundauit terram prudentia sua, & stabiluit collos in intellectu. Haud secus in creatione hominis spiritualis facti ad imaginem suam se habet Deus. Mala permittit, quae solus bonus Deus facere non potest; ex quibus, quasi ex tenebris dicit lucem splendescere, & veluti

& veluti ex rudi materia perfectum formatum hominem, & hoc potissimum facit, quando ad imaginem Dei illum effingit, ea in perfectione, in qua maxime Deus similes sui facere delectatur, in quo iam naturaliter impressa est suae similitudinis pulchritudo, de qua perfectionis similitudine est hodiernus sermo Domini. *Visitis filii Patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est.* Hanc perfectionem suam Deus, quomodo, si mali & iniusti non essent, manifestaret? Nos quoque ipsum quomodo in hac perfectione imitemur, si nullos haberemus inimicos? nullos odientes? nullos calumniantes? Sicut ergo ad pulchritudinem vniuersi, turpis illa contulit informis, atque deformis rerum prima confusio; Ita odientium, atque instantium malitia in pacis pulchritudinem surgit, quam vera in homine, qui diligit inimicos suos, creat sapientia. De qua sapientia ideo scriptum est: *Via eius via pacis, & semita illius pacifica.* Pax enim inter alias virtutes singularem habet pulchritudinem propter admirabilem proportionem, & ordinem personarum dissimilium. Inde Propheta: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* O nobilissimam perfectionem, atque pulchritudinem Euangelicæ legis! Hanc quæso nunc dispiciamus, quando à diuina Sapientia, quæ Christus est, nobis proponitur.

Tria verò de ista excellentissima perfectione videntur esse proposita, quæ proinde nos conuenit diligenter considerare. Primum est, quidnam illa sit, alioqui quomodo illam consequemur, si non discernatur atque dignoscatur? Secundum est, quod sit possibilis; ne forte visa eius essentia, atque adeo excellentia exterrcamur, putantes illam nobis inaccessibilem. Tertium est fructus & merces. Vnde tanti culminis animemur ad ascensum; neque nos aut labor, aut pugna subeunda, ut palmam victoria consequamur, tardium generet atque fastidium. Sed cum turbis potius lætantes, ascendamus ad montem oliuarum.

Tom. I. Bellinzani.

Huius itaque perfectionis essentiam Dominus ipse constituit in tribus. Nempe, *Diligite inimicos vestros. Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos.* Vbi duo nobis obijciuntur, obiectum & actus. In his enim ista Domini ad aliquid agendum nos impellit. Propterea quod lex omnis circa humanos actus versatur, illos vel prohibens vel præcipiens. Actus autem creaturæ cuiuscunque in obiectum aliquod tendit, vel faciens illud, vel agens circa aut erga illud. Vnde duo in actibus nostris necessario requiruntur: Videlicet actus ipse, & obiectum illius. Actus est dilectio, obiectum est res dilecta. Ideo dicit: *Diligite inimicos vestros.*

Obiectum itaque à principio attendamus. Tribus nominibus hoc nobis obiectum est propositum, audimus enim hæc: *Inimicos vestros. Qui oderunt vos: pro persecutoribus, & calumniatoribus vos.* Notantur ergo his tribus nominibus inimici, odientes, persecutores, & calumniantes. Nomen inimici tribus commune est, quorum sunt speciedia nomina, Odientes, Calumniantes, Persecutores. Inimicus autem, de quo hic est sermo, est inimicus homo, non diabolus aut quæuis alia creatura: Et hic homo non omnis homo, sed omnis homo viuens; nam non omnes, qui hac vita sunt functi, sub hoc nomine comprehenduntur: Cuiusmodi est diues ille, qui induebatur purpura, & bysso, & sepultus est in inferno. Qui inimicus quidem est; quia & Deo odiosus est: cuius tamen, quod beneficiendum non sit, Abraham demonstrauit, nullum ei subsidium porrigens, nulla miserieordia motus super eum: sed in suis miseriis subsistere, atque in necessitatibus perdurare dimisit. Inimicus ergo, quem diligere debemus proximus noster est, cui exhibenda, vel à quo expectanda est misericordia. Sicut declarauit Dominus in parabola seminiui & Samaritani, qui fecit misericordiam in illum. Ergo sub nomine inimici, quem diligere iubemur, proximus intelligitur.

Quæ igitur differentia est inter proximum & inimicum, cum dicat Dominus:

Bb

Audi-

*Audisti quia dictū est antiqui. Dilige proximum tuū, & odie habebis inimicum tuū. Dicendum est, quod omnis inimicus est proximus, sed nō omnis proximus est inimicus. Sunt enim aliqui proximi, qui inimici nō sunt, de quib⁹ Domini⁹ in textu; Si diligitis eos qui vos diligunt, & salutaveritis fratres vestros ostendit. Hi ergo qui nos diligunt, & quos vocamus fratres, proximi quidē sunt, sed nō inimici, quādo ipse Domin⁹ distinguit illos ab inimicis. Frequē autē scriptura illos appellat inimicos, qui nos persequuntur & nocent, amicos verō qui diligunt & iuvant. Hinc David: Super inimicos meos prudentē me fecisti mandato tuo. Et elongasti de me omnia. Et proximum. Pharisæi simul coniungentes amicum & proximum quasi idem essent proptus, ex opposito arguebant, si diligendus est proximus, qui idem est & amicus: Ergo odio habendus est inimicus. Neq̄a lege ipsa videbatur hoc abhorere, quæ concedebat Deut. 19. 11 oculū pro oculo, & dentem pro dente. Et Nū 35. 20. go videtur quod & hominē pro homine, Deut. 20. Et qui in odio, vel animo deliberato hominē occidisset, conuictus tradebatur in manus cognatorum occisi, vt de illo sumerent decretā pœnam. Præterea lex hostes deputabat, qui non essent de populo, eidemq; aduersarij, quos in bello interficere, aut iubebat, aut permittebat, eum hui⁹; volebat hostiliter agi. Secundū hoc videtur dictum antiquis. *Odie habebis inimicum tuum.* Sed vbi lex videbatur distinguere inter hominem & hominē, videlicet inter proximum & inimicum: Evangelicū in vno eodemq; homine ponit distinctionem, ostendens eundem, alia ratione dici proximum alia inimicum. Proximus namq; est, quia homo est, quia capax beatitudinis est & misericordix: Inimicus vero est, qui odio habet, qui persequitur & calumniatur. Et statuit proximi rationem, rationi inimici præuolare.*

Itaq; quantumlibet offendat quis, aduersetur, exerceat inimicitias; mandatur tamē nobis illum diligere, illiq; benefacere. Nam quōd homo est, opus Dei est, quōd inimicus est, opus eius est. Nam ergo apud nos, nō est præstantius opere ho-

minis, opus Dei: Nō perditur imago Dei naturalis propter peccatū. Nam non idē nō est homo quis, quia peccator est. Imago autem Dei vera & a Deo decretā, causa est, quam obrere non licet nobis interficere quemq; iam. Idē dixit Deus ad Noē. *Quicumq; fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Et idē si per sententiā iudicis, aut decretum Principis quis interficitur, homini interficienti nō imputatur, quia hominis non est iudiciū, sed Dei, qui potest p̄cipere de quibilibet, quod liber. Quæ Dei nō assistente auctoritate, nobis nō licet interficere quemquā. Atque & quando per iudiciam iustum reus mortis constituitur homo, nō licet odite naturā, in qua est imago Dei: sed dumtaxat exequi mandatum Dei per obedientiam, qui quod gratis dedit, iuste potest exigere. *Vat autē omnibus vitā & inspirationē: us* Ad 17. ergo, qui digni sunt morte, iuste vitam auferit. Hoc & lex ipsa si non ita aperte, certe tamen intendebat, iubens: *Non oderis fratrem tuū in corde tuo, sed publice argue eū: ne habas super illo peccatum. Non quaras vltionem, nec memor eris iniuriæ cuius morum.* Dilige amicum tuum sicut teipsum. Sed quia primum præceptum, nempe: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo; de illo, qui peccat in alium, quem debebam arguere; & secundum præceptū de iniuriis iam illatis, de quibus iniuriante forte pernituit, poterant intelligi: addita sunt præcepta alia videlicet: *Si occurreris bovi inimico tuo, aut asino erranti, redue ad eū: Et si videris asinum odientis te iacere sub onere nō pertransibis, sed subleuabis eum eo.* In quibus duobus præceptis apparet manifeste etiā inimicis, & his, qui de presenti, odio habent, secundum legem esse benefaciendum, & in horū primo præcepto apparet, si quid cuiquam faciendum esset, quod illi videretur aduersarij, puta, si arguendus, si puniendus, & etiam si occidendus sit, sic tamen id faciendū esse, vt eum verē animo diligamus. *Non oderis (inquit) fratrem tuū in corde tuo, ita quod, quamuis arguas publicē, nō propterea desinas illum ex corde diligere. Quæ quia non admodum aperta erant,**

erant, à gente illa facile, & à Pharisæis maxime peruertebantur.

7 Venit Iesus, qui aperuit sensum, vt scriptura intelligeretur, & eam legem dedit, qua Spiritu Sancto misso de cœlo aperta doceret omnem veritatem. Poterat quis adhuc ad sui excusationem dicere, quod lex deberet intelligi de inimicis & odientibus, qui essent fratres, vel ciues, pro qua excusatione facere videntur exempla, Ioseph, qui fratribus sibi malefacientibus benefecit, & David qui à Saulis abstinuit necesse, quoniam erat Rex, & caput ciuū suorum. Id quod innuunt verba David dicentis: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum: quia Christus Domini est.* Nam aliquando ira succensus sumptus erat pœna ingrati erga se Nabal. Ideo Dominus Iesus vt legem ad verū & Euangelicū sensum euehat, itaque noua lege illā adimpleat, & perficiat, ita quod omnes comprehendat homines, non fratres tantum & ciues, primū dat ipse generale præceptum, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos:* postea discernit inter inimicum & fratrem, dicens: *Si salua uerit, fratres tantū, quid amplius facitis?* Ergo inimicorum nomine, quos diligere debemus, non eos tantum comprehendit, qui fratres sunt aut ciues, sed omnes prorsus homines, qui nobis aduersentur. Ideo in præcepto generali nō personas notat, sed actus personarū, nempe odium, calumnias, persecutiones, personas, quicumq; illi sint, vocans inimicos uel tros, in quibus actus isti fuerint, quæ uidelicet corde oderint, ore calumniantur, opere persequantur.

8 Nam si non illis actus isti sint odendi, uidelicet, calumniandi & persequendi, nulla possunt ratione inimicorum nomine appellari. Quibus si forte iam oderint, vel calumniati sint, vel persequuntur, sed iam id facere destiterunt, quin magis dolent se id fecisse; & verè & sufficienter pœnitent, dimittere iubemur alio Domini præcepto. Huiusmodi fuerunt Rex Gerare, & principes eius cū Isaac, quibus dixit Isaac: *Cur*

uenisti ad me hominem, quem odio habui? Sic & Esau aliquando statuerat interficere fratrem Iacob, sed eiusdē fratris humilitate placatus, fratrem se esse demonstrauit non inimicum. Quæ duo exempla respondent illis uerbis Domini: *ess qui uos diligunt, fratres uestros.* David autem tunc dilexit ac benefecit, quando Saul ad mortē illum querebat. Vnde & in Psalmo canit: *Domine Deus meus si se in istud se ostendit iniquitas in manibus meis, si reddidi in retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra uiam meam, & gloriam meam in puluerem deuecat.* Fatetur aperte, vt uides, in manibus illius esse iniquitatem, qui malū pro malo reddit, pro qua meritō sit punitus pœna illi delicto congruente, nempe, vt qui pœnam sumpsit ab inimico, pœna reddatq; inimico. Decidam, inquit, ab inimicis meis inanis, utpote expoliatus, euacuatus, exinanitus ab eis, aded vt persequentes eius personam, comprehendant, conculcent, & ad nihilum ueluti reducant, vel in puluerem mortis. Dilce ergo & tu parcere inimicis. Quis enim te mouet ad uindictam: honor, & gloria. Non suffinet (inquis) existimatio mea, ut ita conculcer, ut gloria mea obscuretur. Sed Spiritus Sanctus per os David docet illum verè conculcari, qui querit uisionem; illum verè priuari gloria, ut quasi in puluerem redigatur, qui quacumq; ex causa reddit retribuentibus tibi mala.

Viso obiecto, ad actum nunc tandem transeamus. Qui ut respondeat obiecto in tribus pariter constitutus est, in corde, in ore, in opere. Quia de corde dicit: *Diligite.* De ore dicit: *Orate & si salua uerit.* De opere: *Benefacite.* Esto quantum poterit, te offenderit inimicus; Tu uero e contra, ex omnibus uiribus tuis erga illum te prebeas uerum amicum, uerum proximum, uerum fratrem; corde, lingua, manu illū amanter prosequere. Non sufficit cor, non sufficit lingua, si facultate existente, opus desit: Immo non est verè cor; id est non uere, ac uero corde diligis, si manus non cōcurrit; & quid profunt uerba, si opera desiderantur?

etiam cum Deo, si desint opera, verba sunt inania. Audi Dominum: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei.* Bene ergo Ioannes: *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate.* Ergo si non opere diligis, neque veritate diligis: non est vera dilectio, ubi non est vera dilectionis operatio.

Bene & Sapiens: *Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiciet. In conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones suos admirabitur, non iussim autem peruerter os suum. & in verbu suis dabit scandalum.* Cum depingit Sapiens eum, qui oculis, & lingua, externè videlicet, se fingit amicum, quod exactè adeo præstat, ut nemo id deprehendat, hoc est quod dixit: Et nemo eum abiciet, nemo videlicet repellat, vthostem, vtsimulatorem, ut decipientem, & tamen verus est deceptor, & illator, quod in fine & data occasione patebit. Hic confector & illustri merito odiendus est. Ideo pergit Sapiens: *Misisti eum, & non coequi ei, & Domini non odit illum.* Prae omnibus inquam quæ odit, hunc odio habuit, multa displicent, abhorreo plurima, sed nihil æque ac istum simulatorem, quem & Creator ipsè odio prosequitur: non quidem quia homo est, sed quia simulator. Caute ergo, ne dum alios decipitis, ipsi vosmetipsos decipatis. Nam malum ubi est, nocet. Ab hoc errore nos deterruit Sapiens dicens: *Illisus est improperium, & vindicta fiet: Et iniuriabitur illi.* Quid putas? alios invidere & improperare? Nihil tibi nocentius, nihil peratiosius, nihil damnari tibi asseritur, quam iniuriæ hæc tua, improperium, vindicta. Hæc enim mala, mala tua sunt, tibi sunt mala tibi noxia, sicut leo tibi ipsi insidiantur. Idem Sapiens vocis ostendere, quam molestia sit mulieris iniqua conuersatio, dixit: *Commerari leoni, & draconem placebit, quàm habitare cum muliere nequam.* Si habitare cum leone tam est molestum, quid quæso habere intra se leonem sibi insidiantem? ò si sentirent homines malum, quod patiuntur, dum malum aliis reddere

moliuntur! similitudo est hæc, quæ tamen ad veritatem vsque non pergit. Num leoni æquandus est diabolus, qui tamquam leo rugiens circumquærens, quem deuoret? quid leo naturalis potest inferre malum mortem? ò quæ mortes, ò quales mortes, Leo ille, qui homicida fuit ab initio, inducit super illum, qui vindicari vult, mortem æternam. Sed nunquid non & vitam istam temporalem reddit amariorem morte? fuit ergo hæc Sapiens verba medullitus imprecilla: *Illusio, & improperium, & vindicta sicut leo insidabitur illi.*

Hinc & possibilitatem huius præcepti licet inferre. Si enim obseruatu esset impossibile, immeritò is tantus, qui non obseruat, lucret poenas. Et non esset blasphemia in Deum, dicere illum impossibilia præcepisse: si naturam attendas iam corruptam, ad malum & prona, qui non obseruat. Ideo declinat ad malum, & quasi aqua dilabitur in terram. Sed gratia stabilit cor, ut non fluat & dilabatur, confortatur in eo, qui est virtus Dei, in quo ideo possumus omnia. Gratia Dei filios Dei facit, quos fecerat natura filios iræ. *Qui autem filii Dei sunt, non a carne infirma, aut corrupta natura, sed Spiritu Dei aguntur.* Vbi autem Spiritus Dei, ibi libertas, ibi potestas, ibi charitas, quæ potens est, patiens est, benigna est, non irritatur, non cogitat malum, non quarit, quæ sua sunt. Libertas, inquam, est ubi Spiritus est, quæ liberè potest velle, quæcumque volueris, & quæ velis, potest implere, maxime autem diligere inimicos ex charitate.

Ad gratiam te mittit Christus, iubens diligere inimicos, non ad naturam. Dicit enim: *Vos estis filii Patris vestri, qui in caelis est.* Num quisquam se potest generare? Nulla res est, quæ seipsum gignat, ut sit alio qui sui ipsius, filius esse patet. Si natura hoc est impossibile, multo minus in ordine gratiæ hoc est possibile. Nemo ergo se ipsum potest facere filium Dei, hoc opus est Patris nostri caelestis, qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri, ut verè ex Deo nati simus. Dilectio ergo ista inimicorum, quæ sumus filii Dei, & charitas ex Deo est, gratia Dei, opus Dei. Si ergo non est impossibile

impossibile apud Deum omne verbū; ver-
 bā praeicipiens, vt diligamus inimicos, non
 erit impossibile apud Deū, apud quem om-
 nia possibilia sunt. Sapientē ergo audia-
 mus: *Si quaris iustitiam apprehendens illā,*
Et indues quasi poderem honoris. Non qui
 leporem sequuntur, apprehendunt semper;
 non qui diuitas, non qui honores, non
 quod caro appetit, aut mundus. Sed diui-
 tia facient sibi pennas, & volabunt in coe-
 lum (inquit Sapiens.) At si sequaris iustitiā,
 apprehendes illam. Tu modō sequere,
 quare, ama, cupias, conare: Sentis difficul-
 tatem in hac sequela? orium est in causa,
 diu non ambulasti per semitas aequitatis,
 jaceas sub porticu, vbi est multitudo lan-
 guentium, caecorum, claudorum, aridorū.
 Surge, surge, & ambula, pelle languorem,
 hebetudinem, marcidam negligentiam, &
 accediam. Languidus, qui jacebat in le-
 cto audita voce iubētis: *Surge, tolle graba-
 tū tuū, & ambula. statim surrexit, &ambu-
 lauit* in fortitudine verbi illius vsq; ad do-
 mum Dei, vbi inuenit eū Iesus in templo.
 Audias tu vocem praeipientis: *Diligite i-
 nimicos vestros:* in mandato isto cupias ni-
 mis: sit in lege Domini voluntas tua: dila-
 ta cor tuum, & implebit illud, qui diffun-
 dit charitatē in cordibus nostris. Stat enim
 sententia: *Si sequaris iustitiam, apprehendes
 illam:* Neque apprehendes modō, vt ma-
 nu tangas, vt manu teneas, vt apprehendas
 simbram vestimenti eius: Sed circumda-
 bunt veritas eius, id est, verē & non appa-
 re nre solum indues eam. O quae vestis est
 haec? o quae stola gloria? o quale indumen-
 tum, & ornamentum gratiae accipies? & in-
 dues quasi poderē honoris. Vestis nuptia-
 lis haec est, digna conuiuio ciuium sancto-
 rum. Heu vbi nam sunt, qui te accusabant,
 o inimicorum sancta dilectio? qui te cul-
 pabant, quasi illos inhonorantem, qui te
 amplectantur: quasi sit gloriam alteri dare,
 dum diligitur inimicus? *vt sitis* (inquit) *si-
 ly Patri vestri qui in caelo est.* Quid nobis
 illis? quid honorabilius? quid gloriosius?
 falsa existimatio, & verus error, quod ho-
 nore se praeuet, qui diligit inimicos, erat in
 causa, cur videretur adeo difficilis dilectio
 inimicorum. At cognosce, quod in hoc sit

honor, & gloria, & quod iustitia ista erit
 tibi stola gloria poderis honoris, &ambu-
 labis in latitudine, & facilis erit tibi virtus:
 & probabis veram esse sententiam huius ra-
 tionem, quam adhibuit Sapiens: *Volatilia Ec. 27, 102.*
*ad sibi similia conueniunt, & veritas ad il-
 los, qui operantur illam.*

Virtutes sunt sibi connexae. Vnam tantū
 habere, spretis aliis, non conceditur in do-
 mo Dei. Non erat in candelabro vna tan-
 tum lucerna, erant septē. Non erat in men-
 sa panū vnus solus panis, erant duodecim.
 Nō fuit in arca salutis vnus solus Noē, fuit
 toto familia. Non credidit solus regulus in
 Capharnaum, credidit ipse & domus eius
 tota. Nō vnus erat lapis pretiosus in veste
 sancta summi Sacerdotis, plurimi vestem
 illam sanctam ornabant. Quid tu? Paganū
 viuens, mundum sequēs, vitia colens, vir-
 tutes contemnens, putas, balsamum hoc
 pretiosum excellentissimum charitatis, in-
 fundendum in vasa irae? in puteum interi-
 tus? in lacum miserie? in foueā peccatorū?
 in carinum iniquitatis? Emundare corda
 vestra peccatores, & vngimini oleo sancto.
 Pluuiam enim voluntariam charita-
 tis, qua perficitur nostra volūtas, segregat
 Deus hereditati suae. Pluuiam naturalem
 Pluu super iustos, & iniustos. At voluntaria
 hanc, quam secundum beneplacitum vo-
 luntatis suae segregat, segregata donat iis,
 qui sunt hereditas Domini, filij, merces
 fructus ventris. Sicut ergo volatilia caeli
 ad sibi similia conueniunt: ita veritas, ita
 iustitia, ita virtus iis, qui quaerunt iudiciū
 & iustitiam, iis qui amant veritatē, iis qui
 amplexantur virtutem, copulantur. *Pacem,
 & veritatem diligite, & nihil erit difficile.*
 Aquae nihil est difficilius, quam vbi obex
 non est, non fluere; ideo quod fluxus sibi
 est naturalis. Fluxus voluntatis humanae
 est amor, currit per se si non ponatur obex.
 Fac tu vas fluuij rectam, & decurrent aquae
 tuae in directum. Vas istud factū est a Deo
 iubēte. *Diligite inimicos vestros.* Currite per
 hoc vas: fluant aquae tuae per hunc aqua-
 ductum, & nullum erit negotium. Si re a-
 quis, erigi, indurescere, hoc est difficile,
 quia contra naturam illarum est, & hoc ta-
 men fecerunt sine vllō labore, praesente
 Deo,

1093

Deo, presente arca, in qua erant legis tabule. Tu modo in flum. ne isto atca loca. Deum recipe, & in lege eius meditare die ac nocte, fidens in virtute sua, & manu tanges, quod omnia possibilia sunt credenti, ita firmabis aquas amoris inordinati: sicabis quæ tendunt deorsum, de terrenis videlicet, & tu eleuaberis ad ea quæ sursum sunt: qui obediunt Euangelio, eleuabuntur, & nos in nomine Domini faciemus virtutem.

SECUNDA PARS.

Nunc dicamus, quam mercedē habebitis. Vbi duo. Primū, quod vere merces est operi huic. Secundū est, quæ merces fit huic operi deputata. De primo dico, quod non est Propheta sine honore, nisi in patria sua. Quod est dicere, quod qui res inspicunt secundū exteriorem apparentiam, falso iudicant. In patria sua, ciues eius iudicant de Propheta secundū ea, quæ patent. Sicut de Domino Iesu dicebant: *Nonne hic est Iesus filius Ioseph, & mater eius dicitur Maria, & sorores eius apud nos sunt? Quomodo ergo dixit hic, quia descendit de celo?* In patria nostra, si patriam deputamus mundum, homines terra huius contemplantes quæ videntur, dicunt: Dilectio inimicorū est causa malorum, transeunt impunē delicta, crescum facinora, & viri impij extolluntur, detrahunt honori diligētis inimicum, aperitur via sceleribus, deluditur iustitia: frenanda igitur est eorum audacia, qui gloriantur in fortitudine sua: Cesset vindicta, & omnia pessum eunt.

Fructus huius operis est suimet iustissima conculatio. Sic dicunt, qui sunt de patria ista, quia, qui de terra est, de terra loquitur, & ita fit falsum iudiciū, cōtra quod dicebat Dominus: *Nolite iudicare secundū faciem, sed iustum iudicium iudicare.* Sed qui de cælo venit iuste iudicat, veritatem tenunciat, palam loquitur. *Diligite inimicos vestros ut sitis filij Patris vestri qui in cælis est.* Aufert de ore vestro verba illa vanitatis. Nonne iste est Iesus filius Ioseph, & mater eius dicitur Maria? Ad alta erigit, & ad cælestem originem, qua sumus filij Dei, auertit à vili, terrena, carnalique ori-

gine. Chanaan filius Cham, qui verenda patris ostendebat, nempe vnde procellerat secundū carnem, maledictus est, & designatus seruus serutorū fratibus suis. Nō sic alij, non sic duo fratres maiores, sed aucteris vultibus, retrō abeuntes, ad patrem accedentes, operuerunt verenda eius. Hi sunt, qui claudunt oculos ad terrena, qui cælestia cōtemplantur. In his benedicitur Deus: *Benedictus Dominus Deus Sem.* Et benedictio Domini super eos cadit, qui diligunt inimicos; cælestem originem attendentes, qua sunt filij Dei: Quæ profectō magna est merces. Diligere diligētes se ex natura est, originē habet carnalē; nā *Et Ethnici, & Publicani hoc faciunt.* & peccatores peccatoribus fœnerantur. Quæ ergo habebunt hi mercedē? Quæ dare natura potest, aut caro. Sed amplius faciendū est, altior origo nobis expectanda est, quō non pertingit natura: id quod fit in dilectione inimicorū, cuius origo ex Deo est, qui *Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* His quæ expectanda merces: Quæ a Deo Patre, & Rege cælorum proficitur: Et, *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Certiores huius mercedis nos facit Paulus dicēs: *Non enim iniustus Deus, ut obliuiscatur operis vestri, laboris, ac sustinētie vestri.* Voluit Deus labores populū suū sustinere in deserto, quib. quasi quibusdā meritis dignus fieret terra promissa: Sic Sapiens, qui facilitatem aperuit iustitiæ, post ostendēs fructum illius dixit: *Et inhabitabu cumea, & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum.* Iustitia protegit te in hac vita, firmat in futura. Malis hic circumdamur, opprimimur, molestamur: At iustitia nos protegit, ut ab illis non offendamur.

Veniam ad hanc iustitiam, quæ est dilectio inimicorū. Hæc ita protegit, ut nihil proficiat inimicus in eo. In quo enim nocet inimicus? bona auferendo, inferendo mala. Tantum bonum est ipsa dilectio, ut compenset, idque abundanter, quæcumque inimicus vel infert vel aufert. Præcidas ramum ab oleastro, & inferas in bonam oliuam, vel oleastrū ipsum præcidas

Mat. 13. 57

Ioan. 6. 42. Mat. 13. 55

Ioan. 6. 31. Ioan. 7. 24.

Ioan. 6. 46

Mat. 13. 55

Gen. 9. 22.

Gen. 9. 12

26.

Luc. 6. 11

Ma. 26.

Mat. 7. 4

Heb. 6. 10. Exo. 17. 13.

Ecc. 7. 7

15

16

16

præcidas, ut inseratur bona oliua: quid nocet arbori siluestri sic inferendo? auters aliquid eius, sed ut melius inferas, quod dulces edat fructus. Aufert inimicus, quæ natura dederat syluestris, confert verò, si diligas, quæ gratia donat cælestis. Dissungit te ab origine veteri terreni Adami, & confortem te facit Adami cælestis, ut sis filius Patris qui in cælis est. O quæ protectio iustitiæ? protectio perseverans, non ut amicus temporaneus, sed proteget te in sempiternum. Et quod maius est in die agnitionis inuenies firmamentum. Dies moris, dies iste, quando aperientur oculi cæcorum, & illuminabit Dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Tunc reuelabuntur abscondita secretorum, & nihil erit occultum quod non reuelatur, neque absconditum, quod non scitur. Dies itaque hic est agnitionis; nunc enim in tenebris ambulamus: scideò dicimus malum bonum, & bonum malum. Tunc natura, tunc mundus deseret, tunc caro derelinquet, tunc præcisa erit, velut a texente vita nostra. Qui his adhæserit, in his consiliis fuerit, nullum inueniet firmamentum, ubi requiescat pes eius, & non erit substantia: At qui iustitiæ adhæserit, securus erit: quia iustitia eius manet in seculum seculi, & id eò in illa inueniet firmamentum quo sustentatus ruinâ non parietur, & quò plus natura deserit, eò magis iustitia comitabitur, fulciet, & conferuabit. Deserit autè illos natura, qui magis illa dilexerunt: illos tunc gratia, qui plus illi adhæserunt. Dilectio inimicorù maxime natura contrariatur, gratiam profus sequitur: ergò diligens inimicos in die agnitionis firmissimum inueniet firmamentum, non fluctibus quatietur, non commouebitur in æternum per Spiritus procellarum; tertiam, quæ in æternum stat, securus possidebit: de qua scriptum est: *Mansueti hereditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam*. Hæc est terra viuentium, & firma possessio vitæ æternæ.

17. Declaratum, quæ sit ista merces, consideram⁹ primò in genere, quòd sit magna: secundo, quæ sit in specie, quod innuitur

in eo, quod dicitur: *Ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis est*. Circa primum dicitur, quòd ser pruræ sacre, ubi agunt de sacra ad fiat one aliqua, mensuris adhibent. Sic Isaac, ubi agit de lapide posito in fundamentum s Sion, ibi ponder s meminit, & mensuræ. *Et ponam (nquit) in pondere iudicium, & iustitiam in mensura* Ezechiel quando in spiritu r. tu vidit nouum templum, v. dir simul Angelum merientem omnia. Sic & Ioannes in ciuitate Ierusalem edificanda. Sed re ipsa Deus qui Moysi demonstrauit exemplar tabernaculi mensuras addidit, quia ad mensuram dat Deus mercedem operarijs: *Facta primo mane cum illis conuentione ex denario d'urno*. Alijs verò dixit: *Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis*. Quam mercedem, cum ita dicitur, tunc que illorum: *Tolle quod tuum est*. Quod si cum aliquibus miser cord teragere sic d'ponat, ut pr uilegia concedat, potest quod vult facere. Vbi ergo maior meritum, ibi amplius præmum. Gratia diligendi in m eum tanta est, ut de illa hortans Dominus dicat: *Estote ergò vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*. Ista enim est singularis in talis o d u næ perfectionis: ergò & merces magna in m s.

Vbi & illud attende, quòd se Deus, in eo quòd *Solem suum ortiri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*, perfectum vocat. Perfectus quidem est in omnibus, quia super omnem animatum, & immentia est perfectio. Sed in amore tantè, & beneficentia erga malos, qui in m e sunt illi, nimiam suam commendat perfectonem. Ut cognoscamus in terra suæ charitatis, quæ in cælis regnat, excellentiam singularem. Ideo enim duo commemorat, quæ Deus de cælis communit hominibus, nempe lucem Solis, & pluuiam abundantiam: ut hæc notetur esse cælestis beneficentia. Quæ ergò in hac Deum imitantur: apicem quandam attingunt cælestis perfectionis. Sint verè perfectiones virtutes omnes, hæc est singularis: omnis virtus amor est quidam ordinatus; propterea quòd in amore resoluitur, tamquam in suum proprium principium.

Ezel. 27. 9
1 Cor. 4. 5
Matth. 10. 26
Psal. 36. 11.
29.

Isa. 28. 16.
Ezech. 40. 3.
Apo. 21. 5.
Exod. 25.
Mat. 20. 8.

14

18.

pium,

piam, virtutum omnium eminentiam. Ideo
 1. Cor. 13. 4. *quod charitas patiens est, benigna est, omnia
 eredit, omnia sperat, omnia suffert.* An hoc
 verò sit amoris excellentia, ubi & imprimis
 apparet si inimicum diligamus. Ergo
 omnium maxima perfectio ista est: ergo
 Mat. 11. 20. & omnium maxima est merces illius; &
 11. *vide si forte, qui nouissimi vna hora fece-
 runt, mansueti fuerunt, & pacifici contra
 inimicantes, quod patres facti essent con-
 ductis primo mane, vt dignè pro minori
 opere exteriori, secundum magnitudinem
 interioris sasserent, & intimè charitatis
 non sunt defraudati a desiderio suo: qui
 minorem laborem maiori amore compen-
 sarunt: sicut & mulier, quæ nedum nõ la-
 borauerat in via Domini, sed sudauerat in
 cultu vanitatis & iniquitatis; ardenti amo-
 re peccata multa, quæ ante commiserat,
 compensauit. O si scirent homines quan-
 ta sit vis in amore, gratiam deputarent, se
 odientes inuenire, quos diligerent, vt eos
 diligentes, essent perfecti, sicut & Pater
 celestis perfectus est.*
 19. Ad speciem huius mercedis descenden-
 tes, dicimus primò, quòd *charitas hac ope-
 rit multitudinem peccatorum; nam remis-
 sionem ei peccata multa, quoniam diligit
 multum.* Diligit autem multum, qui di-
 liget inimicum, quando perfecti vis amo-
 ris erga Deum tota causa est, quam obrem
 diligit inimicum. Pennarum vis in Aquila
 magna quidem est, sed illarum vis ma-
 xima in animali, quod vidit Ezechiel, ostenditur:
 vbi præter leue corpus Aquilæ, grauiora erant
 corpora hominis, leonis, bovis, quæ vi pennarum
 volatu celerissimo per aëra leuabantur. Vbi
 contrarietas est, ibi maior ostenditur vis
 superantis: & quæ contrarietas sit in diligendis
 inimicis hinc testentur, qui quauis ratione
 Evangelica ad hanc adduci non possunt dilectio-
 nem. Ergo & merces magnanimus est
 multitudinem operiens peccatorum. Quam
 propter rogamus: *Dimitte nobis debita
 nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
 nostris.* Secundò dicimus, quòd magna
 est merces magnus amor, quo Pater vos
 diligit, cum filij sint eius. Quis enim est
 filius, quem non amet Pater? Hinc de vni-

genito vox Patris intonuit: *Hic est Filius
 meus dilectus.* Si ergo filij, & dilecti. Di-
 lecti a Deo, qui charitas est: qui in hoc
 proponitur nobis, vt perfectionis exemplar,
 quod etiam inimicis beneficiat. Quamvis
 ergo amor eius erga iustos? erga amicos?
 erga filios? illos donat naturalibus insu-
 xis, hos super cælestibus condescensionibus.
 Mensurat, qui potest, nimiam chari-
 tatè, quæ Pater cælestis diligit filios suos.
 Amorem citauit Deus paternam, quando
 iussit Abraham, vt immolaret filium suum,
 Tolle filium tuum vniuersum, & inquit, quem
 diligit Isaac: & poterit forte comparari
 Abraham amor erga filium Isaac, amor
 Patris cælestis erga filios suos. Dilectio-
 nis itaque; quam exhibes inimicis, datur
 pro mercede dilectio Dei Patris erga il-
 los, qui verè sunt filij eius. O inestimabilem
 compensationem! ò nimiam nimisque
 magnam mercedem! ò infinitam retribu-
 tionem! Et hinc non sequitur, quòd bona
 maxima Deus conferat sic dilectis,
 quæ tertia merces est: Nam amor, qui o-
 perari tenet, amor non est. Vere diligit
 Deus, qui beneficit iis, quos diligit:
 Immo amorem illius immeritum, mensura
 effectum nos metumus, ita quòd sicut
 benefaciendo diligit, ita plus ille
 Deo dilectus intelligatur, cui maiora bona
 collata sunt: propterea enim Ioannes
 dicitur in suo Euangelio, Discipulus,
 quem diligebat Iesus.

Tanta ergo dilectio Dei erga illos, qui
 diligunt inimicum, eximiam ostendit, &
 infert bonorum abundantiam, quæ illis a
 Deo Patre communicantur: An bona
 vulgaria, & leuia sunt hæc duo, videlicet,
 filiatio & perfectio? *Vt sitis filij Patris
 vestri, qui in cælis est. Estote ergo vos
 perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus
 est.* Multa bona recensuit Christus, itaque
 promisit, qui virtutes perfectè colit, quos
 simul beatos appellauit. Dixit enim quòd
 illorum est regnum cælorum, quod posside-
 bunt terram, quod consolabuntur, quod
 saturabuntur, quod misericordiam conse-
 quentur, & tandem, quod Deum videbunt.
 At horum omnium extremum, quasi omni-
 bus cernens, vel omnia continens, exprime-
 mens

mens dicit: *Filij Dei vocabuntur*. Maximū itaque bonum est, Filium esse Altissimi, idq; palam & gloriose. *Nunc quidem filij Dei sumus*, ut ait Ioannes; *sed nondum apparuit quid erimus*.

Sed quid erimus? nunquid plus aliquid quam filij Dei? Hoc enim quid maius, vel esse, vel etiam intelligi potest? quid igitur apparebit tunc, quod nunc non videatur? Audi Dominum: *Filij Dei vocabuntur*. Erit ista filiatio aperta, appa-rens, omnibus manifesta. Filij Dei ab omnibus cognoscuntur, vocabuntur, declarabuntur. Non audis vocem illam: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei? Nunc itaque sumus filij, si aduersarium diligamus, sed vita nostra, & filiatio ista abscondita est cum Christo in Deo. Quomodo cum Christo? quia & Christus mortalis erat Filius Dei. Illi namque, qui cæcus fuerat, scimus, quod dixerit: Tu credis in Filium Dei? & illo pro respōsione interrogante. Quis est Domine, ut credam in eum? Christus intulit: Et vidisti eum, & qui loquitur tecū, ipse est. At verò hæc tanta sua dignitas adeo erat occulta, ut tamen adiuratus annuerit in iudicio Iudæorum, quod esset Filius Dei viui, ob hoc tamen, tanquam blasphemus mortifuerit adiudicatus. Nam & Pilato clamantes dixerunt. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se facit*. Haud secus, qui inimicum diligit; est quidem Filius Dei, sed nondum apparet; quin magis à mundo contemnitur, qui vitam illius æstimat infaniam, & despiciat. Est enim aspectus eius inglorius, sicut & Christus fuit inter filios hominum. Filij hominum, qui graui corde in cælum non suspiciunt, illos habet in desitum, & in similitudinem improprij, qui iniurias condonant, qui malis bona rependunt, qui sibi malefacientibus benefaciunt.

21. Agē, hi quos inimicorum dilectio facit filios Dei, vocabuntur in tempore opportuno filij Dei. Quemadmodum principio ille, qui despectus fuit, ut virorum nouissimus, demū fuit magn⁹ inter mortales oēs, immò & immortales; vnde vocatur Filius

Tom. I. Belliniani.

Altissimi, iuxta quod dixerat Angelus: *Hic eris magnus, & filius Altissimi*. Magnum itaque bonum etiam nunc est esse Filium Dei. Ut quemadmodum in beatitudinib. vocati Filium Dei, super omnia bona constituitur, eaq; continet omnia: Ita & nunc bonorum omnium maximum est esse Filium Dei. O eximiam mercedem!

Huic adde consequenter, quod Filius Exhorta. Dei est hæres vniuersorum: *nā tua omnia tio. mea sunt: Dixit Filius Patri: Pater autem Filio. Filium semper mecum es, & omnia mea tua sunt*. Quæ verò ista bona sunt? *Domini est terra, & plenitudo eius*. Confiteor tibi Pater cæli, & terræ. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ. Et si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora: *Dixit Dominus ad Dauid, recensitis quæ illi contulerat bonis. Quæ verò multo maiora illi à Domino adiecta sunt? Hoc certè, quia Christus est Filius eius. Ostenderat illi Deus bona, & bona multa: multo maiora post contulit, quando dedit illi Filium suum. Cui Pater cælestis, quod maius omnibus est, illum gignens, tribuit; nempe totum suum esse, suamque naturam & diuinitatem. Hæc sunt multo maiora, quæ filijs suis Pater communicat. Hoc intellexit Dauid ipse, qui propterea cecinit. Quid mihi est in cælo, & à te quid vultui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Pars idem est quod hæreditas. Hanc hæreditatem expectabat Dauid, cui Deus in Filio promiserat semetipsum, hæc expetebat super omnia, quemadmodum super omnia expetibilis est, & expetenda: Et hæc est, si bene attendas, hæreditas; quam dedit Abraham Isaac filio suo. Dicente Scriptura: Dedit Abraham euncta, quæ possederat Isaac; Filijs autem concubinarum largitus est munaera, & separauit eos ab Isaac filio suo. Vbi obserua, quod Isaac vocat filium suum, alios verò filios concubinarum. Quia Deus ipse de Isaac dicit illi: Non peperisti mihi genito tuo propter me: quasi cæteri non essent eius liberi. Hoc quare? quia huic soli debebatur hæreditas illa, de qua dixerat illi Deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes*

C c gentes

vitrorem, vt disperdat te. Mitte ergo hoc leue gaudium animi tui, vt aon perdas gaudium Domini tui.

Et dum queris vltionem nescis, quod de te ipso illam sumis? si parcas, si ames, perfectus eris, completus, bonis omnibus repletus: quoniam hortatus Dominus dilectionem inimicorum exemplo Dei Patris nostri: *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos*: Addit. *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est.* Ergo si Patrem non imitaris, imperfectus es: id est imminutus, deficiens ab omni bono. Nonne ergo perspicuum est, quod dum demis aliquid ab inimico, a te ipso demis multum? te ipsum diminuis? te vacuus & reddis inanem? & quid dico inanem tabescentem magis, & foetentem, & pessima eructantem. Audi Sapientem: *Sicut eructant foetentium praecordia, sic & cor superborum, & sicut prospexit in casum proximi sui. Qui prospicit, & in hoc delectatur de calu proximi propter superbiam suam, similis est eructanti foetentia de visceribus suis. En quibus rebus plenus est, foetidus, marcidus, sanie tabescentibus: O virum imperfectum! Estote ergo perfecti: super omnia charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis.* Ne quando dicatur vobis: *ubi est timor tuus? fortitudo tua? patientia tua?* & perfectio viarum tuarum? Sed Apostolum audiamus: De cetero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Amen.

NON sine causa aut inaniter Deus sibi locum eligere volens, ad quem non nisi sanctus ascenderet & accederet, se Dominum prius declarauit vniuersae terrae. Vt qui Dominus esset omnium, quandam partem ex omnibus sibi reseruaret, cuius non omnes sed ii solummodo, quos ipse instituisset, fierent participes. Hoc quippe vobis per Psalmorum cantorem innotuit, qui cecinit: *Domini est terra, & plenitudo eius. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde.* Quo docemur iure illum nobis posse quaedam sua lege praescribere, quae nos oporteat facere, cum sit Dominus vniuersorum, & in ditione eius cuncta sint posita. Quapropter nobis durum videri non debet, si iubeat: *Diligite inimicos vestros, benefacite eis, qui oderunt vos, orate pro persequenibus, & calumniantibus vos.* Id quod eo magis a nobis praestandum est, quod & mercedem adiicit, quae magna est ratio, cur illi obtemperare debeamus. Quemadmodum in Psalmo dixit. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo. Haud secus in Euangelio dicit. *Vt sitis filii Patris vestri, qui in caelis est.* Hoc itaque cum haec audimus a Domino, nobis est hodie considerandum.

Vbi duo proposita sunt, nempè: *Quid facere opus sit; & Quare.* Opus enim nobis & iubet & ostendit, quod compleamus; & ratione addit, vt id faciamus. Primum, dicens. *Diligite inimicos vestros.* Secundum, subiungens. *Vt sitis filii Patris vestri.* Opus perse perspicuum est, & manifeste propositum. Nempè vt corde diligamus, ore deprecemur, opere auxilium prebeamus: & hoc non erga quoscumque modo, sed erga illos potissimum, qui corde alieni sunt a nobis odietes nos, ore calumniatur, opere persequuntur, qui inimicorum nomine declarantur. Opus arduum maxime, quod non naturam excedere, verum & illi repugnare maxime videatur. Quapropter Dominus noster ad tantam huius operis superandam difficultatem, tantum nobis auxilium contulit, tantum constituit praesidium praestantissima ista

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Cur Christus dignetur nobis rationes asferre, vt inimicos diligamus. Ponderantur verba illa. Vt sitis filii Patris vestri. In morali acerrime inuehitur contra insaniam mundi, vindictam suadentis.

2. potentissimaque ratione. *Vt sitis filij Patris vestri, qui in caelis est:* veluti si diceret. Repugnet natura, quam ab Adam consecuti estis: excellentiorem aliam vobis caelestis praestitit Pater, quam si sequamini, erit ipsa vobis dux, & vis in hoc opere perficiendo: vosque significabit filios esse Dei, cuius natura bonitas est, cuius opus pietas, & cuius viscera, misericordia. *Qui solē suum oriri facit super bonos, & malos.*

3. Sit ergo sermo noster circa rationem hanc: cum enim quid sit faciendum appareat clarè, id nunc a nobis exigitur, ut animos nostros excitemus ad id assequendū. Vbi primum constituo, quod Deus, licet sit magnus Dominus, neque propterea teneatur nobis rationem reddere suorum iudiciorum ac praceptorum, tum ratione dominationis, tum ratione conditionis; quia videlicet bonus, rectus, iustus & clemens est, adeo ut certi simus, quod fidelis est in omnibus verbis suis, sanctus & iustus in omnibus operibus suis: & omnes viae eius veritas & misericordia. Rationes tamen ad nostram infirmitatem fulciendam, plerumque suis addit mandatis, quibus nostra imbecillitas innitatur & fulciatur, & dum his rationibus nutritur ratio nostra atque delectatur, interim sentiat de mandatis Domini, quod etiam sit in custodiendis illis retributio multa.

4. Non enim parva retributio, quod mens humana se videns in lege Domini ambulare, intelligat, quod via ista immaculata est, sancta & recta atque admodum quadrans cum naturali sua tum rectitudine tum dignitate: & propterea Salomon iudices monens dixit: *Cognoscere personam in iudicio, non est bonum.* Homo, qui non sit Iudex iniquitatis, in iudicio scit reprobare malum, & eligere bonum: hoc est munus suum, iste scopus iudicij sui, nil aliud illi spectandum, quam discretionem habere boni & mali, & secundum illam iudicare: quod cum faciat super alienas actiones, plus multo in sua ipsius, & in ea potissimum, qua de alijs iudicat, praestet necesse est. Sciat ergo quod cognoscere, id est respicere personam in

iudicio non est bonum, ut qui constitutus est in vindictam malefactorum, & in laudem bonorum, in quo alium iudicat, non condemnet semetipsum, eligens quod non est bonum, idque tum praestans, dum assumit iudicium Dei, quod est reprobare malum, & eligere bonum.

Rationem verò sui dicti exponens Salomon subiicit: *Qui dicunt impio, iustus es: maledicent ei populi, & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio.* Dicere malum bonum; & respicere in iudicio personam hominum, tam est contra rationem, ut communis hominum concepitio id detestetur: contra verò si fiat, & impius arguatur & condemnetur, id prober communiter humana natura. Vbi etiam vide bonitatem & sanctitatem Dei, qui, ut ipsa mens nostra sibi ipsi rationes crearet mandatorum Dei, lumine illius vultus eam signavit, de quo fit illa petitio: *De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui sic videant aequitates, ut & oculi mei lumine vultus tui illuminati easdem videant aequitates.* Sic ergo diuina ordinatione comparatum est, ut ratio ipsa sicut ipsi sibi lex est, ita ratio sit legis, ob quam legum conditor Deus iusta decernit. Propterea ut Salomon docuit, sic hominum more comparatum est, ut bonum omnibus placeat, malum verò exprobrant & detestentur: ex quo fit consequens, ut iustitia & veritate foelicitas quaedam etiam in hac vita comiteretur: dum sibi complacet mens, in aequitate & veritate.

At contra (ut rationes iam huius praecipi videamus) iniquitas de sui natura molestiam affert, quae iniquitas, ut nobis propinquior, ita est & molestior, ratione ipsa illam detestante. Vnde factum est, ut eos in primis detestemur, qui contra nos suam iniquitatem acuunt & exercent, qui propterea quoque inimici nostri habentur. Atque adeo duplici ratione odio illos prosequi videamur, videlicet, & quod iniqui sunt, & suam contra nos iniquitatem produnt & euomunt: & iubemur tamē eos diligere, ut merito videatur externa ratio adhibenda huiusce dilectionis, quando interna

Psal. 14. 13.

Psal. 18. 12.

Pro. 24. 23.

Psal. 16. 3.

6.

interna & connaturalis oppositum magis dicere videatur. Rectè ergò Dominus. *Diligite inimicos vestros, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est:* non illius præterea, qui in terris est. Vetus lex duplici illi iam dictæ rationi assensum videbatur, puniens iniquos, & ad puniendum tradens in manus eorum, qui iniuriam iniquitatis illius passi fuissent. Sic enim habet: Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, arripient eum, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est & morietur. Vbi certum est hoc fieri non potuisse principaliter zelo vindictæ, cum statuerit lex. Non quaeres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Sed zelo iustitiæ, quam Dominus ardentè expetebat, & seuerè præcipiebat. Idcirco & de homicida illo addit: *Non misereberis eius, & auferes innoxium sanguinem de Israel, ut bene sit tibi.* Et idcirco fortè misericordia moti, illum dimitterent, iubebat offensis tradi, qui licitè poterant sententiam mortis contra illum exequi, quamquam hi si propinqui non essent, fortassis non exequerentur; Sat erat illis, vt non principali intentione vltionem quaerent, si autem intentio illa tantum esset occasio, quæ dicitur causa sine qua non, licita erat illa punitio, quam tamen principalem intentionem non magno negotio habere poterant, id facientes, quod Deus præcepisset; & ea intentione, quia præcepisset.

Quando nunc Canonici spectant quotidianas distributiones, quibus tamen iustum est, vt eas consequantur, modò sic secundario spectent, vt etiam si non haberentur, hois non interessent. Quam tamen ego in lucro mutui, ex vi mutui, secundariam intentionem non admitto, quando sic speratur lucrum, vt sine illius spe mutuum non daretur: Ita enim habet canon: *Qui non alias mutuo traditurus, eò proposito pecuniam credit, vt licet omni conuentione cessante, plus tamen sorte recipiat pro intentione lucri quam habet (cum omnis usura, & superabundantiã prohibeatur in lege) iudicandum est malè agere: & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in anti-*

marum iudicio efficaciter inducendus. Cur verò ista secunda intentio, sine qua opus non fieret, excuset à simonia, non verò ab usura; hæc est ratio, quia cultus diuinus res est publica, sicut erat & iustitia punitiua in lege; mutuatio verò res est particularis: præterea publicum illud opus, siue castigandi impium, siue colendi Deum, a Deo maximè expetitum est, & expressè mandatum, vt patet ex lege, mutuatio autem in consilio est tantummodo. Deniq; cultus diuinus huiusmodi, vt videtur, certè non fieret sine interesse illo, nec satis esset Deo querela illa. *Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est voluntas mea in vobis.* Cum ergò cultus sit tanta res publica, diuina, necessaria, quæ sine spe illa secundaria non fieret, iustum fuit, vt spes illa permitteretur. Huc accedit, quod cultus ipse cum tanta sit res, trahit ad se facile animum nostrum oculo principali, non sic bonum proximi, cui mutuum damus: & præterea personale opus est cultus Dei, cui totus homo debet esse deditus, vt merito inde viuat: *Nam qui altari seruit, de altari debet viuere, à qua re longè distat mutuatio.* Non ergò valet consequentia à re simoniæ ad usuram: & quod dicitur, quod materia simoniæ est arctior, facit magis ad propositum nostrum, quam ad oppositum. Est quidem arctior, quia in illa magis peccatur, non ita facile tamen, quæ peccati magnitudo, & facilitas euitandi, rationabiliter admittunt secundariam illam intentionem, quam mutuum. Hæc incidenter dicta faciunt ad exponendum, quod in punitioe homicidæ facile admitteretur dicta intentio secunda. Nam quod prima prorsus non obligaretur, Sapientes illius temporis aperte significant. *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: Homo homini reseruat iram, & à Deo quarit medelam?* Vides quomodo remouetur ira & odium & vindicta ex ira procedens, non ex zelo iustitiæ & obedientiæ: Ità & Salomon: *Ne dicas, reddam malum. Quæ quæuis etiam de redditione & vindicta possint intelligi, quæ priuata auctoritate sint facta, certum est tamen ea quoque in publico iudi-*

Dmt. 19. 11
Leuit. 19. 18.
Dmt. 19. 13
D. Th. 2. 2. q. 107. a. 1.
Extra de usu cap. Consuluist.

Mal. 1. 10.
1. Cor. 9. 13.
Ecc. 28. 1.
Prou. 20. 22.

eo iudicio esse seruanda: utrobique enim arceretur zelus vindictæ, qui in priuata uisione apparet maximè. Itaque zelus contra iniquitatem primus erat, contra Dominum nostrum erat secundus.

3. Quoniam uerò tunc Deus iniquitatem temporaliter quoq; ex lege puniebat, ut e ratione homines dura ceruicis flecteret, idè sic & præcipiebat & permittebat. At Dominus Iesus, qui dicit: *Non ueni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum.*

IOAN. 12.
47.

Ioan. 3. 17. &: *Non misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum;* iam non contra iniquitatem pugnat iustitia & iudicio, sed misericordia & beneficio; idè à lege sua sustulit vindictam omnem, & oppositū potius docuit, & iussit dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt uos.* Sic ergò huius præcepti ratio ista prima, quòd huic legi, quæ salutem nobis affert, non iudicium, huiusmodi præceptum admodū congruebat, quæ ratio in uerbis illis Domini Iesu Christi innuitur: *Ego autem dico uobis, quasi dicat. Dicitur est antiquè in lege, quæ iudicia continebat, odio habebis inimicum tuum. Ego, qui Saluator non Iudex ueni, aliter mando, nempe; Diligite inimicos vestros.*

9. Ex quibus uerbis consequenter educitur ratio ista secunda. Summa diuinæ legis, in dilectione erat constituta. Nam primum mandatum, erat: *Diliges Dominum Deum tuum;* secundum uerò: *Diliges proximum tuum.* Euangelium itaque cum legi illi esset supponendū in dilectione, maximè congruum erat, illam ut excederet. Id autem in dilectione Dei fieri non poterat, iubente lege: *Diliges Dominum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Ergò in proximi dilectione excelsus erat ponendus. Vbi ergò diceret illa: *Odio habebis inimicum tuum;* hæc dicere habuit: *Dilige inimicum tuum.* At ubi præcipiebat odio haberi inimicū? numquam profectò, nisi in eo, qui homicidam tradi iubebat in manu propinqui hominis illius, cuius effusus esset sanguis. Qua in reflex nostra non iudicat quemquam; neq; uidelicet ut moriatur homicida, neque in

MATTH. 22.
36.

DEUT. 6. 5.

manus tradatur offensus, sed illū iubet diligere ac iuari. In quo & hoc uideretur aliqua ex parte iustum, ne plus quàm nosmetipsos proximi diligamus. Quod ut intelligamus, meminimus horationis illius Apostolicæ: *Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere & non nobis placere.* Vnus. 2. *quisq; uestrum proximo suo placeat in bonū ad adificationem. Etenim Christus non sibi placuit:* Si nobis placere non debemus, sed proximo, nunquid non in hoc proximum plus quam nos ipsos diligimus?

Quid uerò est placere sibi, nisi quod sibi uile est quære? Quid proximo placere? illū iuare. Dū ergò Paulus dicit: *Non quaerens quod mihi uile est, sed quod multis, ut salui fiant.* Certè quantum Christiano licet, proximum diligebat plus quàm seipsum. Et Christus in quo nō sibi placuit? certè in eo, quod passus est pro nobis. Ita n. exponit Paulus dicens: *Sed sicut scriptum est: Improperia improperantiū tibi ceciderunt super me.* Quib. uerbis in Psalmo uide supra sunt subiungitur: *Et operis in ieiunio animā meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui uestimentum meū cilicium, & factus sum illis in parabolā. Aduersus me loquebantur qui sedebāt in porta. Vbi apparet Christi passio cum in his, quæ sua sponte passus est, tū in his, quæ illis ab inimicis illata sunt. In hoc ergo commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cū adhuc inimici essemus, Christus pro nobis impiis mortuus est, & pro tanto, homo iste Christus Iesus plus quàm seipsum dilexit nos.*

Qua in re nos illum conuenit sequi, dicente Apostolo: *Ambulate in dilectione, sicut & Dominus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Ergo qui inimicū diligit, secundum aliquem modum plus proximum diligit, quam seipsum, nō sibi placens sed proximo, non quod sibi uile est quaerens, sed quod illius saluti fiat. Repugnat caro, mens refugit, sensus oppugnat clamans corde: Diligam qui me odio habet? Ad Dominum pro illo clamabo, qui contra me clamat & apud homines calumniatur? Illi benefaciā, qui me persequitur? Amicus illi ero, qui dum mihi inuitus est, inimicus Dei constituitur? Quid? nedum bonis meis mala illius compensabo?

mentura

mensura bona remetiar, qui mala mensurum, sed in bonis meis superfluens ero, malis inimici? Corde odit me, & nedum corde diligam, sed ei benefaciam? Quid enim iubeor aliud his verbis; *Benefacite his qui oderunt vos?* Qui totis viribus suis me offendit, ore calumnians, perseques opere, hunc ego nedum viribus meis prosequar beneficiis, verum etiam Omnipotentem deprecabor, vt sua manu impleat, quod mea prestare non potest? Sic ego diligam inimicum, vt non reddam modo bona pro malis, sed addam bonis meis ad suam iniquitatem? Diligam itaque proximum, & hunc inimicum plus quam me ipsum? Heu quid clamas de terra, o homo terrene? Audi tu clamorem Sapientis, qui desursum est: *Eme eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses.* Quod loquatur Salomon de innocentibus qui a peccatoribus opprimuntur, volo; enim ei David iubet: *Eripite pauperem, & egenum, de manu peccatoris liberate.* Sed quare mors aut egestas, aut oppressio potest morti aeterna comparari? Qui tibi inimicus est, te odio prosequens & persequens, offensione hac non ducitur ad mortem, & in portas mortis ingressus est, non trahitur ad interitum, ac iam interitum iam perit. Hunc a morte erue, hunc ab interitu liberare non cesses. Quo autem modo? Diliges illum, illi benefaciens, & si adit facultas, etiam corripiens; Nam si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Parum est quod exhibes, quod perdis, paruus labor, maximus fructus. Si resistat caro & mala consuetudo, odio tibi habenda est anima tua, vt diligas animam proximi, & saluum facias eam. Ergo ne perdas quid temporale, perdes illum, per quo Christus mortuus est? vt tibi placeas, Deo displicebis? ne te incōmodes, fratrem interimes? pascere morientem, si non paueris, occidisti; erue morientem, si non eruisti, interemisti.

SECVNDA PARS.

11 *A*vdisti quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. A quo quaso dictum est anti-

quis. Diliges proximum tuum? Certè à Deo, sed per seruum Moysen. Qui verò huius doctrinæ doctor: *Odio habebis inimicum tuum?* certè, vt sonant verba, non alij quam Scribæ & Pharisei. At quis est qui dicit: *Ego autem dico vobis?* Hic est Filius Dei dilectus. Ille paternam hereditatem, cuiquam non inuidet. Qui licet verè vnigenitus Filius sit in sinu Patris, libet tamen ei esse primogenitus in multis fratribus, quibus sine vlla diuisione diuidat substantiam suam. Et quia vnus duntaxat natura est & esse potest Filius Dei, per gratiam adoptionis curat fratres multiplicare: & propterea docet: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui in caelis est.* O magnam diligentiam in inimicorum ratione! Hanc vnicus proponit Filius, vt solus non sit filius, sed sit in medio fratrum rector illorum in honore. His Patris nomen annūtiat; Patris (inquā non sui solummodo, sed etiam ipsorum. Quinimò vbi aliquandò dixit: *Ascendo Iob. 20. 17.* ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Hic tantum dicit, *Patris vestri.* Nuntiabo (inquā) *nomen tuum fratribus meis.* & in medio Ecclesie laudabo te. Quæ verò laus? quia Pater noster. Sicut enim Filius non confunditur fratres eos vocare, sed laudem suam hanc deputat & honorem; ita & Pater non confunditur filios eos vocare, sed gloriosum sibi reputat hominum illorum Patrem vocari, qui Vnigenito suo fuerint vera fide atque perfecta coniuncti. Vt quid enim vnigenitus ipse quodammodo apud Patrem gloriatur dicens: *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus.* Quod nomen (inquā) nisi nomen Patris manifestauit? neque enim frustra Patris nomen præmittit, dicens: *Pater manifestavi nomen tuum.* Ad quid verò nisi ad eius gloriam manifestauit? vt certò scias Deum in nomine Patris nostri gloriari. Quod si non aliud, certe Oratio Dominica demonstraret, quam sic adorimur. *Pater noster qui est in caelis.* Cum autem Propheta protestetur: *Laudans inuocabo Dominum:* constat ad laudem Domini pertinere, quod illum inuocaturi, vocemus Patrem, vt hac in re coniectura iam nihil opus sit. Eia nunc Pater non confunditur nos misellos vocare filios, & Patrem

Ec. 10. 24.

Iob. 20. 17.

Psal. 21. 23.

Hebr. 2. 11.

Ioan. 17. 6.

Mat. 6. 9.

Psal. 17. 4.

Patrem ipsum omnipotentem vocari cōfundar ergo? Glorietur in nomine isto Deus, & sibi homo opprobrium assignabit, quod vocetur filius Dei: O gloria nomina Patris & Filij. Tantam gloriam nobis inimicorum dilectione comparamus. Quid igitur dilectione ista potest esse gloriosius? quid nobilior? quid praestantius? quid (inquam) desiderabilior? Ecce tibi Christus, Deum, dum Patrem nostrum vocat, de illo dicit, *Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*, ut videas illi ad honorem tribui quòd sit praestabilis super milia, quòd mala nostra superet sua benignitate, quòd benignus sit super ingratos & malos. Haec est ergo plena efficacitatis ratio, quamobrem inimicos diligere debeamus, quòd res est gloriosa, & verè caelestis plena claritatis. Quid igitur, vos insipientes corde, dedecori assignatis & ignominia, si qui vos oderunt, hos verè diligatis?

Luc. 6. 35.

13

Sit modò alia ista consequens ratio tam excellentis operationis. Deus populi sui se protectorem declaraturus primogenitum suum illum appellabit. Multa quidè signa fecit in Aegypto, multa flagella peccatori illi Regi superinduxit, sed eorum omnium summam paucis illis verbis collegit, quae Moysi reuertenti à terra Madiam in Aegyp-

Exo. 4. 22.

ptum in primis dixit: *Dices ad eum Haec dicit Dominus. Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi Dimitte filium meum, ut seruiat mihi. & nolisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.* Quis enim filius, quem non protegat pater atq; defendat? Sic Deus, ut filium suum hunc, quem per Patriarchas sibi genuerat, saluaret, percussit inimicū Regem Aegypti, totamq; Aegyptū, ut sciat omnis caro, quòd si in manu Domini sunt omnes fines terre, filius ipse est in sinu Patris, quòd nemo potest accedere, neq; valet flagellū appropinquare. Sis tu in sinu Patris, & nō accedit ad te malum, neq; flagellum appropinquabit tabernaculo tuo: sic enim altissimum posuisti refugium. Eris autem ibi habitans in adiutorio Altissimi, & in protectione Dei caeli, filius si fueris Altissimi: Filius verò, inimicum ille dilexeris; neque enim aliteris in

Pf. 94. 10.

finu Patris, iuxta cor illius, qui benignus est super ingratos & malos.

finu Patris, iuxta cor illius, qui benignus est super ingratos & malos.

An forte in Deo somniamus corporalē finum? qui est in sinu Patris, iuxta cor suū est, quin & ab eo habetur in corde & in visceribus. Hic est, qui facit quae placita sunt illi. Hinc Deus: *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem qui iuxta cor meū, & animam meā faciet.* Hinc Samuel de David: *Quasi sibi sibi Dominus virum iuxta cor suum.* Quid verò sit esse iuxta cor Dei, Paulus citans hunc eundem locum, ita declarat: *Inveni virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas.* Is ergo est in sinu Patris, qui facit voluntatem Patris, & eam potissimum, in qua Patrem se declarat, beneficiens etiam ingratis & malis. Ergò qui filius Dei est, diligit inimicum, ut non ab re ab Unigenito, qui est in sinu Patris, dictū sit. *Diligite inimicos vestros, ut sicut filij Patris vestri, qui in caelis est.* Hic Filius, quoniā est in sinu Patris, cum adhuc inimici essent & impij, dedit semetipsum pro nobis, & ab hominibus crucifixus, ut sicut filij Patris vestri, qui in caelis est. Hic Filius, quoniā est in sinu Patris, cum adhuc inimici essent & impij, dedit semetipsum pro nobis, & ab hominibus crucifixus, ut transfretoribus & crucifixoribus exorauit. Propterea & Ioannes, quandò illi maximus ille inimicus Iudas reuelatus fuit, erat recumbens in sinu Iesu, ut quemadmodum Iesus inimicum iustum diligebat, eundem diligeret & ipse Ioannes. Qui propterea potuit stare iuxta crucem Iesu cum Maria matre eius, & Crucifixo cōformari. Qui clamās, dixit: *Pater dimitte illum.* Patrem vocat cuius est ipse Filius, & est in sinu eius Sacerdos fidelis iuxta cor illius & animam, & tunc fratrem sibi affecit Ioannē, non minus Patri dicens, quam Matri: *Ecce filius tuus.* Filius (inquam) ut si quemadmodum in sinu Filij, ita & in sinu Patris. Et quare de David maximè dixit Propheta: *Quasi sibi sibi virum iuxta cor suū:* si id scire detideras, memento David & omnis mansuetudinis eius, qua benignus fuit super ingratos & malos. Qui ergo sic est in sinu Patris ut quemadmodum Iuos Pater, sic & ipse diligit inimicos suos. Hic ratione etiam ista in sinu Patris est, ut ab eo protegat & liberetur ab inimicis suis iracundis. Id quòd tūc re demonstravit, quando dixit: *Filius meus primogenitus Israel: dimitte filium meum, ut seruiat*

seruiat mihi. Percussit enim post tot tãta-
que flagella & plagas, omne primogenitũ
Egypti, vt perderet etiam Pharaon primo-
genitum suum, qui Dei Primogenito tam
molestus fuit & persecutor. Et quando dixit
inimicus: *Persequar & comprehendam,*
disuidam spolia, implebitur anima mea. Tũc
dextera Domini percussit inimicum, & in
multitudine gloriæ suæ deposuit aduersa-
rios suos. Antiquis illis Deus monstrauit,
sibi vindictam referuari, quam ipse inimi-
cis eorum sumpsit gloriose, vt nos moni-
ti, vt inimicos diligamus, nihil dubitemus
de sua erga nos paterna protectione. Ideo
filios vocat, filios asserit, & quasi Pater in
filiis suis sibi complacet. O quanta vis in
hac filiatione erga dilectionem inimico-
rum! Hæc nobis sit cordi: Hæc veniat vobis
in mentem, ibique subsistat perpetuò.

tate compensabit. Quoniam si filij fueri-
mus, erimus & hæredes. Tantum faciamus
quæ precepta sunt nobis, tantum audia-
mus vocem Filij Dei clamantis: *Diligite i-*
nimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui
in cœlis est. *In auris aurea, & margaritum*
fulgens, qui arguit Sapientem, & aurem o-
bedientem. O quæ gloria erit tibi, quod or-
namentum gratiæ accipies? Quid hoc ma-
ius esse potest, quam vt simus filij Dei? Hac
quæso gratia, hæc gloria contenti sumus, &
nihil nobis deerit expectantibus hæredi-
tatem immarcescibilem in cœlis & in ter-
ris: Interim pacemuralimonia etiam cœ-
lesti ab eo, qui olim dixit per Prophetam:
Filios enutruui, & exaltaui: cui est gloria in
sæculum sæculi. Amen.

MORALE.

SED cum homines plerunque sibi ipsis
sapientes esse videantur, hac in re ma-
ximè prætendunt sapientiam, vbi respuunt
diligere inimicos, rationes plures coacer-
uantes, quibus id iure se facere probare
moliuntur; quasi ipsa Dei Sapientia sint ip-
si sapientiores. Sed Dauid suadenti sibi
Abisai, vt de illo maledicenti Semeci vindi-
ctam sumeret, Respondit. *Quid mihi, &*
vobis est filij Saruia? Dimitte eum, vt maledi-
cat. Triplicemque subiunxit rationem,
qua illum patienter tolerare suadebatur.
Quarum prima est: *Dominus enim præcepit*
ei, vt malediceret Dauid: & quis est qui au-
deat dicere. Quare sic fecerit? Secunda verd:
Ecce Filius meus, qui egressus est de utero
meo, querit animam, quando magis nunc fi-
lius Iemini? Tertia denique. *Dimitte eum*
vt maledicat iuxta præceptum Domini: si
forè respiciat Dominus afflictionem meam,
& reddat mihi Dominus pro maledictione
hæc, hodierno die. Vides prudentiam Dau-
dis rationibus ostendentis, quod debet
homo æquanimiter caluminantes ferre &
persequentes. Vide quanti ponderet, quod
hoc sine Dei prouidentia non contingat,
vt permissionem illam vocet præceptum
Domini. Abisai carnis sapientia ductus di-
cebat: *Quare maledicit canis hic moriturus*
domio meo Regi? Vadam & amputabo caput
eius.

eius. O quot sunt adulatorum, & satellites, qui vindictam suadent? o quot falsi amici illam proponunt? o quot falsæ rationes contra veram rationem adducuntur, atq; sapientiam: o quot sibi hac in re sapientes esse videntur: Sed quid Salomon verè sapiens dixit: *Ne sis sapiens apud te metipsum: time Deum, & recede à malo.* Quid dicitis o insipientissimi sapientes? Num vos Deo sapientiores? Num quæ ipse dixit falsa sunt? quæ vos effutitis plena sunt sapientia: *Ne tibi videaris sapiens: Time Deum & recede à malo, & eris sapiens.* Bene & Paulus: *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum pro malo reddentes.* Qui Deum non timet, & à malo non recedit, hic quamvis sibi sapiens esse videatur, verè insipientissimus est. Quomodo sapiens, qui malo adhæret? qui malum seruat? qui mali plenam habet animam? qui dicit malum bonum? Nemo tam odit animam suam, ut velit illam malis esse repletam; quia impleri bonitate omnes naturaliter concupiscunt. Quid laboras ergo tu, ut repleta sit malis anima tua: nisi quia dicis malum bonum? nisi quia tunc te putas bonitate repleti, quando accedit ad te malum? quando percutis foedus cum morte? quando te vincit malitia? quando non audis obedienter, *noli vinci à malo?* Et hoc an non est summa insipientia, qua tamen te sapientem arbitraris? Ergo *ne sis sapiens apud te metipsum; time Deum, & recede à malo.*

Quomodo à malo recedit, qui malum reddit pro malo? Num quia malo resistis, malum non est in te? imò idcirco malum est in te, quia non audis Dominum præcipientem. *Non resistere malo.* Quid est, non resistere malo? audi eundem: *Audisti quia dictum est antiquis: oculus pro oculo, dente pro dente.* Istud quid erat, nisi malum pro malo reddere? licebat tunc fortè, si legis autoritate fiebat: vnde malus non erat actus reddendi malum pro malo: at tu qui vindicari quæris; legi, Deoque Omnipotenti inobediens, qui dixit: *Mea est ultio.* Non potes nisi malè malum pro malo reddere. Non potes nisi malo actu, malo motu, mala operatione, pro malo malum rependere: quod dum facis,

malus es tu, à malo vin ceris tu, malitiâ ac malignitate plenum est cor tuum: Cain quare occidit fratrem? quia ex maligno erat, & opera eius maligna erant. Ergo non recedit à malo, qui reddit malum pro malo, sed declinat à bono & facit malum. Et tamen cum insipientia sua manifesta sit, sibi ipsi sapiens videtur ac prudens. Ostendat adhuc Paulus horum insipientiam. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Vides oppositas operationes: Reddere malum; prouidere bona: Quomodo bona prouidet, qui malum reddit? Bonus homo de bono thesauro cordis sui, profert bona; & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quod dicit de thesauro, intellige de abscondito. Homines videntes ea tantum, quæ patent, nesciunt quid sit in abscondito cordis tui. Quia neque quale vinum sit in vere nescitur, si non hauriatur. Profer extrâ, quæ intus latent. Si malum proferis, si malum reddis, certè malus est thesaurus cordis tui, malæ cogitationes sunt in corde tuo, intus plenus es malitiâ, & iniquitate, veluti monumenta plena ossibus mortuorum. Prouide bona, & bona erit meditatio tua, bonum cor, bona voluntas, intellectus bonus, præcordia bona, bonus thesaurus cordis tui, Quomodo autem bona prouideantur, pergens docet Apostolus: *Quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Pax est bonum istud, qua non redditur malum pro malo, sed bonum. Ideo pax est hominibus bonæ voluntatis, & boni thesauri cordis. Hoc est bonum, quod profertur de bono thesauro cordis, qui sic profert bonus est, quia bonus homo de bono thesauro cordis sui, profert bona. Qui autè bonus est, is solus sapiens est, is solus prudens, quia de Sipientia sapiens dicit: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.* Is sapiens est animæ suæ; verè sapiens, verè prudens. Ergo malus homo, apud se metipsum sapiens, qui dicit malum bonum, & idcirco non recedit à malo, insipientis est, paruulus est, infans est, stultus est. *Astutus videns malum absconditus est, paruuli transientes sustinuerunt dispensa-*

dia. Dixit Salomon. Qui malum non vident, qui noxia non discernunt, qui pericula non attendunt, iniiciunt pedem in laqueum, ruunt precipites in foueam. Et his quis insipientior? quis stultior? Bene ergo mones à Paulo: *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes.*

18 Vis verum agnoscere prudentem? vis verum stultum? audi duos: infestantem, & infestatum: retribuentem mala pro bonis, & reddentem bona pro malis. Audi Saulem persequentem bonum virum Dauid. Audi Dauid sustinentem malum virum Saulem.

Ps. 118. 98. Quid dicis à Dauid? *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in aeternum mihi est.* Quid dicis à Saul? *Apparet quod stulte egerim, & ignorauerim multa nimis.* Audis quomodo voces diuersas insonant? Dauid in spiritu prudentem se asserit: Saul doctus experientia, se stultum confitetur. Neque hoc solum; sed Dauid prudentem se factum dicit super inimicos suos: Saul laudat Dauid quod prudenter fecisset, se vero stultissimè. Sed vnde ista diuersitas: aperit vterque: primum dicamus: Dauid: Prudentem (inquit) me fecisti mandato tuo, tantam prudentiam non arrego industriae meae: tu Domine prudentem me fecisti, est enim haec prudentia descendens desursum: qua vero ratione tanta me decorasti prudentia? mandato tuo. Quod vero mandatum, num precepta multa? *Exurge* (canit alibi) *in precepto quod mandasti, & Synagoga populorum circumdabit te.* Quid petit his verbis Dauid? In altum regredere: *Dominus iudicat populos, Iudica me secundum innocentiam meam.* Tu (inquit) praecipisti, vt iniurias, ac persecutiones nostras tibi committamus, promittens quod tu ipse vltor existeres. Fecimus, sic fecimus quod iussisti. Tu igitur partem tuam ostende nobis, erige thronum tuum, te iudicem omnibus manifesta iudicans nos de gente non sancta. Quod cum viderint populi, nempe quod sis adiutor innocentum, conuenient ad te vndique, & laudabunt nomen tuum. Hoc pracepto tu me prudentem fecisti super inimicos meos, qui persequuntur me. Dum

veniam ego do, alius me defendit; dum sequor pacem, vitam apprehendo; video dies bonos, dum fero viros malos. Tu es protector meus, dum spero sub pennis tuis. Gallina congregat pullos suos sub alas, qui non sunt sub pennis eius, raptrui patent milui. Hi non sunt sub pennis eius, qui non congregati sunt, qui segregati sunt, qui non diligunt fratrem suum, qui odio habent inimicum suum. Congrega, congrega nos de nationibus vbi sumus dispersi, congrega in vnum, vt sit anima vna, & cor vnum, vt diligamus inuicem, vt non sint in nobis schismata, sed dicamus idem omnes, & nos mutuo diligamus. Tua haec doctrina est, tua gratia, tua prudentia, qua nos exornare dignaris, qua tu me prudentem fecisti super inimicos meos. In quo vero stultè egit Saul? fatetur ipse. *Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona; ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie, qua faceris mihi bona. Quomodo tradidit me Dominus in manum tuam: & non occideris me? Quis enim, cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona?* Sic primum dixit Saul. Sed secundo expertus Dauidis mansuetudinem, addidit: *Apparet quod stulte egerim, & ignorauerim multa nimis.* Dum persequeretur, dum tendebat insidias, dum coangustabat vndique, sibi prudens tamen esse videbatur & potens. At tandem victus à veritate Dei, & à patientia hominis suam stultitiam confitetur.

Putasne homo, frustra legem, dum iussit benefacere inimicis, calum meminisse bestiarum domesticarum? Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti. Si videris asinum odientis te facere sub onere? Quid phrasi tam rudi? Quid verbis tam simplicibus? Quid tam humili, abiectoque mandato praetendit lex? Heu in bestis inimici iussionem posuit altissimae dilectionis. Bestiam puta inimicum tuum, asinum arbitrare, qui te odit. Bouem cornu petam existima esse, qui te persequitur; quia comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quando vero boui & asino erranti? cum

D d 2 inquit

Psal. 39. 8. inquit lex, Asinum iacere sub onere. O errantes, ô imprudentes in populo, ô stulti aliquando sapite; odientes malum, adhaerentes bono. Bos errans est qui non recedit à malo, qui proximum suum sicut seipsum non diligit; qui putat in iniquitate, bonitatem & salutem reperire. Asinus onustus & iacens, qui pondere peccatorum pressus, malo se interimit, qui putat se proximum conculcare; Bestiam viuunt, qui te offendit, nam stultus est. Num & tu reddens malum pro malo similis efficieris illi?

Pro. 26. 4. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris similis.* Errans bos currit, in vanum laborat; iacet asinus onustus & æquè laborat. O for proximi si vadat, si stet, in laboribus est, in animi tristitia, in corporis molestia, & in peccatis est totus & in pœnis: prudentia enim stultorum errans est. Adite ergo vocem Domini: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Laborans bos agnoscat Dominum suum, & onustus asinus præsepe Domini sui. Venite ergo ad præsepe meum, & ego reficiam vos.* Venite & faciam vos homines, prudentiores hominum. Videte quòd ego sim solus, apud què solum possit inueniri requies animabus vestris. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde,* qui in cruce pendens oravi pro persequentibus & caluminantibus me; qua in oratione me Filiù declaravi Patris mei, qui in cœlis est. Idè enim dixit: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* Patrem rogavi, Patrem meum rogavi, qui hi sunt filij charissimi, qui ambulant in dilectione hac, qua diligitur inimicus. Dixi. Non enim sciunt quid faciunt, quia nescius est, imprudens est, ut iumentum factus est, qui fratrem suum odit. *Ergo venite ad me, qui erratis: accedite ad me, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur, sed erit vobis honor, & gloria, & nunc & in perpetuum. Amen.*

De operibus nostris. Quis debeat esse ipsorum scopus. De fructu ab ipsis manante. Omnia ista in tribus punctis Evangelij fundantur. Gloria mundana in operibus nostris & leuis & momentanea; honor verò Dei, & grauis & æternus.

VIRA hæc nostra, qua continuè ad mortem tendimus, sic in motu est semper, ut via sit magis, quàm domus; locus peregrinationis, quàm locus habitationis; & hoc necdum propter ipsam corruptibilitatem, qua in terram imus, unde sumpti sumus, verum etiam propter infirmitatem & instabilitatem, propter quam homo semper aliquid facit, & erga aliquid affectu suo mouetur, iuxta quod varias perambulamus vias. Et quoniam (ut ait Salomon.) Aliquorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum: prudentia, eaque cœlesti opus habemus, quæ nos per iter rectum ducat ad terminum desiderabilem. Vnde idem Salomon dicebat ibidem: *Prudentia seruabit te, ut eruaris à via mala.* Propterea Deus quoque quando eduxit Abraham de Vr Chaldæorum, non quò duceret significauit, sed dixit ei: *Veni in terram, quam monstrabo tibi.* Ne forte illius intentio à recto declinaret, vel locum culpans, vel illum plus iustè appetens, sed totus esset in manu Domini, nihil præterea quærens, quàm diuinam voluntatem. Eisi fortè non ipse desisteret, Thare pater eius, qui non erat amicus Dei, desisteret ab itinere recto, cuius gratia annos multos substitit in via, Dom'no forsitan expectante eius mortem, antequam amico Abraham determinatum locum demonstraret. Tanti est dirigere intentionem in operibus nostris etiam bonis. En cur Dominus & legislator noster promulgans Euangelium hanc potissimum afferit doctrinam. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis, &c.*

FERIA V. DOMINICÆ
DE SAMARITANA.
CONCIO PRIMA.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. *Mat.* 6.

2. Quoniam in opere duo potissimum attendenda sunt, ipsius substantia siue essentia, & illius finis: quia omne per se agens, agit propter finem. Propter hoc Evangelica lex, quæ docet operari congruè, hæc duo potissimum hominibus demonstravit. Operis excellentiâ proposuit Dominus & proposuit; quia suam legem super legem Moyli extulit, ostendens in sua dari perfectiora præcepta. Ideo frequens dicebat: *Audistis quia dictum est antiquis. Ego autem dico vobis.* Rectam deinde intentionem docuit, dum sic loqui aggressus est. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Lex quidem vtrumque proponebat, & bonum opus, & bonum finem; sed in medulla erat perfectio, in cortice imperfectio. De operibus iam videtur, quomodo exterius præcepta deficiebant ab Evangelica perfectione. De intentione rursus apparet, quod omnia in Dei honorè essent dirigenda; attamen temporales aut prosperitates, aut aduersitates pro retributione communiter proponebantur. Hinc iussu Dei, completo itinere per desertum, ingressuris in terram promissionis, pronuntiantur benedictiones his designatæ, qui legem audierint & obseruauerint. Maledictiones verò his, qui legem posthabuerint, & non impleuerint Domini voluntatem, in quibus temporalia & bona & mala proponuntur. Quod ut solemniter ageretur, duos constituit montes Garizim, & Hebal, in quorum vno benedictiones, in altero autem maledictiones proclamarentur. Quia & Tribus distinct, quarum sex benediceret, sex verò maledicerent, totus autem populus ad vtraque responderet. Amen. At in Evangelio proposta est cælestis beatitudo, & regnū cælorū, ut merces propria huic legi, contra verò pœna & æterna transgressoribus intentata est. Ibi etiam maledictiones ante benedictiones pronuntiabantur: at nobis præ omnibus cælestis promittitur beatitudo, ad quam ut ad proprium Evangelij finem nostra dirigatur intentio. Ideo Dominus apertè promulgat: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus,*

alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cælis est. Quæ verò merces nisi cælestis habetur apud Patrem nostrum, qui in cælis est? propterea superius dixerat: *Nisi abundauerit iustitia vestra, non intrabitis in regnum cælorum.* Cælestem igitur mercedem nos spectare vult Dominus, cuius amore accensū rectè operemur.

Matth. 5. 20.

Vbi tria potissimum consideranda proponit. Subiectum, quod intentione recta debet dirigi, nempe opus. Secundum, scopus ad què opus ipsam dirigendū est. Tertium est fructus inde procedēs. De primo dicit Dominus: *Ne iustitiā vestrā faciatis.* De secundò *Coram hominibus, ut videamini ab eis.* De tertio. *Alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum.* Nec contentus regula ista generali, ad specialia documenta descendit, tria in primis exprimens opera, in quibus rectitudo ista intentionis obseruari necesse est, nempe eleemosyna, oratio, & ieiuniū, in quibus quid in cæteris omnibus faciendum sit, clarissimè edocemur. Hodie autem eleemosyna exprimitur, quæ est ipsum opus subiectū, cuius intentio dirigitur dum dicitur *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.* Mercedem verò ostendit dicens: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.*

Diuiso.

Horum igitur primum attendentes notamus intentionem dirigi debere in operibus iustis, quæ Dominus iustitiam vocat, non autem in operibus peccatorum. Cuius rei ratio ista est prima, Proposuit Evangelicam iustitiam, opera videlicet perfectæ, quæ iubet Evangelij, nunc modum illorum exequendorum docet, qui potissimum finis circumstantiâ continet, idè iustitiā regulat. Non enim satis est rem iustam facere, nisi & iustè fiat. Substantia omnis creata, sua habet accidentia: sic habent & actiones humanæ suas dispositiones. Ut sit perfectæ substantia, etiam in accidentarijs dispositionibus suam conuenit habere perfectionem. Nō vinum quodq; apponebatur in conuiuio Assueti, sed præciquum & optimum.

Esph. 1. 7.

Exod. 12. 5. Non agnus quisq; offerebatur in sacrificio Domini, sed agnus anniculus immaculatus. Panes in mensa Domini apponabantur calidi, oleum in lucernis purissimum. Vestes sacerdotales & sacra exigebantur in ministerio sacerdotali. Ita actiones adhibebantur bene factae, ut in oratione leuarentur manus purae, mente deuota fierent oblationes, thorus immaculatus, sic & huiusmodi. Propterea ergo post edocendam iustitiam, addit modum illius faciendae. Secunda ratio est, quia quae per se mala sunt, bonum modum habere non possunt. Ideo illis explosis profus & repudiatis, nullus rectus modus potest adhiberi. Periuria, blasphemia, inobedientia, sacrilegium nulla ratione aut modo possunt bene fieri. Ad quid igitur, docere, qualiter sint faciendae, cum nullatenus sint faciendae? In his, quae per se mala sunt, bona non potest intentio reperiri: sed quae per se bona sunt, etiam male fieri possunt. Nam & oratio aliqua sit in peccatum: & ieiunium aliquando suo aspectu Dominus non dignatur. Et coniugium sine timore Domini contrahitur aliquando. Regulantur ergo recto fine opera de uinatura bona. Propterea Dominus ait: *Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus;* id est, ne bonum male faciatis. Hinc colligitur, recte ab Apostolo explosi atque damnari sententiam aut persuasionem illam: *Faciamus mala, ut ueniant bona;* & magnus hominum error aperitur, putantium licite posse peierare etiam in iudicio pro salute hominum impiorum, vel quacumq; ex causa. Unde & coqueretur *Malac. 1. 7.* Dominus quod offerret super altare suum panem pollutum.
 4. Quae ut apertius ostendantur, ponamus hanc in res opera distinctionem. Quaedam enim de suo genere bona sunt, cuiusmodi est eleemosyna, de qua loquitur hodierna lectio. Quaedam sunt de suo genere mala, quae lege diuina prohibentur, de quibus in praecedentibus dicebat Dominus.
Matt. 5. 21. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Non mactaberis. Non periurabis. Quaedam sunt indifferentia, ut manducare & bibere. Quae de se mala sunt,

sic semper mala sunt, ut bene nequaquam fieri possint, nec in bona conuertri. Cum enim essentialiter mala sint, stante illorum essentia ad bonitatem transire non possunt. Si enim bona fierent, eorum essentia destrueretur: atque ita iam non essent opera illa, quae prius erant. Ita ergo per quascunq; bonas circumstantias, & rectam intentionem nunquam recte fieri possunt. De his ergo non est hic sermo Domini: Quae indifferentia sunt, bene possunt & male fieri, ut vel bona sint, vel mala iuxta conditiones, quibus facta sunt. Ut male comedit Adam de ligno scientiae boni & mali, & bene de alijs lignis comidisset. Ita ut abstrahunt a bonitate & malitia, & ut in suo genere considerantur, cum indifferentia sint, sub nomine iustitiae non comprehenduntur, & propterea neque de his est sermo iste Domini. Cum itaque iustitiam appellet, de his perspicuum est ipsum loqui, quae ob bonitatem naturae suae possunt iustitia dici & esse. Quando uero monet, ut sic fiant, quod earum merces non euacuetur, innuit manifeste ea & bene fieri posse & male, ac propterea & bona esse & mala. Haec ut uere bona sint dignaque caelesti mercede, circumstantias bonas omnes quae ad ea requiruntur, habeant necesse est; nam si quae illarum necessariorum desint, inde perfecta non erunt, ut uere bona possint dici. Et puto quod propterea Moyses dans praecipula populo, uerba multiplicabat, quibus illorum obseruatio exprimebatur, dicens: *Diligas Dominum Deum tuum, & ambules in uis eius, & custodias mandata illius, & caeremonias atq; iudicium;* & alia huiusmodi. Cum autem ex defectu cuiuscunq; circumstantiae, possint bona ista opera in mala conuertri, ad duo capita reducimus istos defectus. Nempe ad defectum rectae intentionis, & ad defectum aliarum circumstantiarum, quaecunq; illae sint: Vetroque enim modo iustitia, id est, opus de suo genere bonum, potest sua mercede priuari. Puta, si eleemosyna habeat requisitas omnes circumstantias, praeter finem rectum, non habebit mercedem in caelis. Et de hoc

defectu propriè loquitur hic Dominus. Possunt vero & alia circumstantia deesse, puta si non seruato loco, vel tempore fiat, si ex furto, aut male acquisito detur, si fiat
Eccl. 12. 6. contra præcepta sapientis, qui dicit: *Bene- fac humili, & non dederis impio, prohibe pa- nes illi dari*
 Bona ista sic male facta, atque ideo vere mala, erant iam in lege damnata, vt neces- se non fuerit Domino speciali ea crimina- tione culpæ. Hæc enim erat Iudæorum iniquitas, qui male facientes cum Deo cõ- tendere volebant: quasi gens quæ iustitiã fecisset, & iudiciũ Dei sui non dereliquis- set. Ideo Deus arguit eorum peccata. Et iubet Prophetæ: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ.* Me etenim de die in diem querunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iusti- tiam fecerit, & iudiciũ Dei sui non dereli- querit. Rogant me iudicia iustitiæ, & ap- propinquare Deo volunt. Hoc maxime Deum offendit. Ideo & Pharisæi, tempore Christi maxime Deo displicebant, qui cũ essent auari, superbi, & legis transgressores, vellent nihilominus in pretio haberi, quasi gens, quæ iustitiã fecisset. Vnde & Do- minus dixit ad quosdam, qui in se confide- bant, tanquam iusti, id quod legimus in Luca de Pharisæo & Publicano. Et gene- raliter aliquando dixit eis: *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Et o- lim insultationi illi: *Quare ieiunauimus, & non aspersisti? humiliuimus animas no- stras, & nescisti?* Respondit Deus: *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis & percussitis pugno impiè.* Vides malitiam horum operũ ex defectu esse circumstantiarum, quæ, vt bona essent, prorsus erant necessariæ. Num inter nos non sunt peiores? qui nutriunt o- dia, qui alienum vsurpant, qui versantur in volutabro luti, & inquinamento, qui su- pergrediuntur & circumueniunt in nego- tio fratrem suũ, vt decipiant ipsum, de va- nitate in idipsum, qui vana loquũtur vni- quisq; in proximo suo. Hi profecto non sentiunt de Domino in bonitate, arbitran-

tes quod sit eorum similis, sustinens illos in multa patientia, si forte relipiscant, & re- uertant ad Dominum. Quorum via per- uersa sunt, & infames gressus eorum. Hinc & Salomon: *Hosia impiorum abominabi- les, quia offeruntur ex scelere.* Hinc & alius Sapiens: *Immolantur ex iniquo, oblatio est maculata.* Et nõ sunt beneplacitæ subsan- nationes iniustorum, loquuntur sapientes de iis, qui ex eo q̄ proximo surripuerant, Deo offerebant victimas, quas ideo vocat abominabiles, & irrisiones, quasi, qui hu- iusmodi offert, Deũ irideat & subannet. Vnde exaggerans Sapiens subdit: *Qui of- fert sacrificium ex substantia pauperũ, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Victimare, id est sacrificare, opus bonum est de genere suo, quia à Deo institutũ est. Sed quale bonum, immolare Deo filium in conspectu patris sui? Quanta crudelitas occidere filium in oculis patris, & præten- dere tamen iustitiã & sanctitatem, quasi hoc sit sacrificium Deo gratũ? Dupliciter itaq; hoc modo malefaciunt homines: Al- tero, quod putant ex bonis quibusdam o- peribus iustificari, cum sint onerati pecca- tis, quibus impii sunt & Deo odibiles: Al- tero quod & ipsa, quæ videntur bona, ipso- rum opera, scelera sunt, abominaciones, irrisiones. Huiusmodi eorum sunt, qui im- mundi accedunt ad sacrum; qui alienum retinentes audent Eucharistiã lumere; qui viuentes in cubilibus, & immunditiis au- dent sanctum tangere; qui in contentio- ne, in æmulatione, in mala voluntate accedunt ad altare Dei; qui sacrilegas faciunt confessiones, mentientes Spiri- tui Sancto; qui huiusmodi sacris actio- nibus scelera moliuntur, facientes do- mum D E I speluncam latronum: hu- iusmodi sceleribus tam immanibus, tam horrendis, quid atinet modum adhi- bere?

Pater ergo ex his, quænam sint opera il- la, quæ Dominus intendit per rectam in- tentionem regulare: Illa videlicet, quæ sic sunt bona in se, vt si adsit recta intẽtio, per- fecte bona sint; & si sola illa adsit, mala sint. Quod etiam docet Paulus scribẽs in hunc modum ad Philipenses: *Quidam qui-*

Proh. 2. 17.

Proh. 21.

27.

Eccl. 34. 23

Ecc. 34. 24

6

Phil. 15.
dem

dem & propter inuidiam & contentio-
nem: Quidam autem & propter bonam
voluntatem Christum prædicant: Qui-
dam ex charitate, scientes quoniam in de-
fensionem Euangelii positus sum: Qui-
dam autem ex contentione Christum an-
nuntiant, non sincerè, existimantes præ-
fura se suscitare vinculis meis. Quid e-
nim? Dum omni modo siue per occasio-
nem, siue per veritatem Christus annun-
tiatur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.
Hæc Paulus. Bonum opus erat prædicatio
Euangelii, opus (inquam) iustum à Deo.
Poterat hoc fieri recta intentione, nempe,
vt audientes crederent & salui fieret, Chri-
stusque cognosceretur, & glorificaretur.
Aliqui tamen prædicabant, vt contra Pau-
lum iam vinculum persecutionem excita-
rent, qui erat dux verbi: Quamto enim magis
vigeret prædicatio, eò magis infideles
contra illum insurgerent; & contra Pau-
lum, qui iam propter illum in vincula cõ-
iectus erat, magis accenderentur, peiusque
tractarent. Tanto tamen ardebat Paulus
desiderio, vt nomen Christi propalaretur,
quod dum hoc fieret, non multum pende-
ret, qua id fieret intentione. Sic euenit in
Ecclesia Dei, vt multa bona opera fiant et-
iam intentione non recta, vt in eleëmofy-
nis erogandis, in pijs operibus erigendis, in
Ecclesijs frequentandis, in iustitia admini-
stranda, & in ipso quoque Euangelizan-
do verbo Dei, quæ tamen omnia sunt alijs
vtilia. Quo modo Gabaonitæ non credebant,
& seruiebant tamen populo in cultu
Dei, ligna & aquam deferentes ad templũ.
Immo & templum à quodam Hiram, vt
videtur, infideli ædificatum est: & serui
Regis Hiram qui erant pagani, cedebant
ligna, & deponebant in ratibus, vt ædifica-
tioni templi Salomonis inferirent. Ho-
rum hominum greges, inueniuntur in-
gentes in populo Christiano, quorum o-
pus, vt ipsis inane est, cæteris non modi-
cum præstat emolumentum. Nam & as-
nus portauit Christum in Hierusalem; &
per daemones manifestata est virtus Chri-
sti; & ministerium Iudæ, qui loculos ha-
bebat, & parabat ea quæ necessaria erant,
& egenis aliquid dabat ex præcepto Do-

Ios. 9 23.

2. Paral. 2.

23.

3. Reg. 5 10

Matt. 21. 7

Luc. 4 33.

41.

Ioan. 12 28

mini, non fuit inane, immò vtile & neces-
sarium. Sed quid prodest huiusmodi ho-
minibus, vt quod exire ab eis, bonum sit;
quod manet in eis, malum sit? His certè
compatiendum est, quod inuulter libita-
borent, sumptus inanes dispendant, &
quasi saxa fortia portent in domum Do-
mini, ipsi tamen in imo profundi, nullam
inde percipientes vtilitatem.

Demonstrato subiecto opere, quod re-
gulandum est, de ipsa nunc intentione re-
gulante agamus. De qua tria: Quæ videli-
cet sit recta intentio: Et quod vna tantũ:
Eaque necessaria. Quod distorta inten-
tiones plures sint; & quare vnam solam
Dominus criminatur. De primo. Recta
intentio, eaque sola & necessaria est, qua
in iustitia faciendâ, Dei gloriam principa-
liter spectamus. Rogabat quidem Iosue
Deum benignum se præstare populo, vt
non caderet ante hostes suos, quod erati-
psi populo in salutem, sed eandem quoque
salutem ad ipsius saluantis Dei gloria di-
rigebat, dicens: *Mi Domine Deus, quid di-
cam, vidēs Israelem hostibus suis terga ver-
tentem? Audiens Chananaei, & omnes ha-
bitatores terra, & pariter conglobati circum-
dabunt nos, atque delebunt nomen nostrum
de terra: Et quid facies nomini tuo magno?*
Ira nos quoque quidquid facimus, ad Dei
gloriam referre debemus. Cuius ratio est,
quod cum bonum & finis conuertantur,
summum bonum debet esse supremus fi-
nis. Illud autem Deus est: ergo finis vlti-
mus, ad quem omnia dirigenda sunt, Deus
est. Hinc Salomon: *Sentite de Domino in Sap. 1. 1.*
*bonitate, & in simplicitate cordis querite il-
lum.* Id est bene sentire de Domino, bona
sit existimatio vestra de Domino, quod
tunc tantum fit, quando Deum ipsum de-
putamus summum bonum; quam Dei co-
gnitionem sequitur simplex questio cor-
dis; Est enim simplex cor in Deo quæren-
do, quando solus ipse Deus quæritur, non
aliud cum illo, & torum cor non diuisum
erga Deum ipsum conuertitur, illum super
omnia appetens & quærens. Id quod ab eo
fit, qui actiones suas omnes in illum diri-
git, quærens in omnibus Deum glorifica-
re, Deo placere, ipsumque summum bonum
mereri.

mereri. Hoc ut à nobis fiat summopere contendendum est: neq; enim frustra dicit Dominus: *Attendite*. Summā enim attentione studendum est, ut recta sit in omnibus actionibus atq; appetentiis intentio nostra.

8 Atque idē omnibus inuigilandum, ne
 Cant. 2. 15. etiā vulpes paruulæ vineas nostras demoliantur, & ne muscæ morientes perdāt suauitatem vnguenti. Quod est, quando obliquæ intentiones se cogitationibus nostris ita inserunt, ut vel non videantur, vel non pendantur aut curentur à nobis. O quis latruncolorum istorū euadet infidias? Proinde Dominus admonet nos verbo isto: *Attendite*. Furtim venit, surripit anguis ille latens in herba operas viridantes. *Prauum est cor omnium, & in scrutabile: Quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes.* Cor omnium ex sui natura prauum est, varios habet sinus, abditos recessus, latentes intentiones, ut ne quidem sibi ipsi pateat. Solus Deus profundū penetrat abyssi, & secreta scrutatur vniuersa. Prava affectiones excaecant oculos etiam prudentium. Vnde est enim, q̄ munerā exteriora tantam habent vim, ut prudentium oculos prouent lumine prudentiæ, nisi quia oblectant cor, & inclinant ad amandū & ad fauendum iis, qui munera obtulerunt? Sed omnes sunt se ipsos amātes, voluptatum amatores, carnem nutrientes, quæ sua sunt quærentes: & in hoc cæci sunt, declinantes in obliquitates, ponentes etiam dulce in amarum, & amarum in dulce. Amor enim humor est, qui si impurus sit, afficit palatum & inficit, ut non recte sentiat, ut non videat oculis, nec auribus audiat, neq; corde intelligat, quæ sunt abscondita cordis. Ergo, *Attendite vobis.*

9 Paulus plenus sapientiā attendens cordis omnium prauitatem, nō audeat de corde suo ferre sententiam. Sed neque (inquit) *me ipsum iudico. Qui autē iudicat me Dominus est, Qui & illuminabit abscondita renebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Quo consilio quæ intentione quis quid fecerit, tunc apparebit manifeste. Lucernæ Tabernaculi erant ad partem austrālē eōtra meridiem, ut noueris splendorem etiā
 Tom. I. Bellintani.

meridianum non sufficere ad illuminationem mentis. In splendoribus sanctorum, in luce splendida, quæ intra sancta iugiter rutilabat, iudicium cordis nostri incundū est, si veri luminis compotes esse volumus.

In lege Domini meditandum est: Nam consilium meum iustificationes tua. Inquit Propheta. Hoc concilio ducti non errabimus in scrutandis consiliis cordis nostri. *Visus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Iste solus discernit cogitationes & intentiones cordis: pertingit enim usq; ad diuisionē animæ, & spiritus.* Discernens, videlicet, quæ ab anima procedunt, vbi in actione corpori coniuncta, & corporalia & sensibilia sapit: quæ rursus à spiritu prodeunt, qui carni operando non est concretus, sed discretus per vim potentia suæ, quæ sine organis corporis operatur. Et idēo facilius cœlestia contemplantur, & sequitur legem mentis aduerariam legi membrorum. Videt ergo quæ à carne suggeruntur, & declinant à mandatis Dei; videt quæ spiritus concupiscit secundum legem Dei: & hoc pacto discretor est cogitationum & intentionum cordis; & iudicium eius iustum est. Propterea Sapiens: *Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientiā in ore fidelis complanabitur.* Perfectio legis nullā admittit mendacium, nullum falsum iudicium, recte indicat, verum docet, operum aperit, secretarimatur, verrens & conuertens animas, ut nihil opertum sit, q̄ non reueletur, neq; absconditum, quod nō sciatur. Ex quo sequitur quod edoctus in lege & verax, plenam faciat claritatem; sapientiā, videlicet, ut qui secundum legē iudicat de occultis, veram aperiat viam prudentiæ, factus pōderator spirituum, & scrutator cordis: & ita nullum ibi sit mendacium. Hic est modus discernendi abditas cordis intentiones. Quem modum, quia mundani non tenēt, sibi ipsis occulti sunt, se ipsos nesciunt, neq; qua incedant via, probe norunt. O igitur quam salubre, necessariumq; præceptum! *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.*

Nunc ad secundum accedamus, videlicet.

Pf. 118. 24.

Heb. 4. 12.

Ecc. 34. 8.

cet, quod qui à recto recedit itinere, mul-
 tipliciter errare potest. Errat (inquit Salo-
 mon) qui operantur malum: misericordia,
 & veritas preparant bona. Recta linea, vna
 est; obliqua, infinita. Qui à via recta de-
 clinat, potest ad finitram diuertere & ad
 dexteram, idque variis atque infinitis. Sola
 virtus recta est, ipsaque rectitudo; quam
 virtutem sapiens per misericordiam intelli-
 git & veritatem: quod est in Scripturis
 frequens: Nam quod per veritatem, vera
 virtus intelligitur, habetur à Ioanne scri-
 bente: *Maiores horum non habeo gratiam,
 quam ut audiam filios meos ambulantes in
 veritate.* De misericordia sic declaratur:
Ruth 3. 10. Booz dixit ad Ruth: *Benedicta es à Domino
 filia, & priorem misericordiam posteriore su-
 perasti.* Priorem misericordiam sic antea i-
Ruth 2. 11. dem Booz explicauerat. Nuntiata sunt mi-
 hi omnia, quae feceris forui tue post mor-
 tem viri tui; & quod reliqueris parentes
 tuos, & terram, in qua nata es, & ueneris ad
Ruth 3. 10. populū, quem antea nesciebas. Posteriore
 vero nunc tangit dicens: Quia nō es secu-
 ra iuuenes pauperes siue diuites. Hoc di-
 cit; quia illum, cum esset senex, iussit à fo-
 cru, requisit iure propinquitatis in mari-
 tum. Ecce quod per misericordiam intelli-
 git virtutem & iustitiam illius. Vnde mox
 subdit: Scit enim omnis populus mulierē
 te esse virtutis. Vnde & misericordia acci-
 pitur pro sanctitate, vt in Psalmo, vbi
Psal 4. 4. nos dicimus: *Mirificauit Dominus sanctum
 suum:* Hebraea habet misericordem. Vbi
 verò simul coniunguntur misericordia &
 veritas, multo magis omnem exprimunt
 iustitiam & sanctitatem. Virtus ergo prae-
 parat bona, qui facit rectos corde, & diri-
 git pedes eorum in viam pacis & felicitatis.
Pro. 14. 22. Ergo erant qui operantur malum, pe-
 reutes de via recta, & per obliuationes
 ad interitum incedentes. Et hoc per varios
 casus, atq; per tot discrimina rerum, vt vix
 errores istos possimus dinumerare; pluri-
 ma enim sunt peruersae viae, innumerabi-
 les errorum semitae: Sicut alius trahitur à
 voluptate, alius à potestate, alius à vanita-
 te, alius à diuitiis, alius ab honoribus, ali-
 us à fauoribus, & haec sic inordinate con-
 cupita adeo sunt inter se perplexa, vt vnū

ad aliud, aliud praeterea etiam ad aliud or-
 dinetur, vel potius deordinetur. Ille diui-
 tias appetit, vt honores per illas consequatur,
 commoda, voluptates, & huiusmodi.
 Hic verò honores prosequitur, vt inde di-
 tior fiat. Quapropter merito de Leuiathan
 scriptum sit, quod nerui testiculorum eius
 perplexi sunt. Vbi appetitus regnat, & libi-
 do, qua quodlibet concupiscitur, ibi per-
 plexitas neruorum est, inter se varias col-
 ligantium appetitiones. At Dominus, vnā
 tantum tenuit inordinationem, per quam
 ceteras quoq; omnes intelligi voluit, quae
 potissimum opera Phariseorum contami-
 nabat, qui gloriam quaeiebant ab homini-
 bus. Ideo ait: *Ne iustitiam vestram faciatis
 coram hominibus, vt videamini ab eis.*

Quare autem hanc culpauerit in primis,
 quod erat tertium videndum, haec videntur
 fuisse rationes. Primū, quod in hac potissi-
 mum Pharisei arguendi essent ac Scribae,
 qui omnia opera sua faciebant, vt videren-
 tur ab hominibus, quos propterea Domi-
 nus arguens subinde clamabat: *Va vobis Scri-
 ba & Pharisei, hypocritae.* Et eminentiorem
 declaraturus legem suam, quam veterem,
 ita exorsus est: *Nisi abūdauerit iustitia ves-
 stra plus quam Scribarum & Phariseorum,
 non intrabitis in regnum colorum.* Quo nō
 simpliciter legem illam culpate, aut illi de-
 trahere videretur, sed ea ratione, qua a Pha-
 riseis verbo doceretur, & facto exprime-
 retur. Et idcirco caute dixit continuē: *Au-
 distis quia dictum est antiquis;* minime autē
 dixit. Lex Moysi sic vel sic praecipbat. Vt
 notet ergo cum maxime Phariseorum vi-
 tia, qui vel legem interpretabantur, vel vt
 illius obseruatores se iactabāt, eam in pri-
 mis fugillat intentionem eorum, qua ho-
 minibus quaeiebant placere. Alia ratio ea-
 que potior est, quod recta intentio ea sola
 cum sit, qua in operibus nostris solistude-
 mus Deo placere, inter obliquas illa ma-
 xime arguenda erat & arcenda, qua dire-
 ctē ex opposito homo ipse sibi studet pla-
 cere gloriam propriam quarens, qua soli
 Deo debetur.

Quapropter haec gloriae appetitio pugna
 videtur aggredi contra Deum; veluti cum
 Rege illo superbiae, dicens: *Conscendam
 in cor-*

in cœlum. Et vide si non hoc est, quod de
gigantibus illis primis post diluuium scri-
ptū est. Et dixerunt. Venite, faciamus no-
bis ciuitatem, & turrim, cuius culmen per-
tingat ad cœlum, & celebremus nomē no-
strum. Vides gloriosos ad cœlum tenta-
tes ascendere? Non mirum ergo, si Deus ab
hoc nefario opere linguarum confusione
illos compefcuit, vt qui contra Deum pu-
gnare conabantur, à Deo ita confunderen-
tur, vt quæ sita ab illis gloria esset in confu-
sione ipsorum. Et idcirco inquit vocarum
est nomen loci eius Babel, id est confusio.
Merito ergo Dominus etiā in Euangelio
contra huiusmodi gloriosos. Vult & hoc
pacto Dominus (hæc sit tertia ratio) ad ra-
dicem arboris securim ponere, vbi origo
est & iustitiæ, tum veræ tū falsæ, in demq;
iniustitiæ. Nostri ipsorum naturæ sic com-
parata est, vt in penetralibus nostris atq; in
profundiori interno cordis nostri ignicu-
lus quidam sit sub lucem ardens, quo
tameñ subobscure lucem intuemur vir-
tutis ac veritatis, atque ad eam colendam
propensione quadam naturali inclinamur
& excitamur. Quoniā verò gloriosa quæ-
dam res est atq; honorabilis, virtus; hone-
stumq; vere bonum quod sit necesse est, &
inde est, quod virtutem naturaliter cum
appetamus, gloriam omnes consequenter
naturæ ductu requiramus. Atq; inde est, qd
virtus ab omnibus communiter, vbi se nō
immiscet carnis concupiscentiæ & naturæ
corruptio, probatur, laudatur, & expetit.
Licetumque apud mundi Sapientes est ha-
bitum, gloriam querere: nescientes enim
æternam, temporalem prosequantur.

Et inter virtutem & gloriam, hæc est,
quoad rationem, illas appetendi differen-
tia, quod virtutis splendor cum in aliis e-
mitat clarus, qd nulla nostra praua cupidi-
tas in aliis adsit, neq; virtus aliena nobis et
secundum carnem officiat, propterea in a-
liis illam semper commendamus, eosque,
qui illa sint præditi, & amore prosequimur
& honore. Honor verò quasi nos tangit,
nosq; clarificat. In illius concupiscentia
ita sumus, vt illum libentius trahamus ad
nos, neque in nobis ipsis ita fugimus vitio
corrupti, quam de decore deturpari. Hæc

nobis à Salomone sapientissimo illo sunt
manifesta. Ecce communis amor virtutis.
Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eum Pro. 1. 24.
populi, & detestabuntur eos Tribus. Qui ar-
guunt eum, laudabuntur, & super ipsos ve-
niet benedictio: Vnde est quod populis cō-
muniter laus impiorum displiceat, argui-
tio verò si placeat, vt arguentes laudent &
benedicant, benedicentes autem maledi-
cant & detestentur, quia vitii naturaliter
ab omnibus improbat, probatur autem
virtus. Iam verò de honore notum est om-
nibus, quod gloriam concupiscimus vni-
uersi, quo propterea proposito præmio ad
virtutem vndique animamur. Hinc Salo-
mon, vbi aggreditur homines ad virtutem
& sapientiam accendere, sic hortatur: Au-
di fili mi disciplinam patris tui, & ne dimi-
tas legem matris tue, vt addatur gratia ca-
piti tuo & torques collo tuo. Patrem & ma-
trẽ inducit hortantes, à quibus filii vt
naturam acceperunt, nisi bonum minimè
possunt expectare. Duo autem bona ma-
nifestè spondit gratiam videlicet & glo-
riam; ac si dicat: Carus eris hominibus;
hæc est gratia capitis: Et apud illos glorio-
sus, hæc torques colli. Hinc Matathias ad
filios. Viriliter agite in lege, quia in ipsa
gloriosi eritis. Et sapientia frequenter dile-
ctoribus suis, atq; cultoribus gloriā repro-
mittit. Rursus Salomon gloriæ amissione,
quasi stimulo pungens incitat ad virtutem.
Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua,
ne exprobrabilis fias. At si dicat. Gratiam
hominum, & illorum amicitiam tibi com-
para & retine, quod virtute consequimur,
alioqui eris sine honore opprobriis affe-
ctus. Hinc est quoque, quod sine culpa
iudicatur vir, qui spiritu zelotypiæ concitatus,
scire voluerit de vxore, an fuerit
adultera, adducens ad templum & faci-
ens quæ hac in re præcipiuntur. Tameñ
in huiusmodi inuestigatione, quæ pecca-
uerit, moreretur. Et quod in seclere alio
nullo minimè constituta esset huiusmodi
inuestigatio, in qua seclerus moreretur,
sed in hoc tantum, quod est adulterium,
ostendit Deus, maximum crimen esse,
quo deturpatur homo & dehonestatur,
gloriaq; sua priuatur; Mulier enim inquit

1. Cor. II. 7. Apostolus gloria viri est. Qua propter gloria si in confusionem conuertatur; damnū grande nimis incurrit homo; & tam grande, vt etiam si occultum sit scelus, nec testibus argui possit, Deus se illius exhibeat detectorem pariter & vltorem. Ad remigitur reuertentes: est hypocrisis origo, quando gloria verē ex virtute oriatur, hanc potissimum, quæ virtuti tribuitur, appetit, qui gloriosus apparere desiderat. Hancque venatur diligentius virtutem prætexens apud homines. Quia in re duo sibi parat emolumenta. Alterum est potior gloria, alterū maior illius certitudo. Amplior quidem gloria, quoniam ex virtute nascens, est maior certitudo propter communem animi cōceptionem, quod honore digna sit virtus. Huc ergo spectauit Dominus in hac doctrina, vt fontem putificaret, ex quo hypocrisis fluxus emanat atque inordinata gloriæ appetentia. Facile namque vbi nostrarum affectionum fons ab ea, quæ recondita est magis virtutisque proxima, eiusque velamine circumamicta, mundatus fuerit, alia quoque inordinationes auferentur ex animo, & quominus in illum ingrediantur, statuetur obex: cupit enim Dominus & curat, vt omnia munda sint nobis, & propterea immunditiarum scaturiginem nobis intercludit.

13. Quarta igitur sit ratio quam obtem distortam hanc maxime intentionem in medium explodendam protulerit, quod hæc multorum maiorū sit causa. Etenim vt diximus contra Deum pugnat, illiusque maxime honori detrahit. Vbi homo se cōstituit alterū Deum, vt ferē dicat sicut superbie Rex: *Similis ero Altissimo*. Altissimo (inquit) non Deo, nō Omnipotenti, aut Sapienti, sed Altissimo. Quare Altissimus? quia sumus, cui si quis æqualem se faciat, rapinam cōmittit. Ad sumum omnia tanquam in finem vltimum referuntur. Ergo qui se finem præstituit, ad cuius gloriam, quæ facit, referantur, nonne iste similem se, quantum in ipsa est, facit Altissimo? Et quæ Dei potest esse maior iniuria? *Ne gloriosus* (inquit Salomon) *appareas coram Rege, & in loco magnatorum ne steteris*. Et audebit superbia tua te Altissimo æquiparare non in

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

loco magnatorum, sed in cathedra Dei sedere: quin & ipsum deponere potentem de sede, vt illius tu solium gloriæ teneas? Arguat te malitia tua, quæ tam est aperta, vt ab omnibus merito exprobretur, vt necesse non videatur illam nos verbis amplius probro dare. Et quando ad virtutem proximè accedit concupiscētia ista, veluti petens ad dexteram illius sinistramque sedere, eo quod virtuti gloria sit cōiuncta, perspicuum est & consequens, in capite illam aliarum affectionem esse constitutam; nam simul ac recesseris à virtute, in hanc illicō incidis, à qua deinde continuato gradu procedas ad alias. Ergo ad reliqua multa declinamus mala, vbi regnat ista tam peruersa libido. Et veritatis testimoniū. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis?* Qui laborant, vt ab hominibus honorificentur, hi certè ab humilitate longè absunt: At humilem spiritu suscipit gloria, quæ à solo Deo est. Hic ergo, qui humilitatem abiiciens ab hominibus gloriam studet recipere; de his est, qui gloriā ab inuicē accipiunt, & gloriā non querunt, quæ à solo Deo est. His vero aditus ad fidē interclusus cum sit. *Quomodo enim (inquit) vos potestis credere? nullatenus erit virtutum accessus, vbi omnium erit vitiorum ingressus, vt profecto radix omnium malorum sit ista cupiditas.* Merito itaque Christus in lege sua condenda eam ablegat à suis singulariter. Tertium tantē illius malitiæ argumentū sit, quod quæ omnium maxime cara sunt Deo, hæc aliis à Deo, in illius contemptū tribuntur. Iustitiæ porro opera ista sunt, quæ Deo auctore, & institutore comparantur, elemosyna, ieiunium, oratio, cetera que huiusmodi opera, quæ Christus iustitiam vocat, Dei lege prescripta sunt atque præcepta. *Qui vero in his querit gloriam propriam, à Deo illa manifeste auferit, alitque offert, nempe vel sibi vel hominibus.* Et hoc quam graue scelus? *Qua in re, quæso, Deo similis est homo, nisi in virtute & iustitia? Ergo iustitia Dei similitudo est, qua homo ad similitudinem Dei factus filius est Dei; hanc si tollas, hominem, qua ratione filius Dei est, intermis*

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

1. Cor. II. 7.

terimis. Hac Deum priuas, qua nihil illi ca-
 rius. Quia ablata, iam homo non est homo
 Dei. Heu quantum scelus! Culpat Deus,
 quod de populo suo quidam immolauerat
 filios suos & filias suas daemoniis: verum
 ut turpiorem & horribiliorem eorum of-
 fendat iniquitatem, eosdem eorum filios
 ac filias, quas immolauerunt daemoniis, fi-
 lios suos vocat ipse ac filias. Ecce illius
 querela per Ezechielem Prophetam. *Et tu-
 listi filios tuos, & filias tuas, quas generasti
 mihi, & immolasti eis ad deuorandum.* Num-
 quid parua est fornicatio tua? Immolasti
 filios meos & dedisti illos consecrans eis,
 nempe idolis. Doluit supra, quod fecis-
 sent sibi imagines, quibus obtulerunt bo-
 na Domini. Et oleum meum, & thymiana
 meum posuisti coram eis: Et panem meum,
 quem dedi tibi, simulam & oleum, & mel,
 quibus enutriui te, posuisti in conspectu
 eorum. Sed quod maxime omnium illi di-
 splicuit, & in quo offensus fuit, hoc est,
 quod filios illis immolauerint. *Immolasti
 (inquit) filios meos.* Qui vero filij Dei, si non
 iustitia: si non virtutes: si non opera bona?
 An non de illis potest intelligi quod scrip-
 tum est: *Interrogate me super filios meos, &
 super opus manuum mearum.* Heu quanta
 iniquitas! quae maior rapina, quam ista ef-
 fe potest, vel etiam cogitari? *Reddite, quae
 sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo.*
 Si alienum non licet in hominibus vsur-
 pare; erit, qui de manu Dei rapiat, quae il-
 lius sunt, quae cara illi sunt? Filium suum in
 mortem mittit, ut acciperet de fructu vineae,
 qui est fructus iustitiae. Repleti inquit Apo-
 stolus) fructu iustitiae, & fructum tu illum,
 pro quo Christus mortuus est, auferes de
 manu Dei, & trades alienis? Videte quanta
 mysteria, quanta quae latent documenta in
 his verbis Domini. *Attendite ne iustitiam
 vestram faciatis coram hominibus, ut vi-
 deamini ab eis.* Queramus ergo Dei glo-
 riam, & non perdamus quae operati sumus,
 ne sit inanis labor noster.

SECUNDA PARS.

MULTAS rationes alias potuisset Do-
 minus adducere, quam obrem in o-

peribus iustitia; non hominum gloria qua-
 renda sit, sed solius Dei. Hac vna tamen
 contentus ait. *Alioqui mercedem non habebitis
 apud Patrem vestrum, qui in caelo est.*
*Sit elemosyna tua in abscondito, & Pater
 tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi* Vbi
 duo. Primum, quam merito sic varie re-
 munerantur, qui varios istos habent fines
 in iustitia sua facienda. Secundum, quae sit
 proprie merces ista. Ad primum ex modo
 loquendi Christi sit perspicuum, cur sic ho-
 mo varie remuneratur. Nam quibus serui-
 mus in opere nostro, ad hos pertinet nobis
 conferre mercedem. Quibus autem obse-
 quium praestatur, pertinet ad eosdem o-
 pus probare obsequij nostri. Etenim ad o-
 culum sic seruire tenemur, ut quod faci-
 mus, illis ex conuentione placeat. Et ideo
 mercedem daturi, opus contemplantur,
 an iuxta conditum patratum sit atque per-
 fectum. Propterea Creator omnium Deus,
 quoniam a nemine sui operis mercedem
 expectabat, illud sibi soli tunc seruauit co-
 templandum. Ob hanc enim causam scrip-
 tum est: *Vidit Deus cuncta quae fecerat, & Gen 1. 31.*
erant valde bona. Et Salomon dixit: *Gloria Pro. 25. 2.*
Dei est, celare verbum. Nam & ad eius glo-
 riam pertinet secreta tenere iudicia & con-
 silia sua, quasi nulli proflus redditurus sit
 suarum operationum & voluntatum ra-
 tionem. At vero quod huiusmodi sunt Reg-
 um consilia atque dispositiones, ut meri-
 to valeant inuestigari ac tuto, illis glorio-
 sum est: Tenentur enim sic suum regimen
 disponere, ut ab omnibus probetur & co-
 mendetur, ac propterea dignum sit quod
 inuestigetur. Et ideo Salomon adiecit: *Et Pro. 25. 2.*
gloria Regum inuestigare sermonem. Vbi per
 sermonem & verbum, opus phrasu He-
 braicam intelligendum est. Ergo qui in ocu-
 lis alienius operatur, hac se ratione facetur
 operari in illius obsequium: a quo propte-
 rea sui operis merces expectanda est. Ho-
 mines ergo, coram quibus operaris & facis
 iustitiam tuam, tu ipse tibi deputas remu-
 neratores. Et merito dicit Dominus: *Mer-
 cedem non habebitis apud Patrem vestrum.*
 Qui vero in abscondito facit, vbi solus Pa-
 ter videt, is a Deo Patre iustitiae suae pra-
 miam praestolatur. Quod aperte Christus
 Ec 3 man-

manifestavit dicens: *Sit elemosynarua in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Præterea tu ipse operi tuo, si taxasti mercedem, ut propter illud honorificeris ab hominibus, aliam profectò, neque aliud debet velle, quam si assequeris, quod concupisti, iam tenes. Si verò, qui te honoret, extet nullus, cur queraris non est: nullus enim tibi illam promisit, cum aliquo non conuenisti, ut quemquam compellere valeas, ad reddendam tibi tui operis mercedem. Is verò qui in sua iustitia facienda solum querit Dei beneplacitum & honorem, eoque contentus est, accipit misericordiam a Deo salutari suo; qui quominus mercedem expectamus, quod sic illi obsequentiis seruiamus, eò ampliorem mercedem donare donatur.

16 Quæ autem sit merces ista disquirere meditantes, primò attendimus, quòd quæ ab hominibus expectatur, cuiusmodi sit, exprimitur dicente Domino: *Cum facies elemosynam, nolit tibi canere ante te, sicut hypocrita faciunt in Synagoga & in vicis, ut honorificentur ab hominibus.* Vides hominem ab hominibus expectatù? nam quòd ista sit merces, declarat subicens: *Amen dico vobis, receperit mercedem suam.* Merces verò quam apud cœlestem Patrem expectamus, alia nulla nobis nota manifestatur, quam his verbis: *Pater tuus reddet tibi.* Sed ex altera alteram licet coniecere, ex notiore ignotam, cœlestem ex terrena, ex humana diuinam. Humana illa, honor est; & hæc quoque honor est: nam utrobique honor queritur. Ibi honor hominù, hic honor Dei. Honor ille hominum dicitur, quoniam ab hominibus exhibetur, sicut & exquiritur. Hic verò dicitur honor Dei, propterea quod Deo tribuitur. Poterò Deus dixit: *Quicumque glorificauerit me, glorificabo illum.* Ergò dum Deum honoramus, honor ille recidit super nos, gloriam ut simus & nos; atque ob id, & in hac parte, honor est merces nostra, quæ a solo Deo est. Sed honor mundanus duas hæbet conditiones, quarum opposita in cœlesti reperiuntur. Leuis enim ille est & momentaneus: Hic verò cum grauis tum æternus.

1. Re. 2. 30.

Has igitur mercedes diligentius expendamus, ut sciamus & quæ a Deo donata sunt nobis, & quæ mundus simul ut offert, aufert. Et a parte hominù exordientes poteramus imprimis quòd honor est merces ista. Cuius nomen adeo mentes illicet, ut etiam à Sapiente dicatur: *Melius est nomen bonum, quàm diuitia multa.* Quin & alius Sapiens iubet. Curam habe de bono nomine. Sed prenũ suum non à se habet gloria, sed ab origine sua, vnde procedit. Virtus pretiosam facit gloriam, sicut & gloria filiorum, patres eorum sunt. Ut enim virtus est grata, ita gloria reputatur in pretio, & ea homines delectantur. Ideo in Canticis dicit Sponsa: *Oleum effusum nomen tuum.* Et in Ecclesiaste scripsit Salomon: *Melius est bonum nomen, quàm vnguenta pretiosa.* Quod si aliunde gloria quam à virtute proficitur, vel virtus illa solida nõ est ac veras sed apparens modo: Profectò gloria illa, ut quantumvis splendeat, vmbra est & vapor ad modicũ patens; neque enim quæ in se inania sunt, aliis possunt veritatem communicare. Imò quòd plus est, gloria ista humana tanta est perniciosa, ut virtutum, quæ alioqui vera esset & verò digna honore, sola sui appetentia inficiat & interficiat, ut iam verè in virtutum numero aut bonorum non sit. Qui enim ideo virtutem colit, ut honorificetur ab hominibus, rem non facit honorabilem, quæ debeat ab hominibus vel à quoquam glorificari: ideoque verè huiusmodi virtus nõ est virtus. Et qui sic laborat, stultus verè est, propterea nihil est quod honorificetur. Audi Salomonem: *Quomodo nix in aestate, & pluuia in messe, sic in decens est stulto gloria.* Nam fert natura, ut descendat nix æstiuo tempore? Num hominibus commodum est, ut tempore messis inundent pluuia? Ita neque meritò honorandus est stultus, & nec illi gloria quidquam afferat commodi & vtilitatis.

Repugnante itaque tum verò iudicio, tum beneficio, sicut non decet stultum gloria, ita quæ illi ab hominibus cõferatur, in ignominiam commutatur. O stultorũ ignominiosa insipientia! Stultitia! Verumtamen quæcunque illa sit aut cuiusmodi:

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Auram captare dicuntur, qui gloriam ab hominibus accipiunt, quia profectio aurea leuis est, eiusmodi gloria, absq; vilo pondere de ore hominum procedit per verba leuia nullius ponderis, nullius pretij, nullius soliditatis. Quae leuior, quae so, merces, quae vilior, quae minime digna aestimari atq; perpendi? & laborat tamen homo, vt illam assequatur: Et laborat in vanum, sicut qui dixerunt: *Venite, celeberrimus nomen nostrum, in vanum laborauerunt & asiscentes turrim* Ita in vanum laborauerunt, qui gloriam aemulantes Iudae Machabaei dixerunt: *Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamuis pugnare aduersus gentes.* Fugati sunt enim. Et quam leuis gloria, quae lo, credentiu ex circumcissione quorundam, qui circumcissionem ingerebant *Vi in carne* (inquit Apostolus) *vestra gloriantur?* Hinc sequitur vt momentanea quoq; sit gloria & gloriatio ista. Dum illa accipis praeuolat, in momento euanesceat: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Iam non adhuc accipiunt: In momento, in ictu oculi peris si accipis, amitteis dum recipis; simul atque assequeris gloriam, ab illa destitueris.

19. Nam gloriam sapientes possidebant; stultorum exaltatio, ignominia. Quid dicit Salomon? *Gloriam sapientes possidebunt.* Non enim transit ab illis, cum illis manet, eam tenent, possident, illa fruuntur. Coronarum de lapide est, & de lapide pretiosos, non de aurea leui, de verbo volante: quoniam a Deo est: *Possuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* At stultorum exaltatio & gloriatio ita breuis est, vt illam mox ignominia subsequatur. Et illorum recordatio non cum laude fit, sed cum vituperatio magis. Nam & in Prophecia ait Dominus: *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Et per Sapientem: *Nomen impiorum delebitur.* Quin magis & per Salomonem: *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet* Vt necdum pereat, verum & putreat. O stulti apud homines! o impij apud semetipsos! Hoc solo nomine Christus auertere nos studuit ab hypocrisis, quod in vanum labo-

ratur, quod merces accepta est, vt praeterea nihil exspectandum sit emolumentum. Sed quid? si quid remunerationis illos etiam in futura vita maneat, exprimere voluisset? Quid si addidisset vt alibi: *Va vobis Scribae & Pharisei, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes; 14. propter hoc amplius accipietis iudicium.* Heu longam vestram orationem productius sequitur & amplius iudicium. Non queritis modum gloriam, sed & questum, domos comedentes viduarum, quae in suis necessitatibus vobis mandant deprecationes. Et his eisdem, qui circumibant mare & aridam, vt facerent vnum profelytum. Cum id non salutis illius causa, sed gloriae suae praestarent, nonne assignat mercedem futurae damnationis: Et facitis eum (inquit) filium gehennae duplo quam vos. O vanitas vanitatum, quae & gloriam vanam in praesenti, & gehennam veram requirit in futuro.

At iustitia, quae honorem dumtaxat respicit Altissimi, mercedis promissionem habet vitae, quae nunc est & futura, eamque magnam & maximam. Pater enim est qui reddit, & Pater caelestis. Pater (inquam) caelestis reddens. Si Pater est, diligit filium: paterna autem dilectio & magna est & efficax, non verbo & lingua solum, sed opere & veritate. At Pater caelestis potens est, vt magnam dilectionem magnus effectus consequatur. Voluit hoc innuere Dominus Iesus dicens: *Si quis Ioh. 12. 26. mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.* Magnus enim Pater, est Pater Christi, qui Deus est. Ergo si Pater noster est, magna est illius dilectio atq; bona voluntas erga nos. Si Pater est Christi Dei, magna est eius potestas ad benefaciendum filijs. At vero si ita benefacit, vt reddat magnum erit profectio bonum, quod dabit nobis; magno nos afficiet honore. Non enim pater reddit filio in ratione dati & accepti, sed pro paruis magna, pro debitis obsequijs paternam hereditatem. Et quod dicit Dominus: *Reddet tibi;* non videtur quandam obligationem in patre erga filium insinuare? Tantum quippe ad Dominum & Patrem nostrum valer amor ille

De sincerus, quo in illius seruitute non videamus nosmetipsos, sed ipsum tantummodo spectamus, illi soli placere studentes, illius facere voluntatem, ipsius solius gloriam querere, ut veluti se nobis obligatum offerat, ut quo minus commodum nostrum attendimus in eius obsequio, eò magis ipse bonum nostrum nostramque salutem perficiet. Multum enim valet seruiuentis sincera dilectio & intentio, etiam

Ruth. 1. 11.

erga homines. Vide Ruth focrum suam sincere amantem, nihilque in adhesionem ad illam suam utilitatis dispicientem Reuertimini filia mea: dicebat Noëmi ad Ruth, & ad cognatam suam: Reuertimini filia mea, quid venitis mecum? num ultra habebitis filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis? Id illis, quod posset illas illicere, ut impossibile proposuit & obiecit. At Ruth, quæ non proprii commodi causa agebatur, sed amoris purissimi, constans adhæsit illi.

21.

Ruth. 4. 11.

Hanc amoris sinceritatem Deus absque fructu, copiosaque mercede abire non sinit, nam eam in uxorem copulauit cum Booz, qui proxime descenderat ex Nahasson, qui fuerat Princeps in Tribu Iudæa. Cui sic benedixerunt maiores natu in populo & populus omnis, qui erat in porta: *Faciatur Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ edificauerunt domum Israel, ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem.* Quæ horum benedictio in effectu coniuncta est: Nam & celebre nomen non in Bethlehem modo, sed ubique, & omni tempore iam habet, estque & erit iugiter cunctis virtutis exemplum, ut sciat omnis caro amorem purum ampliori dignum esse mercede. Nam ipsi Ruth, quæ parentes suos reliquit, datus est filius, Filius Dei. Ideo enim & libellus iste, qui Ruth intitulatur, scriptus est, ut Christi generatio continuatam haberet non interpolatam sessionem. Et propterea in calce illius dicitur: Hæc sunt generationes Phares; Phares genuit Esron; Esron genuit Aram; Aram genuit Aminadab; Aminadab genuit Nahasson; Nahasson genuit Salmon; Salmon ge-

Ruth 4. 18.

nuit Booz; Booz genuit Obed; Obed genuit Isai; Isai genuit David. Si homines sic diuincit amor purus, quin & Deus ipsum, qui in eo delectatur; Quanto plus cum Deo carus amor iste, quod ipsum solum Deum, nobis ipsis speretis, inuenitur? Gloria ergo, quam Deus se glorificantibus reprobis mittit ac reddit, magna est, atque hominum gloriam in immensum excedit.

Propterea tres habet oppositas illi conditiones, easque maximas. Vana est illa leuis & breuis: Hæc itaque vera est grauis est & æterna. Cur vana illa? quia vanam habet originem, falsam videlicet solummodoque apparentem virtutem. Virtus autem vera est iustitia; quæ in directione cordis Deo conficitur, Deum laudat & honorat. *Confitebor (inquit) tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiae tuae.* Discere in schola Christi, est operari: *Discite (inquit) à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem.* Requiem autem non inuenit, nisi qui verè mitis est: & humilis corde. Hic ergo solus discit. Didici ergo iudicia iustitiae tuæ id est præcepta, quibus iustitia continetur: etenim illa feci. Faciens autem iustitiam hanc, & dirigens ad te opus & cor meum: Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc ab hominibus, & tibi soli reuelasti iustitiam, quam in abscondito ubi tu solus vides, ego perperavi. Vera ergo iustitia ista est; quoniam tua est, qui verax es & ipsa veritas. Didici enim iudicia iustitiae tuæ. Didici (inquam.) Ergo non à me ipso scientiam istam habeo, quæ est iustitia: A Deo ergo est, qui dixit: *Discite à me.* An non Filius ipse dicebat? *A me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.* Hinc Paulus: *Non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex Deo est, iustitia in fide.* Qui in lege gloriabantur putantes ex operibus legis iustificari, ignorantes Dei iustitiam, suam querebant statueret sibi illam tribuentes, non Deo; gloriam sibi, non Deo ex consequenti tribuebant; quæ gloria sicut & iustitia, falsa erat & vana. Qui ergo in Deo gloriantur existimantes, quod gloria virtutis illorum ipse est, hi soli gloriam veram

Ps. 119. 7.

Mat. 23. 12.

Mat. 23. 12.

Mat. 23. 12.

Ioh. 8. 12.

Gal. 3. 9.

Rom. 10. 4.

nequuntur. Quemadmodū nam-
 que Deo ipsi verā & iustitiam & gloriam
 offerunt, haud secus veram gloriam ab eo
 merentur & assequuntur. An non vera
 gloria, qua Deus amicos suos honorat?
*Nimis, nimis honorificati sunt amici tui
 Deus.* Vt vera est, ita & grauis, non vola-
 tilis: ex ore enim Altissimi prodit, vt in
 animas sanctas se transferat. Gloria ista
 est non in ore hominum, non in verbis
 transeuntibus, sed in splendoribus sancto-
 rum, in operibus electorum, in vera exi-
 stimatione Dei & Angelorum, in veritate
 Christi, qui dixit apertē: *Qui me con-
 fessus fuerit coram hominibus, confitebor &
 ego eum coram Patre meo, & coram Ange-
 lu Dei.* Non extrinsecus modō est gloria
 hęc, sed ab intus. Gloria enim nostra est
 testimonium conscientiaē nostrae, quia
 cor nostrum non reprehendit nos. Sed
 tamen quia Deus est maior corde no-
 stro, humiliamur coram illo, dicentes:
Quia serui inutiles sumus. Qui autem sic
 se humiliauerit, exaltabitur.
 Rursus, si grauis est gloria hęc nostra,
 non mox euanescit: Sicut enim iustitia
 manet in saeculum saeculi, ita gloria, quae
 de iustitia orta est; quin de mercede magis
 iustitia intelligitur, quod dicit: *Iusti-
 tia eius manet in saeculum saeculi* Propterca
 Psalms: *Gloria & diuitia in domo eius,
 & iustitia eius manet in saeculum saeculi.*
 Quod est dicere, gloria & diuitia, quae
 merces sunt iustitiae, non transibunt, sed
 manebunt in saeculum saeculi. Ita & sa-
 piens cum hac mercede gloriae & diuitia-
 rum, quae a sapientia procedit, durationem
 longam coniungens ait: *Longitudo dierum
 in dextera eius, & in sinistra illius diuitia,
 & gloria.* Vbi aduerte quod si per manus
 opera intelliguntur, in manibus sapientia
 esse diuitias & gloriam, simulque
 longam vitam, hoc est virtutum, quae
 sunt in manibus, praemia ista esse, vide-
 licet abundantiam, & honorem: quae
 non fugiant, sed diu mancant. Non enim
 de manibus sapientiae, quae terram fun-
 dauit & caelos stabiluit, quaeuis potentia
 rapiet praemia, quae ipsa suis amicis
 seruat & confert. Ergo aeternum gloriae

Tom. I. Bellintani.

pondus operatur in nobis? pondus, quia
 non leuis gloria; aeternum, quia non bre-
 uis. Hinc & Sapiens: *Curam habe de bo- Eccl. 4. 15.*
*no nomine: hoc enim magis permanebit ti-
 bi quam mille thesauri pretiosi & magni.
 Bona vita numerus dierum, bonum autem
 nomen permanet in aeuum.* O si possemus
 mercedem istam intelligere, si gloriam
 hanc mente comprehendere; sed si nil po-
 tes aliud capere, attende quod a Deo Pa-
 tre nostro veniet, *Qui est in caelis*, qui
 dexteram habet plenam & sinistram, qui
 non vna manu, non vno modo, non v-
 no saeculo duntaxat, sed plena vtraque
 manu, sed multifariam multisque modis,
 sed in praesenti & in futuro saeculo tri-
 buit abundanter.

Gloriam igitur Dei quaramus: haec sit
 pars nostra, haec fors nostra. Quo magis
 te gloria nudaueris totum Deo tribuens,
 inde gloriosior apparebis, inde mercedem
 magis referes abundantem. *Et Pater tuus
 qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hinc
 Sapiens: *Bono animo gloriam reade Deo,
 & non minues primitias manuum tuarum.
 In omni dato hilarem fac vultum tuum, &
 in exultatione sacrificia decimas tuas. Da
 Altissimo secundum datum eius, & in bono
 oculo ad inuentionem facito manuum tua-
 rum. Quoniam Dominus retribuens est, &
 septies tantum reddet tibi.* Quid in bono
 animo, nisi recto corde & prompta vo-
 luntate Deum glorificare? Hęc autem
 gloria non verbis tantum redditur, sed o-
 peribus; primitias, decimas, voluntarias
 oblationes afferendo & offerendo: Hęc
 & his similia laetanter, promptē, & ex cor-
 de exhibenda sunt, quia homines vident
 ea quae patent, nempe munera exteriora;
 Deus autem intuetur cor; cuius signum
 est vultus hilaris, & plurima hostia. Ita
 Deus glorificatur factō, opere videlicet
 & veritate. Audi iam mercedem: Quo-
 niam Dominus retribuens est, & septies
 tantum reddet tibi. Prior ipse dedit, tu re-
 tribue illi. Da Altissimo secundum datum
 eius. De datis tibi ab Altissimo da illi: &
 eadem mensura, qua mensus est tibi, tu
 illi remetiare: si multum, multum; si mo-
 dicum, etiam modicum libenter impertiri

Ff

Itude;

Job. 4. 9. stude. Et quamuis de bonis illius des illi, adhuc tamen iterum reddet tibi. Quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi, non tantundem solum, sed septies: tantum, quantum illi dederis; tantum reddet tibi non semel, sed septies, sed septuagies septies, centuplum tantum, & hoc in vita presentis, & in futuro vitam aeternam. Quis tam liberali Domino non seruiat? Dat prius ipse talenta, & lucrantem ex illis constituit super omnia bona sua.

Matth. 25. 15. & 20. 25. Terram promissionis prior dedit ipse in hereditatem populo suo. Inde primitias requirit in professione directi dominij. Inde exigit decimas tanquam perfectior, confessor, ut longo viuant tempore super terram, quam tradidit illis possidendam. Inde sacrificia & oblationes, ut illum tanquam verum Deum colant, ut norint verum fuisse pretextum, quo illos eduxit de Aegypto, nempe ut immolarent illi, ut seruirent, ut colerent, ut adorarent. De primitiis audi legem: Cum intraueris terram,

Deut. 2. 6. 1. quam Dominus Deus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea, tolles de cunctis frugibus primitias, & dices ad Sacerdotem. *Profiteor hodie quod ingressus sum in terram, pro qua iurauit patribus nostris, ut daret eam nobis.* Audin' inculcantem? Cum intraueris terram, & obtinueris eam, & inhabitaueris: non ingressio tantum, non acquisitio, sed inhabitatio exigitur, ut ad primitias tenearis. Bona Dei ante dantur perfecte, tum datorem per primitias cognoscimus & profitemur. Sic intellige de decimis & sacrificiis. Pollicebatur Sathanas omnia, quae daturus non esset, sed sui adorationem sacrilegus flagitabat: Dominus autem prius liberauit, deinde seruitutem sacrificiorum exegit. Nonne igitur adorandus, nonne pura mente colendus, cuius gratia est animus nobis, corpus & omnia? Et quid quaeso reddet? Pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna: temporalia prior dedit. Si igitur temporalia pro redditis temporalibus reddat, temporalis negociatio erit ista nostra, in ratione dati & accepti. Cum ergo dixit Domi-

nus: *Alioqui mercedem non habebitis a Patre vestrum, qui in caelis est.* Caelestis caelestia tractat, caelestis caelestia reddit: nam & nos, quae damus illi, caelestia sumus, & thesaurizamus thesauros in caelis. Si terram inhabitantibus das, in terra manent quae das; si des ei, qui habitat in caelis, qui recipit, in caelis recipit; In caelis nihil, nisi quod est verè caeleste, reperitur. Ergo qui caelestia recipit, caelestia reddet. Hoc est septies id est abundanter, quia abundanter ministrabitur nobis in aeternum regnum Domini nostri Iesu Christi.

Heus quantum honum, modo ascenderet super cor nostrum, modo aliqua saltem ex parte intelligeremus. Salomon conatus est pluribus verbis exprimere, quae nobis bona proueniant a sapientia, protestatus est pretiosa omnia terrae nihil esse comparatione bonorum, quae data ipsa Creatrix caeli & terrae. Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri primi, & purissimi fructus eius: pretiosior est cunctis opibus, & omnia quae desiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiae & gloria. Via eius via pulchrae & semitae illius pacificae. Lignum vitae est his, qui apprehenderint eam; & qui tenuerint eam, beatus. Quid attinet haec singula prosequi? Conatur Sapiens per visibilia declarare. Sed quid plura? Dominus Sapientiam fundauit terram, stabiliiuit caelos prudentiam, &c. Quid est hoc? Quid opus est (inquit) per haec sensibilia pretiositatem ostendere eius Sapientiae, a qua haec sensibilia omnia processerunt? In ipso sint omnia necesse est, a quo omnia prodierunt. Tantum haec cogitemus. Ideo Salomon demum infert: *Fili mi, ne effluant haec ab oculis tuis. Haec semper aspice, iugiter intueri, nunquam effluant, aut recedant ab oculis mentis tuae; & verè beatus eris; quia veris bonis, manentibus grandibus, perpetuis potieris.* Quae in seipsis fluunt, haec effluant ab oculis tuis, tanquam dies hesternae, qui praeteriit. Quae manent,

manent, manent ante oculos tuos, vt ea iugiter contempleris, ne effluant ab oculis tuis. Auerte oculos tuos ne videant vanitatem. Conuerte oculos tuos, vt videant Veritatem. Quod si vana & fluentia videre delectat, vide illorum vanitatem, illorum fluxum, sicut ille qui dicebat. Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Sic vide transiuentia, sicut transeuntes aquas fluminis; vt noueris, te, si illis inhæreas, alio transferendum, te iugiter commouendum, agitandum, vtgendum, circumuoluendum, sicut rotam molendini, quam aquarum currentiū inaperus circumgyrat, te, sine vlla quiete vitam hanc irrequietam & turbatam acturum. Lignum vitæ est sapientia his, qui apprehenderit eam. At eam deserentes à loco voluptatis, emittuntur ad vallem, vbi fluunt aquæ. Emisit eum (inquit) de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Cur ita: Ne forte mittat manum suam & sumat de ligno & comedat, & viuat in æternum. Non dignus est iam vita permanente, emittatur, euiciatur, commoueat, sit in perpetuo transitu & fluxu ad deteriora prioribus; operetur terram, de qua sumptus est. Altera uis sua originem, recessit à Deo creatore suo, in quo solo quietam & tranquillam vitam agere potuisset, inquietam nunc agat, & laboriosam operans terrâ, de qua sumptus est, vnde originem traxit; sua origo, sit sua arugo, quæ inficiat, infirmet, frangat, conterat, interimat, vt viuat in laboribus & in doloribus moriatur. Hæc si consideret homo, conuertet pedes in testimonia Dei, quæ quia in æternum fundata sunt, possunt requiem dare. *Hæc, hæc fili mi non effluant ab oculis tuis, vt bene sit tibi.* Et Pater tuus reddat tibi, & habeas mercedem apud illum, qui viuut & regnat in sæculum sæculi. Amen.

strorum. Opera nostra bona, bene sunt facienda, ne eorum fructum amittamus. In Morali contra eos qui propriam, non Dei gloriam in operibus querunt.

SI verum Sapientia dixit: *Spiritus meus super mel dulci*; maxima animi propensione illud nobis prouerbiū attendendum est & accipiendum. Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic & doctrina sapientia animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. *Quid dulcius melle?* Profectò spiritus virtutis, sapientia super mel est dulcis: Comedamus igitur, & accipiamus in nobis sapientiam ista, cuius dulce dinem non nunc duntaxat gustabimus, sed illa replebimur in nouissimis diebus. Docet n. & ed ducit, vbi sit vita & pax, vbi requie inueniemus animabus nostris. Vbi satiabimur in mensa Domini, dulces cum illo capiētes cibos. Et spes nostra non peribit; quia nec faller promissio, nec desinet possessio, nec erit vnq̄ fastidio, dulcissima illa fruitio. Videte autem si Dominus Iesus sit prudens ille, de cuius ore procedit mel, dum nobis sapientia profert, q̄ in hodierna sancti Euangelii lectione exposita est nobis: Vbi ait. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Mel profectò sunt verba ista, & dulciora super mel & fauum. Quod mel comedim⁹, vt monet Salomon, quando corde auido accipimus hanc doctrinā, qua spe gaudētes veluti melle atq; fauo dulcissimo delectamur.

Quam vt suauis degustemus, in duas tribuemus partes, quarum altera visionem habeat Domini docentis ac monentis, quid facere debeamus: rationē altera excitantem ad id p̄standum, q̄ iubetur a Domino. De illa audimus: *Attendite ne iustitiā vestrā faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Cū ergo facis elemosinam noli tuba canere ante te. De secunda verò. *Alioquin mercedē nō habebitis apud Patrē vestrū, quā in cœlis est.* Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Partē primam exequentes primum videamus, quid intelligat De⁹ per hoc

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Qualis esse debeat intentio operum no-

hoc quod dicit, *coram hominibus, & in abscondito*. Hoc enim declarat ipse dicens. *Cū facis elemosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrita faciunt in Synagoga & in vicis, ut honorificentur ab hominibus*. Facere ergo *coram hominibus*, ut videamur ab eis, est honorem ab hominibus querere de opere iustitiæ, quod facimus. Ergo facere *in abscondito*, est gloriam non querere ab hominibus, sed à solo Deo, qui videt *in abscondito*. Non ergo vel absconditum iubetur, vel manifestum prohibetur, nisi adhuc finē, ut gloria Dei tantummodo spectetur. Propterea si etiā in occulto quid fieret, habito respectu ad gloriam nostram, vel ad alium finem, qui non sit gloria, hoc nihilominus à Deo reproberetur. Rursus si opus fiat manifeste, aperto solum oculo ad gloriam Dei, istud profecto aspiciet Deus & accipiet, & habebit gratum. Vnde Paulus: *Vnusquisque proximo suo placeat in bonum, ad edificationem*. Ita etiam Dominus: *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est*. Per publicum ergo & per absconditum intelligit Dominus finē, qui in operanda iustitia spectatur ab operantibus. Cuius finis excellentia siue in malo explicatur per magnam manifestationem, quæ fit tuba canendo, & per summum absconditum, in quo nescit sinistra, quid boni dextera operetur: quasi dicat: Adeo sit opus tuum in occulto, ut neque tu ipse, qui operaris, illud quantum possibile est, intuearis. Non enim parua vanitas, quod tu ipse tuum opus contempleris, gaudens in illo, & glorians in te ipso ut operatore eccellente. Eo enim pacto tu ipse te ipsum laudas, & à te ipso, qui homo es gloriam venaris humanam. Deus quidem vidit quod esset bonum quodcumque fecerat, & letatus est in operibus suis, veluti ludens in orbe terrarum. Quoniam verò omnia propter semetipsum operatus est, quæ ab ipso sunt, & non ab alio. At nos nec ipsi à nobis sumus, & omnia opera nostra in nobis operatus est Dominus: & ideo si letamur in operibus nostris, tanquam in nostris, vana est letitia nostra, manis est gloria nostra. At si exultamus in illis, tanquam in operibus Creatoris, dantes illi gloriam, cui est gloria & imperium,

Gen. 1. 31.

Prou. 8. 31.

Prou. 16. 4.

Isai. 26. 12.

plenum est gaudium nostrum non inane. Ideo enim iubebat Dominus. *Et letaberis & epulaberis in conspectu Domini Dei tui*. Hinc & Psalmus: *Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus letantes*. Vides quomodo letandum est in eo, quod Deus ipse magna in nobis facit, in conuertendo captiuitatem nostram, eruendo de malis, bonisque replendo.

Secundo videamus, quod Dominus obliquam intentionem potissimum damnat in operibus iustitiæ, quia in his facilius surgit proprii honoris questio, sed verè in omnibus illam intendit arguere, sicut in omnibus vult nos Dei gloriam solummodo spectare. Iuxta quod Paulus iubet: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quidquam facitis, omnia in gloriam Dei facite*. Expresse autem in primis cibum & potum, tum ut doceat ea, quæ indifferentia sunt, & quæ vitæ sunt necessaria ad Deum referenda esse, tum sic nobis esse viuendum, ut Domini simus, siue viuamus siue moriamur. Sicut enim dolet Deus quod ieiunium celebrantes non illi ieiunabant, ita lege cauebatur ne quosdam cibos nisi in conspectu illius ad templum comederentur. *Cum ieiunaretis* (inquit) *& plangeretis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & vobismet ipsis bibistis?* Huc autem facit, quod docet Paulus: *Qui manducat, Domino manducet: gratias enim agit Deo*. Et qui non manducat, Domino non manducat; & gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur: Siue enim viuimus, Domino viuimus; & siue morimur, Domino morimur.

Videamus quæso si forte oblatio de simila istud figurarit. Anima (inquit lex) cum obrulerit oblationem sacrificii Domino, simila erit eius oblatio, fundetque super eam oleum, & ponet thus. Si per victualia, & victum figuratur vita. Vnde Paulus à manducatione transit ad vitam: quid vitam magis, eamque mundam figurat expressus, quam simila nempe nobilior farina: pars? Ex farina quippe fit panis, qui adeo cibus est communis & consuetus, ut per manducare panem, simpliciter intelligatur manducare.

ducare. Farina autem potius sumitur quā panis, tum quia tota panis substantia, qua nutrimur, farina est; nam aqua apponitur, ut simul compingatur, & coqui possit, in qua coctione aqueus humor absimitur, ut videtur; tum quia farina cum exordium sit panis, vitam nostram praesignat vsque ab initio eius. Simila verò, quae flos est farinae, vitam puram designat & immaculatā. Super hanc, quando Deo offertur, funditur oleum, & thus ponitur. Oleum istud illius erat generis, quo lucerna nutriebatur, ut essent ardentes; recte ergo per oleū intelligitur lumen, cuius esca & origo est. Thus autem quod bonae vitae odor & fama intelligatur sapiens habet aperte, dum

Eccles. 49. 1. Iosiam Regem commendat: ait enim memoria Iosiae in compositione odoris facta opus pigmentarii. Etenim huiusmodi artifices aromata componunt diuersa, quae suauem redolent odorem. Vnde & Sapientia: Famam suam ac memoriam proponit sub horum aromatum odore. Thus ergo quod communis vsus ad odoris fragrantiam assumit, aperte vitam notat, qua dici possit cum Apostolo: *Christi bonus odor summu.* Quae ergo vita Deo offertur, haec splendorem emittat & odorem, ut in illa Deus honorificetur. Hinc est, quod quando mulieris vita suspecta erat, & zelotypiae sacrificium offerebatur nō similia, sed hordeacea farina admouebatur, neque fundebatur oleum, neque Thus ponebatur, quia non erat in odorem suauitatis, sed ad adulterium inuelligandum. Offeret (inquit lex) oblationem pro illa decimam partem sati farinae hordeaceae, non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiae est. Farina hordeacea vitam despectam ex suspitione preterdit. Decima verò erat pars sati: Propterea quod in discrimen versabatur, utrum ne relicto marito thoro cum altero viro esset polluta, atque ita decalogum hoc in praeepto violasset.

Exod. 20. 14. Non moxchaberis. Neque oleū, neque thus adiciebatur, quia nō in odore suauitatis Domino, ad est non in illius honorem offerebatur, sed ad detegendā veritatem. In summa igitur figuris istis edocemur, ut sic Domino viuamus, ut vitam nostram hostiam

viuentem offerentes; siue manducamus, siue bibimus, siue aliud quidquam facimus, omnia in gloriam Dei faciamus.

Tertio videamus modum simul cum ratione coniunctum, quomodo & quomobrem Deum in operibus nostris glorificemus. In his doctor noster sit Apostolus, qui ad Corinthios ita scribit: *Quid habes, quod non accepisti? quid gloriaris quasi non accepisti?* Ostendit quippe his verbis, de eo nos tantummodo opere posse, quod nostrum est, gloriari: nā de aliorum virtute, ac bonis gloriari adeo stultum est, & praeter rationem, ut quisq̄ minimē inueniatur, qui id faciat, nisi quatenus forsitan alterius bonum sibi tribuat. Et propterea qui ex operibus legis se arbitrabatur iustificari, quasi ipse sua virtute ea patretur; & propterea meritis suis iustificationem tribuēs, se suae iustificationis causam deputabat. Ille non in Domino gloriabatur, sed in seipso. Et hoc adeo verū est, ut idem dicat Apostolus: *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Quod ut breuiter intelligas & aperte, aduerte animo, quod ad iustificationem duo sunt necessaria, fides & opera. Fide quippe cū Deo coniungimur, à quo iustus virtus fluit bene operando ac meritorie. Propterea si quis fide vacuus operetur, nō quasi ex virtute, q̄ administrat Deus, sed à semetipso; hanc gloriam propriam quarit, veluti qui seipsum ipse iustificauit. Quomodo etiā de verbis, non de operibus tantum dicebat Dominus. *Qui à semetipso loquitur, gloriae propriae quarit.* Gratia vero qua per fidē accipitur, si operibus vacua sit, in vacuum accipitur, & sine fructu efficitur, ac propterea fides sine operibus mortua est, non valens viuificare mortuos neque iustificare. Vnde quod dicit Paulus: *Ei qui non operatur, credenti autem in eū, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundum propositū gratiae Dei.* Ne sic intelligas, ut opera protulsi abiciantur, sed ea tantū, de quibus ibi mox ante. Ei qui operatur, merces nō imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Opera (inquā) illa, q̄ homo quasi à semetipso facit, propter q̄, q̄ sibi sit iustificationis causa falso putat,

non verò illa, quæ per fidem ex Dei gratia proficiuntur. Hanc quippè doctrinam Paulus propter illos, & contra illos docuit, qui non ex fide Christi, sed ex legis operibus homines tenebāt iustificari. Stat ergò propositum, quod nisi de bonis propriis, pro quibus alij cuiquam non teneatur, gloria tur nemo apud semetipsum. Quæ gloria vana est, fallax, & quemadmodum fugax & transitoria, ita perniciem afferens multam hominibus.

- Vt ergò non frustra gloriam quæramus nostram, sed Dei, non inaniter Principis Apostolorum præceptum suscipiamus; vbi
- 1 Pet. 4. 11.** ait: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei sicut qui ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum.* Omnia nostra tum verba tum opera si bona sunt, Dei sunt, a quo est bonum omne. Qui ergò in Euangelij prædicatione laborat, cognoscat margaritas illas, quas mittit ante homines, non sibi ipsi comparasse, sed ministrum se Dei esse, & dispensatorem mysteriorum Dei, constitutum à Deo super familiam suam, ut det illis cibum in tempore, non de pane proprio, sed Dei. Ita labor suus in Domino non ex virtute sua est, sed ex virtute quam administrat Deus. Itaque
- 1 Pet. 4. 11.** nec sua propria dispensas, sed quæ Dei sunt, nec à se vires haberi laborandi in vinea Domini, sed ab eo, qui portat omnia verbo virtutis suæ: ita in omnibus honorificatur Deus. Sic ergò docemur bonum, quodcumque facimus, non nostrum, neque ex nobis esse, sed ex Deo, ut illi totum tribuamus, quod bene agimus.
- Deut. 1. 15** Si enim Iudices constitui voluit, ut discerneret quod cuiusque esset, quomodo sustinebit, ut quod illius est, propria nobis auctoritate usurpemus? Neque pauperis permittebat respectum haberi; sed iustum dicebat iudicium iudicare. Ut intelligeres propria unicuique etiam Deo esse reddenda. Et quare in portis urbis: ut ciues exteris non essent superiores, nec exteri civibus. Vult etiam Deus ipse equalitate nobiscum iudicari. Nunc ergò viri Iuda, & habitatores Ierusalem iudicate inter me &

vineam meam, & vincas cum iudicaris. Stremus & appropinquemus iudicio. Appareret autem ex iusta sententia, omnia Dei esse. Reddamus ergò quæ sunt Dei, Deo. Hinc est quòd primogenita, & decimæ, quæ omnia ex præscripto legis Dei erant, non in proprios usus ab hominibus usurpari patiebatur, sed Deo necesse erat offerri; admittebat tamen Deus, ut non solum ex imolatis ederent, sed etiam, quasi illis apponeret ipse in domo sua mensam, de bonis Domini comederent, & hoc hilariter, illum laudantes & honorantes, quia cibus & potus hilarem reddunt. Vnde est illud: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea; & labijs exultationis laudabit os meum.* Hinc iterum est, quòd non permittebat Deus, ut se inciderent, aut faceret caluitium super mortuo, aut tangerent siue manducarent quid immundum; ut se quasi rem diuinam, non suam ipsorum seruarent ad nuncium Dei. Vnde ibi præmittit Deus. Filij estote Domini Dei vestri, non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo, quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo, & te elegit, ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram. Ne comedatis, quæ immunda sunt. Redduntur autem Deo, quæ Dei sunt, dum sic Deo tribuuntur, ut ex illis honorificetur. Vnde & alibi. Dominus elegit te, ut sis ei populus peculiaris, & custodias omnia præcepta illius; & faciat te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen & gloriam suam; ut sis populus sanctus Domini Dei tui. Cui enim res omnes & gentes creatæ sunt à Deo in gloriam suam; idem ut honoretur ab eis, populum hunc elegit, quasi suum peculiarem, in quo specialiter honoretur, dum ille se Deo seruat, & per sanctitatem suam Deum sanctificat & honorat. Ut quemadmodum in sacrificijs adeps, & pars quedam nobilis incendebatur super altare, reliqua remanentem usum offerentium. Ita de cunctis gentibus populum istum peculiarem sibi segregauit, qui totus esset Dei, per quem oblatio etiam gentium esset in honorem Dei. Donec factum sit plenum holocaustum, in quo fiat quod scriptum est:

Omnes

*1. Cor. 4. 2. Omnes gētes laudate manū us, in hīlitate Deo
Rom. 15. 16 in voce exultationis; nempe quod plenitudo
1. Pet. 4. 11. do gentium iniret ad altare Dei, & omniū
gentium oblatio sit accepta. Ita visum est
secundum Principem Apostolorum, quod
Deus honorificatur, quando quæ illius
sunt, illi tribuuntur, & non aliter, quam si
cur res diuinæ vsurpantur a nobis. Et hic
est scopus & finis, ad quem omnia nostra,
& iustitiæ potissimum ad Deum sunt refe-
renda.*

SECVNDA PARS.

7 **Q**VANTVM attinet ad secundam partē
huius lectionis, quæ agit de mercede,
quæ onitur ex iustitia sic vel sic facta, ad rē
*1. Cor. 8. 3. Nō in uenisse hortatio sancti Ioannis in E-
pistolā sua secunda. Videte uosmetipsos, ne
perdati, quæ operati estis, sed ut mercedem
plenam accipiatis. Res ista non parui mo-
menti, digna est ex sua præstantia, quæ se-
dulò ascipiatur & continuè; propterea &
Dominus dicit. Attendite, & sanctus Euan-
gelista. Videte uosmetipsos: totum bonum
nostrum ex nostris operibus pendet. Filius
enim hominis uenturus est in gloria Pa-
tris sui cum Angelis suis, & tunc reddet u-
nicuique secundum opera sua. Ita enim
decreuit Deus, ut uniuersa, quæ fecit, ad
finem per illorum opera pertingerent, ad
quem ab ipso Creatore fuerunt destinata.
Propterea & terram fecit germinare, &
cælos illuminare, & animalia per cibum
uiuere, & hominibus inseruire. Hic quip-
pè illorum est finis. At finis hominum al-
tior altiora exigit opera, quibus illum pos-
sit assequi. Quæ opera in nomine iustitiæ à
Domino comprehensa sunt, dicente: *Nisi
abundauerit iustitia uestra plusquam Scri-
barum, & Pharisæorum, non intrabitis in
Regnum cælorum.**

8 Circa quæ cum dicat Dominus. *Atten-
dite*, duplex nobis est attentio necessaria.
Altera, ut bona opera faciamus: Altera, ut
ea sic faciamus, ut non perdamus illa. In o-
peribus faciendis dupliciter peccatur: cum
si non fiant, quod est omissio; tum si oppo-
situm illorum magis admittamus, quod
est commissio. Contra quæ duo nos mo-
net parabola illa Salomonis. Per agrum

hominis pigri transiui; & per vineam uiri
stulti, & ecce totum repleuerant uiticæ, &
operuerant superficiem eius spinæ & ma-
ceria lapidum destructa erat. Quod cum
uidissem posui in corde meo, & exemplo
didici disciplinam. Parum itaq; dormies,
modicum dormitabis, pauillum manum
conferes ut quiescas; & ueniet tibi quasi
cursor egestas, & mendicitas quasi uir ar-
matus. Hic primum uides licere & prodes-
se aliquando aliorū facta sineq; respicere,
ut inde, etiam si ipsi fuerint insipientes, sa-
pientiam nobis ualeamus comparare. Ideo
exemplum sibi proposuit stulti Sapiens, &
didicit disciplinam. Dominus quoque ob
oculos suorum uanitatem obicit hypocri-
tarū; ut inde nos discamus simplicitatem.
Noli (inquit) tuba canere, sicut hypocrita fa-
ciunt. Vidit sapiens in pigritia stulti ege-
statem inde sequentem, quam & mendi-
citatem ad illam amplificandam dixit esse.
Docuit Dominus egestatem nihilominus
sequi hypocritarum uanitatem. *Aman dico
uobis, & ceperunt mercedem suam.*

9 Rationem apposuit Sapiens, cur tale pi-
ger incureret incommodum, nempe quod
totū repleuerunt uiticæ, & spinæ operue-
runt. Hoc & Dominus intelligi uoluit in-
nuens, hypocritarū iustitiam inanem esse,
ac sine fructu, hoc est enim mercedem ac-
cepisse, id est iam nullū reliquū esse emo-
lumentum. Sic aliud & Sapiens, narrans,
maceriem uicæ esse destructam, unde
possint extrahi, si quem fructum ager at-
tulerit uel uinea, illum decerpere, & aspor-
tare. Etenim fructum illum iustitiæ, qua-
liscunq; sit, perdunt, quoniam intentum
laborant uanitatis. Beneque obseruandum
est nobis, quod in agro pigri fructum ali-
quem Sapiens non allerit se uidisse, sed u-
ticas tantum & spinas. Propterea quod ho-
mo, qui pigritia innexus non operatur bo-
num, nedum sine fructu manet, uerum &
uiticæ obruit & spinæ. Vides nunc & omis-
sionem & commissionem: otium & steri-
litas hæc est omissio: uiticarum & spinarū
punctio hæc est commissio. Quoniam si ter-
ram non colueris, spinas & tribulos germi-
nabit tibi. Si iustitiam non feceris, pecca-
to absque dubio obediens concupiscentiis.
Nam

Nam anima nostra sicut terra, aut fructum bonum aut germē malum edat necesse est. Quod enim plus in pondere fundata est super stabilitatem suam, eo magis in germine suam prodit instabilitatem vt ē vestigio cœli, vbi mouenter magis in substantia, nihil ex se producut in efficacia. Ergo si virtute sis vacuus, vitio redundabis, quia

Ec. 32. 19.

Pro 2. 4. 33

Psal. 48. 9.

Mat. 20. 6.

Iob 7. 3.

Ioan. 9. 4.

10

2. Ioan. 2.

Mat. 20. 9.

terra inculta vepribus operitur. Et multā malitiam docuit otiositas. Et otiosus homo necessario est, cum infructuosus tum spinosus. Ab his auocat nos Sapiens promittens mendicitatem, quæ & velox sit & potens, velox vt cursor, potens vt vir armatus: quo monemur, vt illicō provideamus; nam citō illa superuenit: Id quod si non præstabimus, iam præsidium cōtra illam nullum erit nobis, quandoquidem armis munita venit & fortitū dine, vt illi nulla possimus ratione resistere. Et propterea ab oculis pigri, somnus fugiet, vt iam neque dormire possit, neque dormitare aut quiescere. Sed laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem pro modico illo otiositatis somno, qui vt vmbra transit. O squalidus aspectus hominis non operantis bonum, o marcidus effectus! Vt quid ergo statis tota die otiosi? certē otiosus in die, noctes sibi vacuas numerabit: nam venit nox, quando nemo potest operari.

Sed iam ad alteram considerationem accedamus, quæ non opus bonum modo, verum & benē factum exigit. Porro sanctus Ioannes de bonis operibus & benē factis loquebatur, monens: *Ne perdatis quæ operati estis.* Quibus tamen si desisset perseverantia, ea perderentur, & abirent sine mercede, quæ in sero tantum datur die completo & opere: alioqui si quis ante solis occasum exeat à vinea, opus intermittens, tunc nō aderit, quando operariis reddetur merces. Aliqui porro, qui manē defuerunt, acceperunt in sero mercedem suam, at nullus in sero absens quatumcunque in die laborauerit, fructum referet & præmium suæ fatigationis. Hos ergo monet Ioannes. *Ne perdatis quæ operati estis, sed mercedem plenam accipiatis.* Id, defectu perseverantiæ si contingat, longē plus si debiti finis desit circumstantia, continget

operantibus: qui non benē bonum fuerint operati, captantes ex iustitia sua humana auram, gloriam ex illa Deo non tribuentes. Hi namque cum mercedem suam acceperint, nō plenam mercedem accipient. Ergo videte vosmetipsos ne perdatis quod operati estis, siue quod operamini, sed vt mercedem plenam accipiatis. Stultum, sapiens illum vocauit, quoniam esset piger. Per agrum hominis pigri & per vineā viri stulti trāsui. At quis stultior sit nescio. Vtrumne qui otio marcescit, an qui frustra laborat? Ego credo, quod si redarguti fuerunt qui in sero otia bantur; si qui vineam fuerant ingressi, eam malē coluissent, vel sarriendo lædentes radices vel putando, bonos palmites præcidendo, vel quouis alio modo illi præiudicantes, hi acutius reprehensi fuissent. Et certē qui in vanum laborant, & delectatione quietis carent, & consecutione mercedis. Piger si non fructum, labore saltem lucrantur. Hi & se fraudant, & labore fatigantur. Licit, qui sacra nō inuoluta portassent, præter laborem, in portando mortem obiissent quoque. Portent (inquit) inuoluta: & non tangent vasa Sanctuarij, ne moriantur. Magna profecto stultitia est, oleum & operam perdere, nullum inde fructum consequi. Si quam gloriam consequeris, vana illa est & falsa, sed plerunq; illam neque qualemcunque adipisceris. Non vera iustitia est, quæ alio dirigitur quàm ad Deum; ergo neque vera est gloria inde proficiscens. Dicunt enim quod non est, quod aliquid sit, causa esse non potest, haud secus, quod nō est verum, verum quod non est, efficere non potest. Ergo falsa iustitia veram gloriam minimē generabit, sit veræ iustitiæ quamuis similis. Porro similitudo mater est falsitatis. Simulachra quidem similitudinem referunt alicuius veritatis, sed veritas ipsa non sunt. Simulachra quidem gentium argentum & aurum, os habent, & nō loquuntur, oculos habent & non vident, neque manibus palpant, aut pedibus ambulat: siue etiam guttere clamant. Ideo non nisi falsus honor, falsusque cultus illis exhibetur. Quæ vero est falsa iustitia virtutisque simulachrum? Hoc dicitur a simulachris

Pro. 14.

Mat. 12.

Nom. 4.

Psal. 113.

mulachris gentium. Hæc enim non ob aliud populis proponebantur, nisi vt eis cultus adhiberetur, non vero vt auxilium ab eis aut bonum aliquod hauriretur, cum non esset spiritus in eis, non sensus, nõ vita, non vires, non quæuis cultores suos iuuant di facultas; erant enim falsi dij.

II Haud secus iustitia illa opusque virtutis, quod ideo fit, vt hominibus ad gloriam capessendã ostenderetur, falsa iustitia est, ad nihilũ valens; ac propterea falsus nõ verus honor illi exhibetur. Labor & sumptus vanẽ in hoc coalumuntur, vt fiat opus inutile: quæ magna stultitia est. At neque simulachris à cognoscentibus veritatem, cultus exhibebatur. Plures etiam in mũdo sunt, qui apertos habent oculos; & ipse mundus, vbi nouerit hypocritarum vanitatem; eam spernit, illos culpã & habet cõtempnui. Et hæc non est stultitia magna, laborare non in vanũ modo, verum etiam in malum sibi metipsi. O hominum stultitiã, qui vile pretium experunt; & illud ab eo requirunt, qui nec promissit, nec promissis stare consuevit, imò, qui non nisi fallaces reddit mercedes; quæ ideo, cum a decepto prodeat, deceptio est, vanitas & mendacium. Vnde non nisi ruina tibi expectanda sit, cum vanitas gratitatem sustinere non valeat. Nam quòd grauitas sit, vbi vanitas quaeritur, Psalmus aperit manifeste exclamans: *Filij hominũ vsque quòd grauis corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ?* Si grauis es, & vanitati aut vacuo inuiteris, quid aliud te manet quã casus: quã ruina? quam precipitium: quam cordis cõfractio, contritio, perditio? O vani homines laborantes, vt doleant; operantes, vt fiant; fatigantes, vt pareant. Miser quid quaeris à mũdo? quid à principe huius mũdi extolli? portari super pinnam templi? super cacumina montiũ? An nescis, quòd ideo eleuat, vt allidat? Non audis verba eius: *Mitte te deorsum. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Vt cadas iubet, vt deorsum te dimittas. Cecidit ipse vt fulgur de cœlorũ sublimitate, socios quaerit suarũ ruinarũ. Idẽd leuare contendit, vt deiectos illos cõtempnat, deprimat, vt humiliet vsque in profundum. Quid igitur stultius?

Tom. 1. Bellintani.

quid nocentius quàm gloriã mundi quaeritare? At verò nunquid solus diabolus, aut mundus, aut quæuis creatura spernit huiusmodi gloriosos? Deus, Deus ipse contemnit illos, abicit, deicit. Quoniã Deus disti paur ossa eorũ, qui hominib. placent: cõfusi sunt quoniam Deus spernit eos. Huius stulti dissipatur ossa, qui nihil habet solidi, nihil firmi, cum sit vanitas ipsa: quin magis dũ extollitur quaerens hominibus placere, de alto cadit, & ossa illius confringuntur, deiectus à Deo, dũ alleuaretur. Hoc est enĩ Deũ spernere, illũ deturbare de loco celsitudinis, in gloriũ reddere atq; despectum. Ergo videte vosmetipsos, vt nõ perdati, quæ operati estis, sed vt mercedẽ plenã accipiatu. Perdis opus (vt intendit Ioannes) si ex eo mercedem non accipis. Quid si malũ inde compares tibi? quid si damnũ? quid si damnationem? Merces inaniter operantis ad gloriã humanam, aut mala aut nulla est, aut falsa est & vacua.

Ergo mercedem plenam studiose adipsamur. Hanc reddit Pater cœlestis. Si benẽ feceris, scito cui feceris: Inquit Sapiens: & erit gratia in bonis tuis multa. Cui, quæso, elemosynam das, quando tuba canis, vt honorificeris ab hominibus: quicunq; ille sit, qui illam accipit, mihi videtur, quod ei illam das, pro quo das illam. Si ergo das, vt honorificeris ab hominibus, non Deo das, sed hominibus; imò neque hominibus, sed tibi ipsi, quia bonum tuum respicis, bonũ tibi spectas & expectas: consequens ergo est, vt à teipso mercedem expectes. Tu ergo tibi ipsi retribu, a teipso accipe mercedem. Sed quid? dum hoc facis, nunquid nõ malefacis? Ergo das malefactori, peccatori, iniquo, impio. Et quid expectare debeas emolumentu, discedã Sapiente, ita scribente: *Da bono, & non receperis peccatorem. Beneficio humili, & non dederis impio; nam au-plicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunq; feceris illi.* Esto, loquatur Sapiens non de misericordia, sed de iustitia distributiua, sine de cõmuni quadam beneficentia, in qua personarum delectus habendus est. At elemosynam quoque ita accomodantur, vt deat iusto & negetur impio, quatenus iustus illam mereatur, & illi seruit

G g ad in-

Psal. 12. 16.

1. Ioan. 3.

12 Ec. 12. 7.

Ec. 12. 5.

Pre. 14. Mat. 1. 1.

Nam. 4. 1.

Psal. 4. 3.

Psal. 11. 1.

Mat. 4. 6. Mat. 4. 9.

Mat. 10. 41

ad iustitiam faciendam, & quatenus iusto facit ad pietatem, iuxta quod dicebat Dominus: *Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Ita quod finis in hoc spectandus est magis, quam persona, ut iustitia vera intendatur & gloria Dei; repellatur vero impietas, quæ obfistit gloriae Dei. Ex quo sequitur vere iusto dari, quando studetur gloriae Dei in impio autem & peccatori, ubi humanos fauores expectamus, quibus contra Deum pugnamus. Quod qui facit, duplicia in bonis suis inuenit mala, quae videlicet, & infructuosa sibi sit iustitia ista, quae est elemosyna, & itidem perniciosa: Ergo ut mercedem plenam accipias, hac ratione da iusto, ut honorificetur coelestis Pater. *Benefac iusto* inquit Sapiens iste; & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certe à Domino. Quare enim das iusto? Quia est filius Dei: Quia Deo rem gratam facis: Quia hoc praecit Deus: Quia ad iustitiam prouocas insipientes: Quia Deus inde laudatur & glorificatur. Ergo Pater ipse Deus, quem honoras, reddet tibi retributionem magnam. Scito cui feceris, quando benefeceris, & erit gratia in bonis tuis multa: grata erit Deo gratia ista elemosynae tuae; grata hominibus. Et inde tu gratias consequeris & gloriam. Quae est gratia multa, mercesque copiosa. Sibi Deus Leuitas dono à filiis Israel dari voluit, ut Deus retribuens totum populum remuneraret, & totum haberet populum acceptabilem. Ad hoc vero Leuitas voluit, ut ipsi Deo ministrarent in cultu Tabernaculi. Ergo donum istud spectabat gloriam Dei. Hinc & de Aaron principe omnium ministrorum Dei scriptum est, quod stolam gloriae induit eum, qua Deo appropinquabat, ut in omnibus honorificaretur Deus. Hanc igitur Dei gloria intendamus fratres charissimi. Hanc quaeramus in omnibus. ut qui in omnia propter semetipsum operatus est, in omnibus honorificetur, & sit splendor gloriae eius super nos, & dum hic viuimus, & in aeterna vita, quam speramus. Amen.

Eccl. 12. 2.

Num. 8. 11

Eccl. 45. 9.

Pro. 15. 4.

M O R A L E

13 **H**uiusquam rationabilia sunt praeccepta Dei, quam a qua via illius? & propte-

rea quam peruersa via nostrae, qui recedimus ab illis, & declinamus à mandatis Dei? Omnium auctor est Deus: omnia propter semetipsum operatus est; non indigens aliquo, cum de omnibus quidquid habet boni, sed neque opus habet, ut illum laudemus & honorificemus. Etenim qui sibi ipsi gloria est, eaque infinita, habet & Filium, qui est splendor gloriae eius, qui honorificat Patrem suum. Quod ergo postulat ab hominibus glorificari, sic res natura comparatum est. Eiusmodi est Deus ipse, ut debeat ab omnibus honorari, quod sit summus & ultimus finis, propter quem omnia. Eiusmodi est creatura omnis, ut non nisi ad gloriam Creatoris, in esse produei potuisset: nam ex nihilo cum sit, a quo nisi à supremo agente possibile non est, educi. Ipsum vero primum agens, nisi propter quale sibi finem quiddam producere non potest est: ac propterea ut fieret creatura, necesse fuit intendi gloriae Creatoris, qui ut est primum efficiens, ita & ultimus finis est. Eiusmodi maxime est rationalis creatura, quae idcirco praeter ceteris omnibus suae naturae excellentia, & diuina maiore similitudinis expressione ad Deum accedit propius, ut eius etiam gloriam possit intueri, atque in ea beatificari; cuius propterea exaltationem & magnificationem debeat totis viribus procurare. Et hoc magis adhuc, quoniam huius creaturae tam nobilis pars magna recessit à Deo, quin & aduersus illum processit, contra illius gloriam pugnat: ut iure merito quae vel remanere integra, vel quae ad statum pristinum, siue aequalem, siue etiam maiorem reuocatur, ea conatu vehementiori debeat ipsum Altissimum honorare. Et maxime praeterea quod Creator ipse Altissimus, ut à suis, quos restaurauit, magnificaretur, illos potissimum in omnibus honorauit & magnificauit, seque illis presentem gloriose declarauit, & quomodo ab eis honorandus esset docuit, & ad id maximis adduxit beneficiis.

14 Tot ergo cum sint tantaque causa, quam obrem Deum nostrum gloria teneamus afficere; unde est quod ab hoc munere tam sumus alieni? Unde quod tot peccatis illi afficimus ignominia? Unde quod

vnusquisq; gloriam propriam quærit? Vnde quod bona illa pauca, quæ quasi Deum honorantes, efficiunt, ad nostram conuertimus exaltationem: Reddatur ratio huius tanti seeleris, si vlla est. Respondeat humana iniquitas, quæ infirmitas esse præcenditur. *Cælum sursum, & terra deorsum, & cor Regum inscrutabile.* An non potius peruersorum omnium prauum est cor & inscrutabile? Altitudinem cœli, terræ profunditatem ignoramus? Sed Reges sic occultant sua consilia, vt sibi secreta sua solis seruent, vt illorum non valeat homo rationem vllam reddere, sed quis tanti huius facinoris, quod omnibus ferè commune est, rationem poterit inuestigare, quandoquidem aduersus illud clamitet omnis ratio?

85. Si Deus tibi, ô homo, propositionem quandam naturalem dedit ad gloriam, illud est causa, quod similem valde sibi te creauit, vt idem esses veluti res diuina, & honore digna, & honorem diligens. Verum ista similitudo vt in suam prototypum tendat, cum natura sit comparatum, non quasi in se pulcherrimo, & a se, sed quasi ad eum pulchra, quia pulcherrimo similis ad illum, id totum quod gloriosum est, referri debet, extollere, eleuare. At tu tibi id seruas, tibi assignas, auare tibi ipsi quod Dei est arripis, improbe retines, animo possides obstinato. Quam gratiam Deus tibi in creatione iam fecit, vt ex eius similitudine gloriosus esses, vnde illius gloria, per tuam ostenderetur, eandem tu gratiam ad illius dedecus, vt solus tu appareas honorabilis, inique retorques? Vbi honorem accepisti, ibi tu in honorationem rependis, pro splendore tenebras reddis, pro claritate obscurum, pro honestate turpitudinem? Hæc enim est ratio cur ita facis? contra rationem agere? contra debitum? contra naturam ipsam, adde contra te ipsum, contra illam, quam expetis exultationem: Si ideo gloriosus apparuisti, quia summe gloriosi Altissimi similitudinem induisti quasi stolum gloriæ, simul ac ipsum Deum gloria sua expoliaueris, tu qui similis eius es, profectò nõ gloriosus iam, sed turpis apparebis.

An hoc non te parentes tui exemplo docuerunt? mox vt Dei gloriam sibi usurpare studuerunt? inglorij adeo turpesq; sibi metipsis visi sunt, vt se muro firma oculorum acie non auderent intueri. Vbi nunc est honor, laus, ô homo, dum Deum inhonoras? Homo cum in honore esset, non intellexit; vt similis fieret iumentis insipientibus, quibus non est intellectus. Cur homo confusus folia ficus, facisque tibi parizimata? num tanta est turpitudine, vt eam oculi ipsi sustinere non possint? quid facies miser, ante oculos Domini? fat cooperient, ipsam tuam turpitudinem perizomata illa? Si operuerunt satis, curte abscondisti a facie Domini Dei in medio ligni Paradisi? Cur Domino interrogante: *Adam ubi es?* respondes: *Audiui vocem tuam, & simui, eo quod nudus essem & simui?* Amissa gloria sua eam non valeret homo per se recuperare, etiam si naturam totam sibi adiungat auxilium. Quæ illi turpia sunt, hæc turpissima sunt ante Deum. Quod rectæ rationi displicet, id tanta turpitudine mundos Dei oculos offendit, vt neque ligna frondibus suis ac stipiribus tameris pulcherrima, atq; densa, illam valeant operire. Memento homo, qui cinis es, quod peccatum, vt appareat peccatum quantum quantum est, indiget lumine vultus Dei. Vidit oculus hominis aliquantisper eius turpitudinem, & putauit satis illam operam perizomatibus. At neque sic velatus homo ausus est comparere, ante oculos Domini, totus iam turpis erat, nudum se fateretur etiam perizomatibus indutus.

Ô turpitudinem, quæ honoris pulchritudinem quærens inuenit homo, & confusionem induit. Hæc est nostra hæreditas, ex turpitudine turpes nascimur & obsecuti? Lex illicitas viri & mulieris copulas prohibens vt ista phrasi: *Omnis homo non accedat ad proximam sanguinis sui, vt reuelat turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies. Turpitudine enim patris tui est.* Ergo & in licito connubio turpitudine reuelatur, quam ibi Scriptura vocat ignominiam & fœditatē. Ergo ex ignominia nati sumus, neque ob

aliud, nisi quia parentes nostri gloriae cupidi, dum sibi illa adiungere student, eam a Deo subtrahere non verentur, ut merito vlti in quo peccauerunt, pro vestimentis gloriae, operi sint ignominia, & confusio-
ne induiti. *Quid ergo, viam hanc sordidam ambulamus vniuersae carnis, ut gloriam,*

Psal. 92. 7.

quae soli Deo debetur, nobis ipsis tribuamus, nostram facere velimus? Dominus regnavit, decorem indutus est. Sis Rex tu,

Gen. 1. 28.

constitutus, quando dixit Rex Regum, nobis Dominantini piscibus maris, & volatilibus caeli, & vniuersis animantibus.

Atiumentis similis factus, iam super illa dominationem non habet plenam, quam tibi Dominus omnium largè concesserat: & propterea decorem exiisti, Et tu tamè indumento gloriae Deum expoliare moliris, ut illo indutus tu in oculis hominum:

Exod. 28. 2.

appareas gloriosus? Moyse praecipit Dominus: Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriae & decorem: Vt ita Deum gloriosum quodammodo referret. Addit Sapiens: Non est indutus illa alienigena:

Eccl. 45. 16.

aliquis, sed tantum filij eius soli, & nepotes eius. Quis ergo temerarius audacter nimis gloriae istam Dei atque decorem sibi praesumer applicare, illaque circumuestiri: o hominum temerariam nimis praesumptionem!

18. Isti fures sunt & latrones, qui non ouem tantum de ouili, sed gloriae de cubili, furto putant se Deo subtrahere. Qui ante Deum veniunt, se ante Christum faciunt, dum Christi gloriae, dum Dei honorem ad se trahunt. Sed quid tandem? *Quomodo confunditur fur, quando apprehenditur: sic illi confusi sunt.* Audi illorum confusionem. Quam vilis facta est nimis, iterans vias tuas. Et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Aethiopia. Nam & ab ista egredieris, & manus tuae erunt super caput tuum. Quoniam obtinuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea. Vt intelligas Scripturam, noueris, quod in ea illi gloria datur, in cuius virtute confidit quis, & in eo gloriatur, qui petit auxilium. Quod si res in contrarium cadat, ut inde potius accipiamus de-

1. Cor. 1. 26.

trimentum, à quo emolumentum sperabatur, redit gloria in confusionem. Populus dum idolis fidebat, dum ab Allyrijs petebat auxilium, dum ab Aegypto, à Deo derelictus maiori afficiebatur tribulatione, Domino conterente confidentiam eius, quam in huiusmodi vanis habebat auxiliatoribus: & ideo dicit, quod eorum manus essent super eorum caput, quoniam qui valde pudefcit, suis vultum manibus operit. Tu ergo, qui in te ipso gloriaris, ut confundaris necesse est; sicut fur quando apprehenditur, quod gloriae Dei furatus sit, quam tamen restituere cogitur, addita & quinta parte, dum non manu sua, quae est quinque digitorum, declarat, nisi quid honoris, se Dei virtute fecisse. Vides malum, quod geritur: Dum Deum inhonoras, te ipsum inhonoras, dum tollis quod Dei est, perdis quod tuum est. Perdis tempus, perdis laborem, perdis apus, perdis gloriae, perdis Deum, ac te ipsum denique perdis. Heus! videre ne perdati, quae operati estis: Tibi ipsi, quae ad applica quod monet Salomon. *Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quemquam labijs tuis.* Testis frustra est, qui iurat in dolo proximo suo, allumens nomen Dei in vanum & frustra. Contra id quod lege cauetur: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habet insonitum Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Lactat labijs; qui blande loquitur sed in dolo. Quod proximo facere prohiberis, hoc ne tibi ipsi facias; magis intendit eloquium Dei. Falsum tibi persuades non minus firmiter, quam iuramento; tibi ipsi blandiris, te gloria dignum; tibi ipsi esse persuades, dum tibi placeas, dum in te gloriaris, dum te ipsum exaltas & tollis in tublime. Sed non debemus nobis placere, non nobis adulari neque lactare nos, quia totum & contra naturam est, & contra nostram utilitatem. At si Deum glorificemus, omnia nostra sunt Deo consecrata solos capillos de se offerebat. Caput capillis aperit Dei gloriae significat, ut docet Apostolus. Completa sanctificatione capilli, quos seruare tenebatur toto tempore suae consecra-

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

1. Cor. 1. 26.

secrationis, igni comburebantur, quæ erat protestatio, quod Deo darentur, vt fiebat quoq; in omnibus sacrificiis. Heu! gloriam Deo dare, capillos nostros est illi offerre; non caput ipsum petis, capillos duntaxat; non manus, non pedes, non corporis aliud quiddam. Heu! quam modico contentus est Deus, & id modicum tamen iniuste subtrahemus illi; detrahemus? rapiemus? Et quid inde continget nobis? libertatem perdemus cum Samson, oculos, requiem, existimationem, vitam: Captus enim fuit, oculis priuatus, mola adductus, irrisus denique, & ad ultimum interemptus. Ergo soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

ad illum accipiendum missos cædens, occidens, lapidans; post hanc enim, immo quasi propter hanc ingratiſſimam impiorum retributionem decreuit summus Prouisor mittere Filium suum, dicens: *Verobuntur filium.* At verò vnde factum est, quod nimiam illam suam charitatem amplificauit maximè, ad certam mortem tradens eundem Filium suum, vt illius morte mundum viuificaret? hoc ex verbis eius apparet processisse ex intolerabili & ingratiſſime, & scelere agricolarum, qui *videntes filium dixerunt: Hic est heres venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius.* Propterea enim & filius ipse testatur se ad obsequendum excellenti Patri: venisse propter indigna illi exhibita obsequia populi sui. Audiens quippe conquirentem Patrem contra Iudæos. Quod mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Ne offeratis vltra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Solemnitates vestras odiui tanima mea. Facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens: Se huic prospicere tanto malo promptu ostendit, & obrulit. Vocem eius audimus in Psal. *Psal. 39.7.* mo. Sacrificium & oblationem noluit, aures autem perfecisti mihi. Holocaustu & pro peccato non postulasti. Tunc dixi ecce venio. Inde veluti occasionem tanti sacrificij offerendi arripens, quod vetera illa iam veterascerent, & digna essent quæ repudiarentur. Quod quia mirabile est nimis, præposuit ipse Filius. Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Innumera sunt (inquit) mirabilia Domini, sed in hoc vno comprehenduntur omnia, quæ ideò, qui hoc præstat, factò magis, quam verbo annuntiat vniuersa. Si cogitationibus nostris assequi possemus nõ essent mirabilia, non sic ea contemplantes, repleremur stupore & extasi. Ergo sic operatus est; vt stuporem adderet super stuporem, atq; ita magis accenderet nos ad hæc con-

FERIA VI. DOMINICÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Simile est regnum cælorum homini Patri familiars, qui plantauit Vincam. Matth. 21.

ARGUMENTVM.

Quid sit fructus huius vineæ. Ostenditur esse Dei honorem. Quanti Deus faciat hunc fructum. Quomodo istum reddere debeamus.

MIRVM est cum solus sit bonus Deus, a quo bona cuncta procedunt, dona sua maiora amplè communicaturus, expectare videatur rationes quasdam siue occasiones ex hominibus assumptas ad tanta bona largè expandenda super latitudinem terræ. *Plantauit a se Vincam, & sepe circumdedit ei, & fudit in ea torcular, & edificauit turrin, & locauit eam agricolis.* At nimiam illà charitatem suam, qua sic dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; tunc ostendit, tunc commendauit, quando inimicus homo retribuit mala pro bonis, non reddens fructum vineæ, sed seruos quoq;

Gg 3 remplanda

templaria mysteria. Debemus itaque ea contemplant, hocq; potissimum, nempe qd Filius ipse Dei tenet morte sua mundum saluare; quod est aliorum omnium compendium sufficientissimum. Ideo enim in parabola nobis propositum est.

2. In qua tria sunt consideranda. Primum, quid sit fructus vineæ. Secundum, quanti Deus faciat fructum istum. Tertium, quomodo fructum hunc eos reddere debeamus. Quoad primum statuitur, quod proprius fructus vineæ est honor Dei. Si enim omnia propter semetipsum operatus est Dominus, quid ab operibus suis accipit Deus non indigens aliquo, nisi gloriam & honorē? Ut honoretur ergo Deus in creaturis suis, illas effecit: atque creauit molem hanc magnam, in qua honoraretur, & magnificaretur, qui in seipso gloriosus est & magnus. Illa est vinea. Hic est fructus. Sed quia vitis nobilissima huius vineæ est homo, unde fructus præcipuus expectatur & optimus; propterea singulatis vinea est homo ipse. At verò quoniam magna hominum pars viciata in sua radice per uerborum ordinem proprii honoris, quoniam & diuini appetentiam, ubi debuit Deum honorare, inhonorauit magis. Idcirco ex omnibus gentibus populum vnum sibi elegit, qui, ut præcipue & fecunda vinea, redderet ei fructum istum optimum honoris & reuerentia. De quo populo ait Propheta: *Vinea Domini exercituum domus Israel est.* De fructu verò Psalmus canit: *Notus in Iudæa Deus in Israel magnum nomen eius.* Ratio autem huius est, quoniam populus iste & regnum Dei est & filius. Ad regnum autem & ad filium pertinet, honorare regem & patrem. Quod regnum sit, habet Dominus dicens Iudæis: *Aufertur à vobis regnum vestrum, & dabitur genti facienti fructus eius.* Gens quippe ista dum populus Dei est, regnum Dei, super quod Deus singulari prouidentia regnat. Unde dixit Ius Dominus a principio: *Eritis in vobis in periculum de cunctis populis: mea est enim omnis terra, et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Et Samuelis quem populus postulato Rege repudiauerat, di-

Is. 57.

Psalm. 75.

Exod. 19. 5.

xii Dominus ipse: *Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos.* Et propterea facta translatione regni ad gentē, quæ facit fructum, quæ est Ecclesia, repudiato antiquo populo, ita ut præterea non sit populus, Principes Apostolorum populo huic nouo scribit: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium gens sancta, populus acquisitionis.* Quare autem huic elegerit populum Deus, qui est possessor cæli & terræ, insinuat aperte vocans per Moysen regnum sacerdotale, & petrum sacerdotium regale. Nam sacerdotum propria functio est, diuino cultu Deum honorare & sanctificare. Ideo huic regno additur sacerdotium, veluti quid essentiale cum illo: ut ex hoc appareat, proprium munus huius regni esse Deo honorem tribuere. Propterea & Petrus dixit: *Populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de cælestibus vos vocauit in admirabile lumen suum.* Quod est dicere: Christus sanguine suo vos acquisiuit, & regnum suum fecit, ut illius virtutes prædicetis, qui tantā vos gratiā profecutus est, illum magnificantes & sanctificantes. Et verò quis honorandus nisi Rex? *Deum timeo* (inquit Petrus) *Regem honorificate.* Unde & ipsemet Deus, quia Rex est, debet glorificari. Propterea idem Petrus de illo ait: *Ipse gloria & imperium.* Quare gloria: quia imperium. Ita & Paulus, Deo tanquam Regi gloriam tribuit & honorem: *Regi seculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum.* Regi (inquam) illi, qui solus est Deus, honor sit & gloria. Ergo cum vinea ista & populus sit regnum Dei, illius fructus & functio est, Deum ipsum, qui Rex eius est, potissimum honorare.

Rursus quod populus iste, qui est vinea & regnum Dei, sit filius Dei, habet Deus ista dicens per Moysen Pharaoni: *Primo genitus meus Israel: Dimiste filium meum, ut seruiet mihi.* Et in Osee: *Puer Israel & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filium meum.* Nam quod de populo loquatur quem veluti puerulum nuper natum illi eduxit de Aegypto, docens præcedentia & sequentia in Propheta, & manifestum est

ex modo dictis, populum ipsum vocatum à Deo filium suum, quem propterea quoque ut filium eduxit de Ægypto. Præterea & Septuaginta sic habent: Ex Ægypto vocavi filios meos. Ita de populo interpretantes prophetica verba. Nec obstat quod Matthæus Evangelista de Christo citat verba ista, sed fauere magis proposito. Narrans quidem ipse reuersionem Christi de Ægypto in terram Iuda, addit: *Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam: Ex Ægypto vocavi filium meum.* Primum enim hinc apparet, exitum Israël de Ægypto figuram fuisse huius reuersionis Christi ab Ægypto in terram Iuda, quæ figura ut esset euidentior, nomine filii voluit Deus populum appellare. Secundo, ipsum populum à summa illius excellentia denominari decuit, quæ maximè ista est, nempe quod vnus de populo ipso, sit verè filius Dei etiã naturalis, propter quem totus ipse populus appellatus est filius Dei. Vnde principaliter quidem Christus vocatus ex Ægypto filius est Dei, consequenter vero totus populus. Adde tertio quod Deus educturus populum de Ægypto, in primis Christum spectabat, qui ex populo illo fuerat nasciturus, propter quæ ideo totum populum filium nominauit, eumque primogenitum. *Primogenitus* (inquit) *meus Israël. Dimitte filium meum.* Et propterea percussit omnia primogenita eorum. Non ergo prohibet quod populus vocetur filius Dei, quia de Christo dictum est. Ex Ægypto vocavi filium meum, sed magis id est causa, ut populus ipse vocetur filius Dei. Huc facit promissio illa Abraham facta. *Omniem terram, quam conspicu tibi dabo, & semini tuo vsq; in sempiternum, faciamq; sementuum, sicut puluerem terra. Si quis possit hominum numerare puluerem terra, semen quoque tuum numerare poterit. Semen quippe istud Abraham, quod sint filii Israël descendentes ab eo per Isaac, apertissimum est ex verbis Dei dicentis Abraham: Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti: & post hæc egredientur eam magna substantia: Pater enim hoc dictum de seruitute populi in Ægypto; vnde egressus est tan-*

dem cum magna substantia. Et tamen semen illud dececinit Apostolus fuisse Christum, dicens. Abraham dicta sunt promissiones, & semini eius, non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo, quod est Christus. Sicut ergo per semen Abraham & populus intelligitur & Christus, ita per Filium Dei vterque habet intelligi. Et hoc potissimum dicente Apostolo: *Omnes filii Dei: estu per fidem, quæ est in Christo Iesu. Si autem vos Christis Ergo semen Abraham estis, secundum promissionem, hæredes. Vbi vides eundem & Filium Dei, & semen Abraham.*

Ex quo sequitur, quod si antiquus populus iure propter Christum Filium Dei, filius Dei dictus est; rectius & euidentius diuina ista filiatio tribuitur populo Christiano, qui est corpus Christi. Et ipsius Christi nomine intelligitur Christianus, qui passus est pro nobis, & simul cum illo tota Ecclesia, quæ est corpus eius. Quod excellenter Oseas propheta delineauit, qui postquam repulsam prædixit Iudæorū, translationem regni sui ad gentem, facientem fructus eius, quæ prius non erat populus neq; regnum Dei, prædicens ait: *Et eris in loco vbi dicitur eis: Non populus meus vos, dicitur eis: Filii Dei uiuentis.* Vt videas aperte, quod pro eodem accipitur, & populus Dei & filius Dei. Vbi aduerte qd præcipiens Deus propheta, ut accipiat sibi uxorem fornicationum, & faciat sibi filios fornicationum, intendit per adulterã & filios adulteros, eandem synagogam & eundem populum, qui cum deberent esse legitimi filij Dei, facti sunt filii alieni & non filii eius, in sordibus fornicationum & cultu falforum Deorum. Ergo qui populus verus est, verus est & legitimus filius Dei. Et hoc maximè verum in populo Christiano, qui agitur spiritu Dei.

Hinc ergo iam apparet, quare ad nos in primis spectet honorare Deum. Præcipit enim Lex: *Honora patrem tuum & matrem: 12.* & Deus in propheta: *Filius honorat Patrem, Deut. 5. 16.* & seruus Dominum suum. *Si ergo ego Pater, vbi est honor meus?* Et propterea hæc ratione voluit Deus populum dimitti, ut tanquam filius illum honoraret: *Dimitte* (inquit)

Gal. 3. 26.

Oseas 10.

Oseas 2.

Exod. 20.

Deut. 5. 16.

Mal. 1. 6.

Mat. 2. 15.

Exod. 4. 22.

Exod. 13. 8.

Gen. 13. 15.

Gen. 15. 13.

Exod 4. 22 (inquit) *filium meum, ut seruiat mihi*: Quæ
 Exod 5. 1. seruitus erat sacrificium. Vnde frequenter
 3. 1. reperitur. Dimitte populum meum, ut sa-
 crificet mihi. Et Pharaon aliquando dice-
 bat: *Dimittam populum, ut sacrificet Do-*
mino. Sacrificium autem maximè honorat
 Deum. Propterea Christus, qui & primo-
 genitus Dei est & vnigenitus, hoc solum
 spectauit continere, ut Patrem honoraret.
 Ioan. 8. 49. Hinc quoque dicebat: *Honorifico Patrem*
meum. Propterea & doctrinam suam & o-
 pera sua in Patrem referebat, ut illi soli glo-
 riam exhiberet. Dicebat enim: *A me ipso*
 Ioan. 8. 29. *facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc lo-*
 Ioan. 14. 10. *quor*. Item, *Verba, quæ ego loquor vobis, à*
me ipso non loquor. Pater autem in me ma-
nens, ipse facit opera. Ecce ergo fructus vi-
 neæ Domini, quem ferre debet, cum ipsa
 sit & regnum Dei & verè filius Dei. O in-
 signitimum documentum, quod nos hinc
 debemus trahere: nempe quod propria
 functio nostra est Deum honorare, ma-
 gnificare, & glorificare. Ut verè sit conse-
 quens, quod qui Deum non honorat, nec
 populus eius est nec filius eius. Heu! qui
 blasphematis, qui Deum inhonoratis, qui
 vestris operibus malignis obsecratis no-
 men Domini, num inter filios Dei recen-
 sebimini? Et Satan visus est inter filios
 Dei, sed non erat ipse filius Dei, sed aduer-
 sarius, sed calumniator, & accusator fra-
 trum suorum. Memores estote dictum à
 Apoc. 12. 10. sapiente: *Confusio Patris est de filio indisci-*
 Eccl. 21. 3. *plinato*. Sic iactas filium Dei, & discipli-
 nam tamen abicis, aliud profectò non co-
 naris, quam Patrem cælestem inhonora-
 re, quam Deum ipsum confundere: & ille
 est fructus vineæ?
 Quanti autem faciat Deus fructum i-
 stum vineæ (quod erat secundum conside-
 randum) ex pluribus licet internoscere. Ex
 vineæ plantatione & locatione, ex millio-
 ne seruorum & filii, ex agriculturalum perdi-
 tione & vineæ translatione.
 Vineæ plantatio cum requisitis omni-
 bus, sepe, torculari, & turri est sufficiens
 eorum creatio, vnde potuit Deus & debuit
 per creaturas & à creaturis glorificari.
 Rom. 1. 20. adeo ut inuisibilia Dei, sempiterna quoque
 eius virtus & diuinitas, per ea quæ facta

sunt, hominibus reuelata sint a Deo, & ita
 verè Deum cognouerunt; pro cuius noti-
 tia ipsum glorificare tenebantur, in tantum
 quod si non facerent, essent inexcusabiles.
 Et postea ipse Deus interpellari: *Quid de-*
bui Altrafacere vinea mea & non feci ei?
 Num admitteretur illius excusatio, si fru-
 ctum non reddat me glorificando & gra-
 tias agendo? Quod si plantationem hanc
 ad peculiarem populum ex gentibus om-
 nibus à Deo sibi delectum restringamus:
 Num defuit aliquid huic vineæ, vnde non
 debuit fructum hunc diuine glorifica-
 tionis reddere abundanter? Propterea iu-
 re merito increpat illam: Deus de sua hac
 maxima defectione & ingratitude. Ego
 Ioan. 1. 1. *autem plantavi te* (inquit) *vineam electam*
omne semen verum: quomodo ergo conuersa
es mihi in prauum vinea aliena? Quod si
 adhuc Christi Ecclesie vineam istam ad-
 dicamus, quanta fecit Deus, quanta passus
 est Christus, quantis donis repleuit eam
 Spiritus Sanctus, ut in omnibus ab ea ho-
 norificetur Deus? O nostrum immensum
 debitum Dei glorificandi!

Locatio vineæ agricolis facta, est facul-
 tas fructificandi cum obligatione nobis
 collata, quæ quamuis in parabola à planta-
 tione distincta sit, re eadem idem est, dum
 enim plantat, omnia nobis tribuit & exhibet,
 quibus possimus & debeamus Deo
 seruire, ipsumque diligere & honorifica-
 re. Partem istam veluti locatio-
 nem, distincte voluit Aluissimus exprime-
 re, quando educto populo de Ægypto, &
 veluti plantata vinea, legem tulit, eamque
 populo ipsi proposuit, petens ab eo an vo-
 luerit ipsam obseruare. Quamquam enim
 & omnis homo, & potissimum populus ab
 Exod. 1. 1. *eo electus* teneatur Deo obtemperare:
 Deo tamen placuit cum illo fœdus inire,
 ubi liberè pollicitus est populus, se diui-
 nam legem perpetuò obseruaturum. Quod
 Diu. 1. 1. *ut firmus eorum mentibus inhaereret*, de-
 cauo percussit fœdus cum eis, vnde se tene-
 ri ad illius obseruationem cognoscerent e-
 uidentius. Eisdem & Iosue ante mortem
 suam ad eandem promissionem prouoca-
 uit. Qui propterea dixerunt: *D. meno Deo*
 Ios. 24. 1. *nostro seruiemus, & obediētes erimus* pra-
 ceptis

ceptiui. Quæ omnia faciunt ad intelligendum quanto vinculo, quamque forti nos fideles teneamur diuinæ atque Evangelicæ legi, & debeamus totis præcordiis maximoque studio Deum exaltare in operibus nostris. Audientes Apostolum: *1. Cor. 6. 20* *Empti estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Heu! quid facimus?

terni honoris; fundatur in hoc, quod honor Patris cœlestis, est illius manifestatio. Nam secundum nomen tuum Deus, ita & *Psal. 47. 11* *laus tua in fines terra;* non sic aliorum quorumcunque. Porro sunt quædam, quorum conditio & mores si manifestentur, opprobrium est illis. Salomonis consilium *Prou. 25. 9.* hoc aperte testatur: *Causam (inquit) tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesset.* Certè si secretum illud fuisset honore dignum, timendum ab eo non esset cur fuisset reuelatum, ne insultaret aut exprobraret. Deus, qui solus est bonus & potens, tantum honoratur, quantum manifestatur. Ergo honorat ille Deum, qui nomen illius manifestat atque virtutem. Cuius vero est illum manifestare? illius certe, qui est splendor gloriæ & figura substantiæ eius. *Hebr. 1. 3.* *Hic, si se nostris proponat obuius, Patrem declarat.*

Missio seruorum frequens est prouocatio, quia nos Deus illicet & impellit, vt debitum illi sedulo præstemus obsequium: quod quia & antiquitus fecit per sanctos suos, maxime Prophetas & per pastores semper & doctores, testesque suos facit, qui plurimum male habiti sunt & habentur: propterea dicitur in parabola, quod cæci & interfecti sunt. Quia in re apparent maxime, quàm huius fructus vineæ suæ sit cupidus Altissimus, quandoquidem vt illum accipiat laboribus, opprobriis, cædibus, & nec ipsi exponit seruos & amicos suos, adeo vt seipsum dicat illos occidisse. *En illius vox: Propter hoc dolauit in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei.* Propter hoc (inquit) quia illorum misericordia, id est virtus erat quasi ros manè pertransiens; modicum ibi fructum, & quasi nullum reddebant: propterea dolauit in Prophetis, id est Prophetas, Hebraica phrasi, eos cedens sicut quando dolatur lignum: & ponere in ore eorum verba mea, quæ referrent ad populum non credentem, sed contradicentem, in causa fui, quod occideretur ab eo, vt ita videlicet inducerem populum ad magnam misericordiam & virtutem, quæ magis volo quàm sacrificia eorum. Ergo fructus appetentiâ, misit Deus seruos suos & ad mortem deputauit.

Dicebat enim: *Qui me videt, videt & Patrem meum. Quomodo ergo tu dicis: Ostende nobis Patrem?* Ita enim manifestauit nomen eius hominibus. Rursus dicebat: *Ne que Patrem qui nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare.* Quod autem de Patre in primis Filius manifestare venerat, chantas Patris est. Ideo enim maxime Patrem illum vocat, quod est nomen amore plenum. Patrem vero, non suum modo, sed & nostrum. *Ascendo (inquit) ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Et frequens dicebat: *Pater vester. Scit enim Pater vester. Et, Pater tuus, qui videt in abscondito. Pater autem diligit Filium, vt Filius ipse testatur. Diligit ergo nos Pater cœlestis, si filii sumus illius.* Qui ergo Patrem illum nostrum esse declarat, eius in nos niam manifestat charitatem. Hoc autem facit Filius, qui est imago bonitatis & charitatis illius, atque ita illum clarificat: ipso attestante, qui dicebat: *Ego te clarificauit super terram. Manifestaui nomen tuum hominibus.* *Ioan. 17. 4*

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus est: Ergo dum Filius Patrem manifestat, manifestat & Spiritum Sanctum, qui est amor Patris in Filium; neque minus seipsum quoque manifestat.

1. Cor. 6. 20

8

10. 11.

Os 6. 5.

9

Dant. 11.

10. 24. 11

Psal. 47. 11

Prou. 25. 9.

Hebr. 1. 3.

Ioan. 14. 9.

Mat. 11. 27

Ioan. 20. 17.

Mat. 6. 32.

Mat. 6. 41.

6. 38.

Ioan. 3. 35.

6. 20.

Ioan. 17. 4

10

Non enim Pater est sine Filio: & si Pater diligit Filium, non minus Filius Patrem diligit, quin magis eodem amore nedum mutuo se inuicem diligunt Pater & Filius, qui amor vniuersique nexus est & vnio. Propter hanc ergo manifestationem conuenientius missus est Filius. Quamuis enim vnaquaque persona sese & notam facere possit & notam faciat, decreuit tamen diuina Sapientia, vt altera potissimum alteram declararet. Vnde Filius ad Patrem:

Pater clarifica Filium tuum, vt Filius tuus

Ioan. 17. 1. clarificet te. Et de Spiritu Sancto: *Ille me*

Ioan. 16. 14. clarificabit. Et Filii potissimum, qui est Dei Sapientia, est Patrem atque Spiritum Sanctum manifestare.

Attende ergo. Si venisset Pater ad redimendum nos, appareret quidem charitas ipsius Patris, at non ita charitas Filii, qui partem, vt persona distincta à Patre, non videretur habere in hoc tanta charitatis opere. Neque enim Filii est Patrem mittere: At dum Pater mittit Filium, fit manifestus amor Patris, qui habens Filium dilectissimum, misit illum pro salute mundi. Apparet nihilominus manifeste amor Filii, qui diligens Patrem, sicut mandatum dedit illi Pater, sic facit. Et videns quod Pater ita diligit mundum, vt illi det charissimum sibi Filium, diligit & ipse mundum, & seipsum pro illo tradit. Vnde ex hoc opere nobis ostenditur, quod se Pater & Filius mutuo diligant, quo amore coniuncti vnâ

Ioan. 5. 37. salutem hominum operantur. Ideo frequens Dominus se missum à Patre declarabat, vt mittētis elucidaretur amor simul

Et seq. Psal. 39. 7. & missi. Quin & in Psalmo vtrumque distinxit, distincteq; declarauit vbi dicit: Sacrificium & oblationem noluisi, aures autem perfecisti mihi: siue vt refert Paulus:

Heb. 10. 5. Corpus autem aptasti mihi. Deinde: Holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi: Ecce venio. Vides mittentem Patrem? aures perfecisti mihi. Vides venientem Filium? tunc dixi. Ecce venio. Quid est verò aures perficere? Auris est audire, & per consequens obaudire & obedire. Auris ergo perfectio, est obedientia. Perficit ergo aures, qui implet illas obedientiâ. Incipit autem implere, qui præcepto perfectissimo

implet auditum: complet, qui obedientem facit. Summum autem præceptum, est Patrem iubere Filio, vt pro seruis & talibus subeat mortē, talemq; mortē. At quomodo posset Filius æqualis Patri parere illi, cū sit & ipse Dominus omnium nulli subiectus, sedens in eodem throno cum Patre & Spiritu Sancto? Ergo vt posset verè obedire, corpus aptauit illi Pater, pelle & carnibus vestiuit illum, ossibus & nervis; & hic habitu vt homo inuentus est, habēs & aures, quibus præceptum audire posset, & corpus quo posset implere. Id quod perfectissime libens & volēs impleuit. Vnde ait: *Venio, vt faciam voluntatem tuam: Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Totis (inquam) visceribus ac omni prorsus affectu hanc legem tuam, & hoc præceptum ad summum obseruauit. En quanta Sapientia, quantaq; charitate misit Deus Filium suum, vt acciperet de fructu vineæ.

Quare autem ad mortem missus sit, iam nunc videamus. Nam ad illam missus esse, non est ambigendi locus; quando dixit ipse Christus. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vni-genitum daret; vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vides morti addictum, priusquam veniat, quando mors eius, ipso testante, figurata est in eleuatione serpentis in ligno per Moysen in deserto. Vides nihilominus eundem fidei fructum, nempe vitam æternam, assignatum & passioni & missioni, vt dubium non sit, quod ad Crucem missus sit. Cur verò ad Crucem? ex eadem radice ratio trahatur, vnde ratio est, cur ad vineam missus sit, nempe quia fructus vineæ honor est Dei. In Cruce enim exaltatus, Patrem exaltauit. Hortabatur Tobias filios Israël dicens: *Regem sæculorum exaltate in operibus vestris. Iuxta quod & Dominus: Videte opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.*

Quod verò opus bonum fuit vnquam, aut esse potest simile huic, quod operatus est Dominus in medio terra? Opus (inquit) conium

1. *consummaui quod dedisti. ut faciam Meus*
cibus est. ut faciam voluntatem eius. qui
misit me. ut perficiam opus eius Ergo in o-
 pere isto Deus magnopere exaltatus est.
 Propterea Christus in Psalmo, postquam
 se Deo exhibuit holocaustum, & prope-
 caro sacrificium & oblationem, illico sub-
 iecit: *Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclē-*
sia magna. Iustitiam tuam non abscondi in
corde meo: veritatem tuam & salutare tuum
 dixi. *Non abscondi misericordiam tuam,*
 10. *veritatem tuam à concilio multo.* Ista qui-
 dem annuntiatio potest intelligi & de ve-
 ritate, quam ante mortem prædicauit, cu-
 ius causa crucifixus fuit; & de doctrina
 Euangelica, quam post mortem suam per
 Apostolos suos, & Ecclesiam ubiq; terra-
 rum diuulgauit. At potissimum patiens ac
 moriens Dei Patris iustitiam annuntiauit
 & misericordiam, atque ad eodē veritatem &
 salutare, id est salutem. Atq; ita Patre sum-
 me glorificauit. Ideo enim se vsq; ad mor-
 tem turpissimam crucis humiliauit, vt ho-
 norem ab homine Patri sublatum eidem
 Rom. 15. 3. restitueret. Hoc enim est, qd dicit Paulus:
Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut
 Psal. 68. 10. *scriptum est: Impropria improperantium*
tibi ceciderunt super me. Sicut hominibus
 placere est ab illis gloria aucupari: ita sibi
 ipsi placere, est gloriam propriam quære-
 re. Hoc modo Christus non sibi placuit.
 Ioan. 8. 50. Vnde dicebat. Ego non quero gloria mea.
 54. Si ego honorifico me ipsum, gloria mea
 Psal. 68. 8. nihil est. Et in Psalmo: Propterea sustinui
 9. opprobrium, operunt confusio facie mea.
 10. Extraneus factus sum fratribus meis, & pe-
 11. regrinus filius matris meæ. Quoniā zelus
 12. domus tuæ comedit me, & opprobria ex-
 13. probrantium tibi, ceciderunt super me. Et
 operui in ieiunio animam meam, & factū
 est in opprobrium mihi. Et posui vesti-
 mentum meum cilicium, & factus sum il-
 lis in parabolam. Aduersum me loqueban-
 tur, qui sedebant in porta, & in me psalle-
 bant qui bibebant vinum.
 14. Sustinuit autem Christus opprobrium
 2. Ioan. 9. 24 & confusionem, quia totum, quod fecit in
 3. Ioan. 8. 19 terra, fuit opus Dei & obedientia Patris, &
 4. Ioan. 10. 20. tamen propterea reputatus est a peccator,
 5. Ioan. 9. 3. b. demoniacus, c. blasphemus, d. seductor,

& e reus mortis. Vnde fratres sui id est po-
 pulus suus, abiecerunt illum, tanquam ex-
 traneum & exterum, qui dignus non esset
 cum illis conuiuere, & quod perisset ani-
 ma eius de populo suo. Ideo, & gentibus
 tradiderunt ad illudendum & crucifi-
 gendum, & principes in primis ac iudices
 (hi enim sunt sedentes in porta) loqueban-
 tur aduersum eum & querentes falsum te-
 stimonium contra eum, arguentes eum
 condemnantes, & apud Pilatum h. accu-
 santes & coram i. Herode, k. instantes cla-
 moribus magnis vt crucifigeretur. Et quā-
 nis protestarentur quod secundum l. le-
 gem deberet mori, tamen ex ebrietate, id
 est, affectionibus inordinatis, puta inui-
 dia, superbia & auaritia hoc moliebant
 tur. Hoc est vinum quod bibebant. Et hoc
 pacto exprobrationes omnium hominū,
 qui per transgressionem legis Deum inho-
 norabant, qui gloriam Dei dabant sculpti-
 libus, qui per incredulitatem Deum blas-
 phemabant, super Christum ceciderunt, k
 quandoquidem peccata illa omnia pertu-
 lit ipse in corpore suo super lignum, vbi
 mortem obiit turpissimam. Atq; ita amo-
 uens à Patre tantas iniurias, contumelias,
 offensiones, Patrem suum maximo affectu
 honore. Merito ergo Filius ab agricolis
 occidendus missus est, qua morte glorifi-
 caturus erat Deum Patrem. Nunquid er-
 go ex his non apparet manifestissime, quā
 auidē cupiat Deus fructum gloriæ suæ? &
 per consequens quam solliciti esse debeat-
 mus, vt gloria sit semper Deo nostro, &
 quam indignum sit, quod à fideli quocun-
 que quoduis committatur, quod non sit
 ad gloriam Dei?
 Hanc eandem magnam Dei honoris
 exultationem nobis aperit veteris illius
 populi repudium, non ob aliud factum nisi
 quia fructum non reddidit Deo sibi debi-
 tum, id quod pater maxime in seruorum &
 Filii Dei interemptione. Synagogam te ne-
 bat Deus vt sibi dilectam Iponiam, populū
 illum vcluti charissimum filium diligebat,
 adeo vt illum sub eodem nomine cōpre-
 henderet. quo & Filium suum sibi coæter-
 num nominabat: quin & ad ipsum populū,
 ipsum connaturalem Filium destinauit ad
 Hh 2 illius

26. 65. Marc. 27. Ioan. 10. 36. Mat. 27. 63. Ioan. 7. 12. Mat. 27. 6. Marc. 14. 64. Mat. 27. 2. Marc. 15. 1. Mat. 26. 19. Marc. 14. 55. Mat. 27. 12. Marc. 15. 3. Luc. 23. 2. Ioan. 18. 29. Luc. 23. 10. Luc. 23. 23. Marc. 15. 13. Mat. 27. 23. Ioan. 19. 6. Ioan. 19. 7. Pet. 2. 24.

illius salutem. At illum videns experientique tam ingratum tamque rebellem, tandem abiecit à se, par pari referens, quasi diceret. Tu Filium meum charissimum extra vineam eiecisti & occidisti; & ego te, quæ ut Filium charissimum diligebam, vineæ meæ faciam exortem, & honorem auferam à te, ut ultra non sis populus & filius meus, te, quoad hoc esse nobilissimum, interficiens. Si sponsam abiicit, si filium repellit, eo quod fructum non reddat, hoc non est euidens argumentum, quod vehementer desideret fructum istum? Hoc ut fieret manifestum, sponsa ac filii nomine populum illum veterem designauit, quæ sponsam demum propter illius perfidiam Vxorem appellat fornicationum, & quem filium nominibus appellauit reiectionis, nempe absque misericordia, & Non populus meus.

6. Obscurum autem videtur, quod primo non men dederit Iezrahel caulam istam adiuiciens. Quoniam adhuc modicum (inquit) & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israël, & in illa die conteram arcum Israël in valle Iezrahel. Vide historiam vbi vinea Naboth Iezrahelire, per summam impietatem ablata est ab eo, illi insidiante Iezabel: & vbi Iehu occidit Iezabel; vbi in agro Iezrahel canes comederunt carnes Iezabel: & noueris quod Iehu assumptus ad regnum, ut vlcisceretur sanguinem Naboth contra Iezabel, quia secutus est peccata Ieroboam: In quarta generatione filiorum suorum priuatus est regno; quo figuratum est, quod tota domus Israël regno erat propter suam ingratitudinem demum priuanda: idcirco filius fornicarius primus dictus est Iezrahel, ut casus iste ad memoriam reduceretur, qui quoniam obscurus erat, declaratus est à Domino per Prophetam. Et quoniam Iezrahel significat semē Dei, innuitur, quod qui prius erat semen Dei id est filius Dei, propter ingratitudinem suam erat abiiciendus, ut ultra non esset nec filius nec populus Dei. Cum autem gentes non minus essent quin magis absque misericordia, quam populus ille abiectus: & non minus, sed magis quam ille, essent Non populus; propter fructum

tamen, quem erant reddituræ factæ sunt populus, & misericordiam consecuta sunt. Ecce ergo quam Deus appetiuit fructum istum. Heu ergo fideles fructificate, Deum honorantes. Ideo enim cum gentes essetis, Deum ignorantes, à Deo in populum eius assumpti estis.

SECUNDA PARS.

Diximus præcipuum vineæ fructum esse honorem Dei; nunc dicamus, quomodo reddatur. Porro fructus a vinea non producitur, nisi sedulo ipsa colatur. Propterea enim agricolis est locata. Hæc cultura sunt opera nostra bona, dicente Tobias. Exaltate eum in operibus vestris: Si enim mulier gloria viri est, ut ait Paulus. *Quare Christus exhibuit sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, nec aliquid huiusmodi, nisi ut ostendat diuinam gloria regni sui?* Propter hoc enim & Asuerus post conuiuium illud magnum præcepit, ut introduceretur coram eo Regina Vasthi, posito super caput eius diademate, ut ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius. Erat enim pulchra valde. Huic autem sponsæ Christi, ut concupiscat Rex decorem suum, datum est, ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Ita enim ipsi Christo datur gloria & Deo Patri. Quapropter ibi ante audiuit Ioannes vocem magnam. *Gaudemus & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptie Agni: & uxor eius preparauit se.* Vides ergo ex preparatione & stola gloria, qua sancta Ecclesia, quæ est uxor Agni, ornata est, gloria Deo accedere? Cum itaque byssinum eius, quo in fimbriis aureis circumamicta est varietate, sint iustificationes sanctorum, opera videlicet iusta & sancta, clarissimum fit ex huiusmodi operibus Deum exaltari. Et hæc sunt primus fructus vineæ, quasi uua, ex qua vltimus & præcipuus exprimitur, quod est bonum vinum. Fructus itaque, quem nos debemus edere ad gloriam Dei, iustitiæ sunt, ut repleti fructu iustitiæ sic operemur, ut in omnibus honorificetur Deus.

Hunc fructum ostensurus Apostolus ex-

O'ca 1. 2.

6. Obscurum autem videtur, quod primo non

9. men dederit Iezrahel caulam istam adiu-

4. ciens. Quoniam adhuc modicum (inquit)

& visitabo sanguinem Iezrahel super dom-

um Iehu, & quiescere faciam regnum dom-

us Israël, & in illa die conteram arcum

3. R'g. 21.

Israhel in valle Iezrahel. Vide historiam vbi

vineæ Naboth Iezrahelire, per summam impi-

etatem ablata est ab eo, illi insidiante Iez-

4. Reg. 9.

zabel: & vbi Iehu occidit Iezabel; vbi in

agro Iezrahel canes comederunt carnes

Iezabel: & noueris quod Iehu assumptus

ad regnum, ut vlcisceretur sanguinem Na-

both contra Iezabel, quia secutus est pec-

cata Ieroboam: In quarta generatione fi-

liorum suorum priuatus est regno; quo fi-

guratum est, quod tota domus Israël re-

gno erat propter suam ingratitudinem de-

mum priuanda: idcirco filius fornicarius

primus dictus est Iezrahel, ut casus iste ad

memoriam reduceretur, qui quoniam ob-

scurus erat, declaratus est à Domino per

Prophetam. Et quoniam Iezrahel signifi-

cat semē Dei, innuitur, quod qui prius erat

semen Dei id est filius Dei, propter ingra-

titudinem suam erat abiiciendus, ut ultra

non esset nec filius nec populus Dei. Cum

autem gentes non minus essent quin magis

absque misericordia, quam populus ille

abiectus: & non minus, sed magis quam il-

le, essent Non populus; propter fructum

16

Tob. 11.

1. Cor. 11.

Eph. 5. 27

Heb. 1. 4

Heb. 1. 11

Apost. 17

7.

17

plio terra, que si fructu afferat, benedictione non accepit a Deo, inchoata a quibusdam quasi preambulis veluti palmitibus, vt ad verum fructum perducat, sic exordiens.

Hebr. 6. 1. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursus iacientes fundamentum penitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, & baptismatum doctrina, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum & iudicij aeterni. In quibus verbis notat Apostolus, quae fiebant, quando quis ab infidelitate conuertebatur ad Christum. Deo quippe praemitterebantur, fides & penitentia; fides, qua credebant in Christum; penitentia, qua a peccatis pristinae conuersationis recedebant. Et tunc instruebantur de Baptismo; & si fuissent Israelitae, quae esset distantia inter baptismum Christi & baptismata legalia, vt scirent ista illius fuisse figuram: baptizatis manus imponebantur per Sacramentum Conformationis, & docebantur de resurrectione mortuorum, & finali iudicio, quod vocat aeternum, quia illius effectus, nempe sententiae executio, erit aeternus. Ista est inchoatio sermonis Christi.

18 Hanc igitur intermittentes ad perfectiora feramur (inquit). Non satis est introiisse in Ecclesiam Christi, in vineam Domini, aggregatum esse fidelibus, ad vltiora procedendum est. *Terra enim* (inquit) *sape venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, a quibus colitur; accipit benedictionem a Deo: Proferens autem spinas, & tribulos, reproba est & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & vicini ra saluti, tamen si ita loquimur. Non enim iniustus Deus ut obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostenditis in nomine ipsius, qui ministratis sanctis. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini; verum imitatores eorum, qui fide & patientia hereditabunt promissiones. Heu! quot sunt in vinea Domini, quot qui profitentur Christi nomen, seque fideles Christianos nomi-*

nantes, qui tamen terra sunt, germinant spinas & tribulos, etiam si saepe venientem super se bibant imbrem: Imber iste est predicatio verbi Dei, & ministratio Sacramentorum, & consuetudo & conuersatio Christianorum, & inculcatio mandatorum: frequens hic imber est. Et tamen quanti sunt, qui non herbam generant, qui moribus statui fidelium non respondent, sed vitii sceleribus & curis huius seculi germinant spinas & tribulos? Hi vt sunt inter fideles, reprobi tamen sunt, & maledicto proximi, quorum consummatio erit in combustionem & cibus ignis. Nunc reprobi sunt a Deo proiecti. Maledicentur euidenter in fine, qua maledictione mittentur in ignem aeternum. Nec illis proderit, quod saepe venientem super se biberint imbrem, quin magis propterea amplius accipient iudicium. Hi sunt imitatores agricolarum, qui segnes fuerunt in reddendo fructu vineae, qui in grati in offensione seruorum, furcantes, sacrilegi, immanes in filij interfectione. Hi non audiunt Sapientiae documenta.

Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam Ne contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit Ne emuleris hominem iniustum. nec imiteris vias eius. Hi (inquam) imitantur vias agricolarum, mores pessimorum, studia scelestorum, qui moliti sunt malum iis, qui confidenter acceperunt ad eos, vt acciperent fructum eius. At non habuit cum illis fiduciam Christus, cum diceret Pater. *Verebuntur Filium meum? Quid mali intulit illis Christus, qui dicebat: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: Et tamen frustra:* Id est, sine causa aduersus illum contendebant, insidiebantur, & furore tamquam amentes accendebantur. O spina non fructus; o tribuli non vna aut vnum. Cupit Apostolus in fidelibus multam in bonis operibus sollicitudinem, in eisdem perseuerantiam. Cupit vt non segnes efficiamur, sed o segnitatem, o torporem, o negligentiam in operibus bonis. Cupit vt imitatores simus eorum, qui in fide & patientia hereditabunt promissiones: At nos contra intentionem Pauli ad fundamenta reuertimur, & vbi deberemus esse perfecti,

Mat. 25. 41

Pro. 3. 29.

Ioan. 10. 32

quemque vestrum, eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem. Iam multi ostendistis dilectionem sanctis ministrantes. Cupimus autē vnumquemque vestrum, eandem ostentare sollicitudinem. Omnes hortamur & singulos. Verba ista velim cordibus singulorum fidelium profundē admodum insigi & esse impressa. Et vos, qui ministrastis & ministratis, cupimus eandem quam cepistis ostentare sollicitudinem, ad expletionem spei vsque in finem. Dum operamur, speramus: completo opere, expleta erit & spes: cui in fine succedet res. Cupit ergo Apōstolus perseverantiam in operibus bonis, vt verē tandem fructum vitę æternę recipiamus. Subdit propterea: *Vt non segnes efficiamini, verum imitatores* (supple efficiamini) *eorum, qui fide, & patientia hereditabunt promissiones*. Quod est dicere: Sollicitudine nō pigri, spiritu feruentes, Domino feruentes, in tribulatione patientes, necessitatibus sanctorum communicantes. Per fidem & patientiam promissio possidetur. Fides necessaria est, quę per charitatem operatur; sed non fides eorum, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. De his enim dicitur: *Semen cecidit supra petram & nārurum aruit, quia non habebat humorem*; Ergo sine fructu efficitur. *Patientia vobis necessaria est, vt fructum plurimum afferatis*. Patientia, perseverantia est; & est eorum, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Dicit Dominus: *Ergo non segnes efficiamini, sed imitatores eorum, qui in fide & patientia hereditabunt promissiones*.

21. Missi Patrefamiliās vt acciperent fructum, suo quoq; exemplo nos prouocant, & fructum postulat: quōd laborant, quōd patiuntur, quōd moriuntur hoc totum est agricolis sollicitare, vt reddant fructum. Idē scribens hortatur Apōstolus: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*: Hi fide & patientia hereditauerunt promissiones. Itā & Iacobus: *Exemplum accipite, fratres*: *Exitus mali* (id est mortis laboris & patientia: *Prophetas: qui locuti sunt*

in nomine Domini, nempē missi vt acciperent fructum.) *Ece beatificamus eos, quos sustinuerunt Sufferentiā Iob audistis, & finē Domini vidistis*. Propheta locuti sunt, in nomine Domini, docentes seruare omnia, q̄ p̄cepta sunt nobis. Vnq; exemplū dederunt exitus mali, id est mortis, qua ab Agricolis affecti sunt. Laboris, quem libenter ipsi susceperunt secundū p̄ceptū Domini, & patientiā in vitroque, sic reliqui missi a Deo: qui verbo & exemplo fideles prouocant ad fructus iustitię. Hinc Baptista verbo p̄dicabat: *Facite fructus dignos penitentię*. Exemplo demonstrabat, vt mundo abstinerent, carnē mortificarent. Hinc Apōstoli, factores verbi; q̄ dictū est ad illos. *Lucaat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona: Et docetis omnes gentes seruare omnia, quęcumq; mandauit vobis*. Cōperūt facere, & docere. Vnus autē ex illis Paulus nomine audet, & dicit: *Abundantius omnib; laboraui. In fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, & in reliquis huiusmodi*. Verum & verbo quoniam modo fructificare debeamus, audiamus ab illo.

Sed qui sup omnes prouocat ad fructum istū, ille est qui ait: *Ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat*. Dixit quidē discipulis suis ia primis verba ista sed ita vt ad nos quoq; deriuaret. Nā in tm̄ Apōstoli fructū attulerunt, in quantum mundū traxerunt ad Christi fidē operantem & fructificantē. Nam de omnibus suis fidelibus tūc loquebatur, quando eisdem Apōstolis dixit: *Ego sum vitis, vos palmites, & Pater meus Agricola est, omnē palmitem in me non ferentem fructū, tollet eum: & omnem, qui ferit fructum, purgabit eum, vt fructū plus afferat*. Humor in vite transit ad palmites, fecundans illos, vt fructū producant. Hęc est gratia Christi, de cuius plenitudine accipientes, gemmas emitimus, folia demonstramus, vvas generamus, in omni opere bono fructificantes, simus filij Dei, imitatores Patris, ambulantes in dilectione sicut & Christus. Nam fructus Spiritus est charitas. *Charitas autem patiens est, benigna est, non agit perperam, non inflatur, non est ambicioſa, &c.*

Heb. 6. 12.
Rom. 11. 11.
Gal. 5. 6.
Luc. 8. 14.
Heb. 10. 37.
Heb. 10. 36.
Luc. 8. 15.
Heb. 6. 12.
Exhortatio.
Phil. 1. 17.
Heb. 6. 12.
Ias. 5. 10.

Luc. 3. 8.
Matt. 3. 4.
Matt. 5. 16.
Mat. 11. 28.
1. Corin. 15.
2. Corin. 11.
Ioh. 15. 16.
Ioh. 15. 2. 5.
Eph. 5. 1.
Gal. 5. 22.
1. Cor. 13. 4.
Isti

Heb. 6. 7. Isti sunt fructus vineæ. Nam & Paulus supra ad Hebræos in dilectione conclusit fructum terræ, quæ a Deo accipit benedictionem.

22. Sed & Legem veterem audiamus: *Filij estote Domini Dei vestri.* Lex Christum Filium Dei promittebat, ad illum ducebatur, in illum tendebat. Nam finis legis Christus est. Lex charitatem præmittebat, in ipsaq; charitate completur. Nam in duobus præceptis charitatis vniuersa lex pendet. Qui autem spiritu charitatis aguntur, hi sunt filij Dei. Merito ergo lex ait: *Filij estote Domini Dei vestri.* At quomodo viuimus filios Dei? Lex suo more, cortice ruuido crassum illum, ac tardum populum instruebat. Non vos (dicens) incidetis, nec facietis caluitiū super mortuo, quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit, ut sis eis in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram. Ne comedatis quæ immunda sunt: Hæc lex. Diuina prouidentia statuit sibi de vniuersis nationibus orbis terrarum populum eligere peculiarem, qui diceretur & esset populus Dei Altissimi, per quem se cæteris omnibus declararet verum & solum Deum. Ut ergo populus hic ab alijs discerneretur, legem peculiarem dedit ei, & non fecit taliter omni nationi. Præcipue verò iussit, ut ipsi singuli, se quasi Deo sanctificatos obseruarent à quibusdā indecentijs aliorum populorū.

Deut. 14. 1. De quibus nunc. *Non vos incidetis.* &c. Et quid hæc obseruatio præferat, præ ostendit dicens: *Filij estote Domini Dei vestri.* Quasi filij, non quasi gentes, quæ ignorant Deum, vos ipsos gerere debetis. Filius in exteriori apparatu & aspectu, & in victu differt à seruo; honorabilior est & magis spectabilis. Indescriptum est de eodem populo sub nomine Ephraim. Si Filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delictus. Ita fideles Christi debent ambulare dignè Deo, ut eorum vita fidei respondeat & statui; alioqui nomen Dei per illos blasphematur, dum dicitur. En qualis populus est Christianus? En quales seruos habet Christus, qui in lege illius gloriantur, & per præuocationem eiusdem legis

illum inhonorant? Tria verò sunt, quæ speciatim populo prohibebantur: Incitio caluitium, elus immundi. Per incitionem effunditur ex interioribus & venis, sanguis. Per caluitium tollitur honorabilis aspectus, Per elus immundi, etiam pars interior inquinatur. In his tribus tota consistit vita Christiani, & eius qui verè filius Dei est. Ne immunda admittat ad præcordia cordis, ut sit cor mundum. Non effundat sanguine opetibus malignis & iniquitate. Ne sit ingloriosus aspectus eius, & deponat ornatum suum ædificantis exempli, sed conuersationem inter gentes bonam habeat, ut ex bonis operibus illum confideantes glorificent Deum. Hunc fructum Filius Dei expectabat. Hunc fructum reddidit, qui verè est filius Dei. Per illa materialia, hæc spiritualia figurabatur. Non vos incidetis; ne tibi sis innoxius: Ne offendas ad lapidem pedem tuū: ne contra te ipsum conueras gladium tuū; ne infidicis animæ tuæ; ne illam oderis in malum; ne diligas mortem. Anima hominis in sanguine est. Ergo *si vis vitam diligere, & diu videre bonos, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum.* Inquiris pacem, & persequere eam. Sed heu! quod sunt seipsum incidentes, sibi ipsis iniurij, nocentes, malum ac mortem inferentes? *Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Qui agit perperam, perperit semetipsum facit; quæ nemo, neq; Diabolus ipse cum omnibus satellitibus suis cuiquam inuito inferre potest, mortem (inquam) animæ, quæ extremum est malum omnium. Dilige, dilige miser homo temetipsum, ut pollis proximum diligere sicut te ipsum. *Miserere animæ tuæ placens Deo Sapiens dissuadens tristitiam, ostendit eam esse nocuam. Tristitiam (inquit) non des animæ tuæ. & non affligas temetipsum consilio tuo. Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine. Congrega cor tuum in sanctitate eius. Et tristitiam longè repelle è te. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa.*

Ratio potissima tristitiæ repellendæ hæc est, quia perniciofa est. Heu! ego quam longè

longè repellenda est iniquitas, ex qua & tristitia & mala omnia vitæ proficiscuntur? Tu, tu ipse tibi inimicus es, qui diligis iniquitatem. Tu tibi exosus es. Tu contra teipsum exerces inimicitias, ne dum inimici hominis domestici eius. Sed ipse interim semetipsum. De inimico sic docet Sapiens: *Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim eramentum eruginat nequitia illius, & si humiliatus vadat curuus, adice animum tuum, & custodi te ab illo.* Hæc doctrina pro nobis est, contra nos, statue tibi hanc veritatem: sic diligis iniquitatem, verè tibi ipsi inimicus es, sed non manifestè, sed quasi in occulto. Si humiliatus inimic⁹ vadat curuus, veluti adorans te, & tuis vilitatibus inclinatus, & totus intentus, adice animum, animum aduerte, sollicitus cogita, quam te erga illum geras, & omni custodia custodi te ab illo: quia sicut ferrum æruginem parit, sic eruginat nequitia illius. Fomes ille maledictus, carnis nostræ spinas producentis & tribulos eruginat semper, mouet concupiscentias, ad malum inclinat: si teipsum non custodis, teipsum perdis. Odoramentum cordi profundissime imprimendum. Ergò *estote filij Domini Dei vestri.* Non vos incidetis. Nec facietis caluitium super mortuo. Hæc erant signa tristitiæ, quam nobis noxiam Sapiens declarauit. Noli sic tristari super mortuo, vt teipsum lædas. Sed & auferà te opprobriū & contemptum. Nemo insipientiam tuā contemnat, qui cum speciosus debeas apparere inter filios hominum, vita degeneres a nobilitate Patris tui, qui in cælis est.

exemplum bonorum operum omnium Si natura non habes ornatum, quantum minus gratia! ille tibi innatus est velut capilli: hic tibi studio assumendus est, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo: habes iam gretiam capillorum, addatur gratia capiti tuo: ornamentum gratiæ accipias. Quomodo verò id præstatur? *Audi fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo.* Puta Deum Patrem tuum, qui per sapientem loquebatur, te alloqui dicentem. Audi fili mi disciplinam Patris tui. Ego te affectu paterno & materno alloquor. Ego prudentia patris, dulcedine matris horro te. Ego à quo totus es, plusquam à patre & matre. Ego qui te genui, & cædè noui figmentum tuum per viscera misericordiæ. Verum tibi bonum querà, verum tibi honorem prouideo, vt pater & mater. Audi ergò disciplinā meam, & ne dimittas legem, fac quæ dico, serua quæ doceo, amplectere quæ præcipio, quia te vt filium diligo. O si audires vocem Dei! si intelligeres quod loquitur in te Dominus Deus! scires quòd Loquatur pacem in plebem suam, & super Sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad eor: scires eum & iustis & poenitentibus pacem asserere, per quam bona omnia intelliguntur, & diuitiæ, & gloria, & innumerabilis honestas.

Tandem, Ne comedatis, quæ immunda sunt. Omnia munda mundis. Si mundus es, quidquid in te recipis mundum est; si immundus, immunda omnia etiam in se mundissima, immò quò magis munda, petus tibi afferunt inquinamentum: quia inquinatis & immundis nihil est mundum. Cor autem mundum est, si rectum est. Quomodo autem rectū est cor, vbi non propter Deum quidquam diligitur huius mundi? Quomodo rectum, vbi tanta peruersitas, quòd apponitur cor diuitijs, & longè est à Deo? Qui sic diligit mundum, nullum fructum affert ex eo. Nam qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Ager est mundus, vinea in eo plantata est Ecclesia, qui mundum colit,

Matth. 10. 36
Ecc. 12. 10
Deut. 14. 1
Rom. 8. 15
Galat. 4. 7
Deut. 1. 4. 1
Ephes. 5. 1
Eph. 4. 31
Tit. 2. 7
Tom. I. Bellintani.

Prou. 1. 9.
Ecc. 12. 5.
Prou. 1. 18.
Psal. 84. 9.
Deut. 14. 1.
Tit. 1. 15.
Ecc. 5. 9.

non vineam, qui est agricola, non vinitor, hic non facit fructum O agricola! ô mundum colentes & diligentes, & in eo laborantes, scitote quod mali fuerunt agricolæ reddentes mala pro bonis; & mali quia malè perierunt & comederunt (vt dixerat Sapiencia) fructus viæ suæ, nempe feldraconis, & botros amarissimos. Igitur vineam colamus & fructificemus Deo, qui dabit nobis vitam æternam. Amen.

PROV. I. 31.

CONCIO SECUNDA.

ARGVMENTVM.

Quod ad nos spectat, perficere debemus. Nil nobis impossibile iubetur. Ad præstandum quod iubemur, à diuina Vocazione auxilium nobis subministratur. In morali, contra eos qui Vocationi non respondent.

TANTÆ bonitati diuinæ, quantam exprimit parabola vineæ, quam plantauit Pater cœlestis, cum omnibus requisitis ad fructum copiosum optimumque reddendum, tanta opponitur malitia humana, quantam exprimit eadem parabola, referens quid agricolæ perpetrarunt erga seruos & Filium hominis, qui vineam suam tantis bonis exaggerauit, vt illam nos apprehendere & sequi; hanc totis viribus euitare studeamus. Sic Salomon consuevit vnâ proponere Sapienciam diuinam, & humanam concupiscenciam. Admonitiones diuinæ legis, & inclinationes humanæ fœcis; Vtilitas virtutis, detrimenta iniquitatis. Hinc proposita Sapiencia monet immediatè, ne aures peccatoribus præbeamus, pessima suadentibus. *Fili mi* (inquit) *si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis.* Iterum propositis Sapienciam documentis, damnatorum subdit, qui illa contempserunt. Rursus, facta denuò exhortatione ad au-

PROV. I. 10.

diendam Sapienciam & legem Dei, fructum subinfert: *Vt eruarius* (inquit) *à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur. Vt eruarius à muliere aliena, & ab extranea, quæ molit sermones suos.* Et frequens auertit ab impijs, & à fallacia mulieris, & ob oculos ponit suaves fructus Sapienciam. Vbi vt vehementius moueat, graphicè depingit procacem mulierem, & ex aduerso Sapienciam magnificentiâ veris effert commendationibus, vt sic appositis malis & bonis efficacius à malis amoueat, & moueat ad bona. Hæc est Sapiencia nobis hodie proposita in sacra lectione.

Vbi tria docemur. Primum, ex tota ipsa parabola docemur, quod quisque quæ ad se pertinent, perficere tenetur. Secundum, ex vineæ plantatione & locatione docemur, nihil nobis præcipi quod impossibile sit. Tertium; quod ad præstandum quod iubemur, diuina prouocamus uocatione.

Quoad primum, hoc in primis statuendum est, quod quisque quid facere tenetur, & à natura doceamur & à lege. Nam vt non otiose sint mundi partes (quod abhorret natura) illarum quæque suum faciat munus necesse est, idque impletur ab omnibus & singulis, & omnibus perspicuum est: Nam germinat terra, illuminant astra; insunt cœlum, suas æthera impressiones continuant, & variis variis hominum genera negocijs addicta sunt Lex verò diuina, vt mandatorum plena est, quibus suum unicuique opus tribuitur, contrariumque vetatur. In cultu porò Dei diuersa ministris distribuit officia, singulis tribus loca disposuit, tempora cunctis distinxit & assignauit, quibus vel mouenda essent castra, vel quiescendum, declararet. Quin & tubarum sonos varios misit, iuxta quorum varietatem intelligeretur, quid à quoquam perficiendum esset. Caput est hoc, quod quisque suum munus exequatur, idque sedulo, promptè, atque perfectè. Nempe quod Paterfamilias vineam plantet, illique adiungat quæ necessaria sunt, sepem, turrim, torcular, & quod locet eam agricolis, quod suo tempore mittat, qui fructum accipiant, quod scilicet agricolis auferat illa, transferatque in gentem

Num. 6
seq.
Num. 11
& seq.
Num. 9. 17
& seq.
Num. 10. 1
& seq.

in gentem facientem fructum eius. Vineæ est suum edere fructum. Agricolarum eandem colere, fructum reddere Domino vineæ. Ad eos, qui mittuntur, pertinet accedere ad agricolas, fructum postulare, & nihil non agere, quo mittentis voluntas impleatur.

dum. Manus autem tanto pondere non grauantur, & ampliori indigent. Sed mysterium est, quod duo sicuti ponderis datur in auribus, decem armillis. Verbum enim Dei prædicandum est opportunè & importunè. Nam & semina, quod est verbum Dei, & in loca cecidit infructuosa & in terram bonam: nullumque est ad agricolas, qui seruos portantes illud interemerunt, & ad gentes, quæ fructum retulerunt abundantem. Quod autem dicit Dominus:

Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: Expone cum Paulo: *Hæreticum hominem postquam, & secundam correptionem deuota, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est.* Vbi certò seires Verbum esse repellendum prorsus, cum audiret nemo, ita quod canes essent omnes ac porci, tum abstinentium esse ab eius prædicatione. Vbi autem fructus operatur ab aliquibus, omnino sperandum est. Etenim tametsi & Prophetæ occisi sunt & Christus à Iudæis, reliquæ tamen salutæ factæ sunt. Duo ergo sicuti in aurium sunt modi isti duo admonendi aures opportunè importunè. At armillarum sicuti, qui decem sunt, per se puto notum esse, quod decem verba legis opere sunt complenda. Nam in aures perunt, ut audiamus; armilla, ut opere compleamus. Audiamus ergo nunc, ut operemur; Nam & seruus ille Abrahamæ aures prius ornauit, postea manus.

Ut iam ad reliqua duo transeamus; sciendum, quod homini duo fecit Deus iam inde ab initio. Naturam tribuit, ac virtutem bene operandi, & ad id præstandum verbo instruit & incitauit. Illud est vineæ plantatio: Illud seruorum missio & filii quoque: Verumque necessarium, nam alterum sine altero nequaquam valet. Si plantata vinea clecta, sit sepe munita, ac turris, cum adiutorio torcularis, si verbo non doceatur atque ducatur, erit sine fructu. Sed quis mouere quemquam velit ad id præstandum, quod est ei impossibile? Hoc igitur ex vinea docemur, fructus edendi datam nobis esse facultatem. Propterea Deus populo, dum esset in Egyptiaca seruitute, non dedit legem,

Hoc nos docet parabola hodiernæ lectionis, ut vnusquisque nostrum faciat opus suum. Tuba est ista similitudo, nos populus aduocatus ab ea. Quando congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vtilabunt. Vide huius doctrinæ simplicitatem, qua nos ad Deum vocatur. Ergo nostra interest, ut audiamus & obaudiamus, ut huc faciat prouerbium illud. In auribus aurea & margaritarum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obediens. Fulgens margaritarum est verbum arguens, dicente Domino ad Apostolos. *Ne mittatis margaritas vestras ante porcos.* In auribus aurea est sapiens & obediens aures. Populus Iudaicus in aures aureas aliquando ad vitulum aureum conuersum, quem etiam adorauit, tradidit; ut iam non dignus esset, qui reciperet sanctum ac fulgens Euangelij margaritarum, factus ad illud surdus auditor. Quid ergo? Num perdentur margaritæ istæ cœlestes? nequaquam. Sed genti dabuntur, quæ reddant ei fructum suum in tempore suo. Ideò Apostoli, repellentibus illas Iudæis, conuersi sunt ad gentes. Atinet ad nos ergo, qui gentes eramus, ut in aures nostras, immo aures nostras, Dei verbo accomodemus, ut simus Christi imitatores, qui in Psalmo dicit ad Deum Patrem. *Sacrificium oblationem noluit, aures autem perficisti mihi.* Et Rebecca, quæ fuit vxor Isaac, in quo vocatum est semina Dei, prolatae sunt in aures aureæ & armilla aureæ. Nec vacat mysterio, quod Scriptura dicat. Protulit vir in aures aureas appendentes sicuti duos, & armillas toridem pondo sicuti decem. Sat sunt sicuti duo ad in aures, ne foras maius pondus & illarum amplior quantitas, cum aures grauet, tum faciei tollat decorem, apponuntur enim ad ornandam faciem. Vnde idem ille vir post dixit: *Suspendi in aures ad ornandam*

Mat. 13. 3.
& Luc. 8. 5

Matt. 7. 6.

Tit. 3. 10.

Gen. 24. 27

quam ut posset obseruare ipsum liberauit, hic enim finis a Deo illius liberationis praestitutus ac praestensus fuit, dum dixit Pharaoni: *Dimittite Filium meum, ut seruiat mihi.* Quod idem dicendum est de bonis omnibus, quae hominibus tribuit, quibus quasi talentis negociari conuenit, ut lucrum afferat tribuenti. Ideoque in deserto etiam data lege, non tenebatur populus ad sacrificia instituta in lege, quia nondum hostiarum erat copia, sed ad ea solum, quae facile ibi valebat perficere, nempe Deum diligere ac proximum. Et ita possumus intelligere verba illa Prophetarum, quae Stephanus recensuit: Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israël? Itaque si quae facerent in deserto sacrificia, hoc erat ad libitum eorum. Quapropter Moyses tunc dicebat: Non facietis ibi (videlicet in terra promissionis) quae nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. Neque enim usque in praesens tempus venistis ad requiem & possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. Transibitis Iordanem, & habitabitis in terra. Illuc omnia quae praecipio conferetis holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum, & quidquid praecipuum est in muneribus, quae vouebitis Domino.

f. Quid ergo excusationes praetenditis tu; non posse te quae praecipit Dominus obseruare? Nunquid sine vineae locatione fructum flagitat? *Locauit eam agricolis.* Nunquid quoddam singularis ferus depastus sit illam? *Sepem circumdedit ei.* Nunquid quoddam non sit facultas vinum ab vuis exprimendi? *Fodit in ea torcular.* Numquid quod non habes, quo tutè congreges omnes eos fructus tuos? *Turrim adificauit.* Ne dixeris; Cato infirma non potest rotam legem seruare. *Spiritus est, qui viuificat, qui roborat, qui dicit.* *Omnia possum in eo, qui me confortat.* *Ego te plantauit vineam electam.* Ne dixeris: Pronitas ad malum trahit, ignorantia tenebrae est & lubricum, ligat concupiscentia, & compellit illū. Audi, qui tollit hanc excusationē. *Infelix ego homo, qui me liberabit de corpore mortis*

huius: *gratia Dei per Iesum Christum.* Et lapides elegit ex ea. Ne dixeris: *Vnum protulit vinea, sed quis ad perfectum adducet.* *Utrum vinum fluat? Velle adiacet mihi perficere.* *Re autem non inuenio.* Ne vnquam hoc dixeris. Propterea quod: *Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi.* Qui eduxit de Aegypto, ducet in praecipuam terram, & in requiem introducet. Torcular extruxit in ea. Ne dixeris: *Ac cessi ad seruitutem Dei, sed impetor ab hostibus, tentationibus expositus sum, insidia & angustiae mihi sunt vndique.* *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, neque à damonio meridiano, proteget te in abscondito tabernaculi sui.* Nam saepe circumdedit eam. Ne dixeris. Etiam per vim molestiae mihi inferuntur. Ocurrat Amalech, ne progrediar in via, obstat Chanaanus, ne in requiem ingrediar. Assur captiuum ducit in terram alienarum gentium. Et quomodo possum perseverare usque in finem: qui de caelo cecidit, de terra me deturbare conatur. *Ne timeas à facie eorum, quia ego Ierusalem tecum sum, dicit Dominus a quasi virpugnator.* *Omnipotens nomen eius.* *Domini nomen conterens bella.* *Et ad nihilum deducens inimicos nostros.* Haec est turris, quam adificauit. *Nam d turris fortissima nomen eius: ad ipsum currit in istis, & exaltabitur.* *O vinam voluntas prompta esset ad ea, eam, quae potest, perficienda: si enim e voluntas prompta est, secundum id quod non habet. Deus à Leuitis ministerium exigebat non nisi à viginti quinque annis, usque ad quinquaginta: cum tamen sibi ascisceret, ac dedicaret à mense vno & supra.* Et ut scias, habitum respectum ad vires, quae solent etatem comitari: ministerium in templo ab eis exigebat à viginti quinque annis, usque ad quinquaginta. Ad portandum verò tabernaculum cum partibus suis ac vasis, non tenebantur nisi à triginta annis usque ad quinquaginta. At verò de populo numerus virorum fortium, qui possent ac deberent ad bella procedere, sumebatur à vigesimo anno & supra. Quid hoc quæso, nisi propterea quod

quod Deus à vobis non exigit supra id, quod potestis? Hoc innuit, dum plantatam vineam cum omnibus requisitis suis locat eam agricolis, vt reddant ei fructum vineæ. Vbi etiam obserua quod non prius, sed tum modò, *Cum tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.* Non antequam possis exigit, sicut dictum est de Leuitis, non plusquam possis, non quod non possis. Eia ergò reddamus ei fructum suum in tempore suo.

aliò proiiceris, vt nunquam ex te quifquam fructus mandacet. Sed in ipso comedes fructus viæ tuæ. Fructus in tabernaculo tuo iniquitas, fructus extra tabernaculum acerbitas. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.* Nonne hæc est

*Psal. 51. 9.
Dan. 4. 27*

Babylon magna, quam ego ædificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei: Quid ergò: Cumque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus euertent te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes. Hæc est arbor illa magna, quæ gloriabatur in robore fortitudinis suæ, quæ euulsa est & cieccta de tabernaculo suo & de humano conuictu, & tradita ad comedendum fœnum sicut bos. Sic, sic euenit omnibus non facientibus fructum, secundum propriam virtutem, vt vniciq; Deus dedit; Sperans tamen in Domino, qui est refugium nostrum & virtus, fortitudo & firmamentum. Meritò ergò Dauid: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei.* Ille in tabernaculo suo & in domo regni sui: Iste in domo Dei. Ibi fructus nimius, sed iniquitatis & vanitatis, nullus vero iustitiæ: Hic autem fructus oliuæ, fructus pacis, fructus misericordiæ.

Psal. 51. 10

SECVNDA PARS.

Nunc tertio loco consideramus DEI vocationem, qua per seruos suos postulat à nobis debitam seruitutem, quod est vinum ab illo de vinea sua expectatum. Vbi duo attendenda sunt. Necessitas nostra, & benignitas Dei. Nostra necessitas in hoc stat, quod quantumcunq; à Deo virium susceperimus, adhuc iacemus, veluti dormientes ac mortui, vt nullam possumus operam nauare, quæ Deo accepta sit, si non ipse nostrum torporem excitauerit, si non vocatione sua sancta clamauerit: *Surge qui dormis, & exurge à mor-tuis.* Populus afflictus in fornace ferrea Ægypti, neq; vel de exitu cogitabat, tantum abest, vt per seipsum quærat euadere.

Eph. 5. 14.

Exod. 3. 9.

seq.

Deus

*Num. 20.
33.
Num. 4. 4.*

*Psal. 51. 10.
Psal. 51. 3.*

Ego autem sicut oliua fructificauit in domo Domini Dei, speraui in misericordia Dei in æternum: Quid quaeso, dixerat prius: audi: Quid gloriari in malitia, qui potens es in iniquitate? Vides illum potentem alloqui, diuiti insultare, in vanitate prævalentem exprobrare; quòd potentia abusus sit, & quia potens est, nullum timere, nullum vereri, sed gloriari magis in malitia & iniquitate? Potens est, diues, prævalens, quoniam fructus ex hac sua potestate & fortitudine prodire? Tota die inuititiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem. Homo es, tibi adest humanitas, benignitas ergò cur abest? Potentia hæc tua, in vanitate præualet, non in veritate. Fallax gratia & vana est fortitudo tua, est enim in multitudine diuitiarum, sed fallax a diuitiarum fallit sperantes in se. Propterea Deus destruet te in finem, euellit te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuientium. Arbor infructuosa euelleris à radice, &

Deus ipse prius per Moysen excitauit, vocauit, animauit, ac demum liberauit. Erexit in spem Deus aliquando Abraham dicens: *Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Quapropter sic est ausus respondere. *Domine quid dabis mihi? ego uadam absq; liberis.* Quem & uerbo prius, & facto post consolatus est in Ismahele filio: amplius ut uideretur beneficium non expectabat. Sed ecce Deus excitans uelut mortuam & mentem & carnem eius, denuo reprobatur ac concessit denique semen de Sara uxore sua. Indiget homo Dei auxilio, quo ad altiora uocatur & adiutus ascendit. Videamus ergo benignitatem Dei, qui succurrit miseris & adiuuat infirmitatem nostram, mittens ad nos uerbum suum, quod nunquam ad illum reuertitur vacuum. Hæc est seruorum missio.

8 Qua in re tria emicant, in quibus excellenter ostenditur benignitas Dei. Primum, ibi apparet. *Cum autem tempus fructuum appropinquasset.* Mirum profecto quomodo tempus obseruet Dominus, quomodo dispositioni nostre accommodet uocationem suam. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore suo.* Pro uerbum si in hominum locutionem quadrat, multo magis in diuinam. Res argentea, quæ auro aspergitur, si id fabre fiat, pulchrior redditur. Ut est exemplum in lectis argenteis, quæ olim erant in usu, maxime in conuiujs, ut patet in historia Esther. Sic lectus argenteus, diuina locutio quæ nos uocat, addatur illi aureus ornatus, qui mirè delectet, ut suauius acceptetur, ut in illa animus quadam trahatur uoluptate, quæ plurimum in his Dei uocationibus degultatur; ut ideo aureis malis usus sit in comparatione ista, ut nedum delectabilis oculis ostendatur, uerum etiam ad uescendum gustandumque suauis. Intenti igitur sumus erectis auribus, ut uocantem Dominum audiamus. Secundum est, quod non uocat per se modo, uerum etiam per seruos suos, eosq; fideles. Sic per Moysen Deus ad populū loquebatur, qui in domo sua fuit fidelis. Sic per Prophetas presertim multiq; modis, ut ait Paulus.

Ut & nos illos audientes securi essemus, & ipse Deus in illis ueluti requiesceret. Inde Salomon: *Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.*

Vbi attende quàm hic perspicua sit Dei benignitas. Iratus Deus populo propter eius pertinaciam atque perfidiam, ubi debuillet indignari & uindictam contra rebelles sumere, homines in mundum misit, qui ignem sui furoris contra peccatores extinguerent, ueluti si tempore messis, quando extremi sunt calores, superueniat frigus niuis: Ut ubi expectanda erat impiorum perditio, ibi ex impijs facti pij, quasi per messē à Deo per seruos suos haberentur, & colligerentur, iuxta metaphoram illam Dominicam. Et quando Deus unquam contra populū in deserto debuit magis irasci, quàm eo tempore, quo uirtutum constabilem adorauerunt? & tunc tamen illis suam præsentiam reprobuit. De tabernaculi effectione tunc Moysen instruebat, in quo in medio illorum habitaret, quando ipsi Deū repellentes, opus manuum suarum adorauerunt. Voluit quidem, ut cognoscerent, se ob hoc indignos factos; quibus cū Deus moraretur. Ideo dixit: *Mittam præcursorē tui Angelum. Nō enim ascendam tecum. Rogatus tamen à Moysē, eomitē itineris illorum se ipsum pollicitus est, quin & se in carnem uenturum prænuñciauit Moysē dicens. Videbis posteriora mea, faciem autem meam uiderē nō poteris.* Deum uisibilem cæcus populus petiit, qui non erat Deus, sed pecus; neq; illud uiuum, sed simulachrum. Et Deum se uisibilem præbiturum Moysē pollicetur, quibus tantus splendoris, ut à uiuente uideri non possit. *Non poteris* (inquit) *uidere faciem meam; non enim uidetis me homo, & uiuēt.* Putasne otiose factum, ut quo tempore populus colit uirtutum aureum, eodem, uidelicet inmediate post, populi princeps Moyses petat: *Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te.* Simulque impetret illi & populo Dei ipsius præsentiam? Vbi maior furoris occasio, ibi amplior est amoris ostensio. Et oculis seruis, qui missi fuerant ad agricolas, ubi exultant illos deunt

dehuit paterfamilias incenimere, misit ex summa benignitate charissimū Filium; & quo tempore occisus est Filius, eodem, & per eandem occasionem saluatus est mundus. Vt sit ab homine magis reiectus Deus, homini longē magis appropinquaret, atque se cum illo coniungeret. Hic ergo Dei respicendū benignitas, quod misit seruos, & nouissime habens Filium charissimum, & illum misit. Tertio denique eadem manifestatur excelsa benignitas, quod prænoscens quid illis euenturum esset, nihilominus illos misit. Non enim aliter verum apparet, quod dicit ipsemet in Prophetā: *Dolavi in Phropheta: occidi eos in verbis oris mei.* Num occidisset ipse, nisi certo necē ad necis auctores delegasset? Quod si dicas contra. Misit filium dixit. *Peribuntur filium meum.* Hoc magis cōfirmat propositum. Parabola hæc est, quæ ex verisimilibus constat. Nō autem verisimile est inter homines, eiusmodi Patrem inueniri, qui vt dubius habeat vinum, certus ad necem mittat filium, sed vbi res ad Deū transfertur, qui futurorum omnium est cognitor, tantæ benignitatis inuenitur Altissimus, vt etiam veluti percutiat ipse Filium, mittat ad necem certissimam. Hęc benignitas Dei! Hęc quanta malignitas hominis. *Ignoras, o homo, quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? secundū autem duritiam tuam. Et impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die ira?* Quanta benignitas Dei in plantando vineam? in locando agricolis? in expectando fructus? in mittendo seruos? in dissimulando iniuriam occisionis illorum? & denique in mittendo filium suum dilectissimū? Quanta vero malignitas agriculturalum ingratis agentium, dum fructus non reddunt? inique concidentium seruos Domini? sacrilege & anare interimentium filium, vt possideant vineam? Quid inde igitur expectandum? *Malos male perdes, & vineam suam locabis aliis agricolis.* Secundum enim duritiam suam & impenitens cor thesaurizarunt sibi iram in die ira.

10. An vero ipsa vineæ plantatio & locatio, nō magna fuit vocatio? Quod rem tantam fecerit & tam admirabilem, qualis est vi-

nea ista nobilis. Quod ad intuendam illam dudaxat non patrarit, verum ad fruendum nobis contulerit ad nostram vilitatem, ad salutem. Hoc totū, non est clamor magnus? non vox de cælo? non tonitru ineffabile? & adicit adhuc tamen expressam vocem, apertam vocationem per seruos & per Filium suum. Audite ergo: *Pascēbat Moyses oues Iethro focii sui Sacerdotis Madian, apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.* Dixit ergo Moyses. *Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Hic est primus vocandi modus, mirabilia ostendere, quib. in stuporem tractus animus, illorum causam dum requirit, ad sublimia erigatur, & ad Dei cognoscenda mysteria disponatur; quibus in Deū ipsum ascendat. Moyses ista mundi admirabilis valde potuit mentes hominū ad Deum adducere, sed quod in ea est præcipuum, homo ipse est, in quo memoriam fecit Deus mirabilia suorum. Hęc tuba Dei est excitans veluti mortuos aut dormientes. Si hominis naturam attendas, videasq; vineam hanc electam à Deo plantatam, nihil erit ei in ea, quod te in admirationem non trahat, quod animum tuum ad laudem opificis tanti operis nō inuiter & eleuet? Quodque nihilominus sicut ad agendas gratias, ita ad reddendum fructum vineæ non animet; quin etiam ferē compellat. *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* O vineam respicientes homines mirabilia magna, explorarent Altissimum, & cum cognouissent Deum, sicut Deum glorificarent, & gratias agerent, obsequiaque præstarent. Addit ad hæc vocem Deus expressius vocantem. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait. *Moyses: Moyses.* En duplex vox, en multiplex missio seruorū, qui annuntient Verbum Dei, qui pro Deo fungantur legatione, qui quæ videmus oculis, verbis nobis explicet; qui narrent & declarent, quomodo Paterfamilias plantauit vineam, munivit, ornavit, locauit. Et hæc vinea sit hominum species eleuata in sublime, cæteris prælata. Vt illo-

rum

Mar. 12. 6.

Q. 6. 5.

Rom. 1. 4.

Exo. 3. 7.

Psal. 110. 4.

Exod. 3. 3.

rum minet gregem ad interiora deserti, vt fecit Moyses vsque ad Montem Dei Horreb, vt factio clamet. *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.* Ità per se, & in se, & in creaturis omnibus glorificet Deum Patrem, & non deficiat laus eius de ore hominum. Iste quippè est vineæ fructus *Adsum*: Respondit *Moyses*. Quid hoc? audi Prophe- tam. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt. *Adsumus*. Illarum locutio est operatio, respõ- sio est obedientia, præsentia est ad obedi- dum promptitudo, ad ministrandum per- petua assistentia. Ità responderet vocanti, sic præcipienti obtemperatur. Vide ergò in his bonitatem Dei, vide charitatem, vide clementissimam prouidentiam, & illi apta te ipsum.

II Sed heu confundor. Lego legem, & au- dio in illa iubentem Deum. Si exieritis ad bellum, clangetis vltantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Ergò Deus ad sonitum tubarum recordabitur nostri, & liberabit nos de inimicis nostris. Et nos ad tot illius voces surdi erimus? clamat ipse beneficiis, vocat donis, trahit in funiculis Adam, cui tot tantaque elargitus est bona, trahit (in- quam) in vinculis charitatis: inuitat & vo- cat per seruos suos, quos etiam occidit in verbis oris eius, dum ad agricolas mittit, qui illos occiderunt. Vnde vnus ex illis Doctor gentium Scripturam citat dicentè: *Quia propter te mortificamur tota die, affi- m- ri sicut oues occisionis.* Et vos quem fru- ctum tribuistis illis? quam obedientiam Euangelio? quam reuerentiam Deo? quam credulitatem verbo? quam pietatem ser- uo? quam charitatem filio? quam tantis beneficiis compensationem?

Indignatus Moyses contra populum, qui carnem appetebat, & petebat; dicebat: *Vn- denihi carnes, vt dem tanta multitudine? Non possum solus sustinere omnem hunc po- pulum. Obsecro vt interficias me, ne tantis affi- tormalu.* Audiuit Deus preces illius, dedit illi adiutorium, populo carnes, quæ illi fuerunt ad interitum. Et sanguis seruo- rum suorum, & sanguis filij dilectissimi

non clamabit: non audietur? non vindica- bitur? Habeat populus carnes, vinea fruan- tur agricola, & non videbit Deus? & non intelliget Deus Iacob? & qui hereditatem & benedictionem transtulit ab Esau ad Iacob, non perdet agricolas illos, & vineam locabit aliis? Et tu ingrate Christiane, in- nocens relinqueris, qui omnium pessime peccas in Deum Patrem? in seruos? in fi- lium? in vineam? in te metipsum? qui tantis bonis affectus nullum pietatis præstas ef- fectum. Ergò facit fructus dignos pœnitenti- æ; Quoniam Dominus misericors est pœ- nitentibus, & genti facienti fructus dabit regnum cælorum in cælo & in terra. Quod nobis concedat. Amen.

MORALE

HEU! quot clamores? heu! quanti nos Had reddendum fructum prouocant? O vinam illis esse minus itenti. Nobilis na- turæ plantatio, addita innumera auxilia; intentio plantantis & auxiliantis, qui idèò locauit vineam suam; expectatio eius, no- lentis aliquid perire, sed ad pœnitentiam conuerti; Vox clamantium in deserto, in domo in platea, per vicos, per vias, per se- pes compellentium fructificare; Sancto- rum exempla, quæ fortius quam verba ipsa mouent, Mira illa condescensio Dei, & Filij ipsius Dei descensio, qui descendit, non vt videret clamorem turrim edificantium, sed miseriam inopum & gemitum paupe- rum, suppliciaque illis ferret. Passio Domi- ni nostri Iesu Christi num parua, num sub- missa vox est? non potius dicendum est co- nitru esse factum? & qui præbant & qui se- quebantur, non fortiter clamauerunt om- nes? In omni opere bono fructificate. At verò si dormis adhuc, si surdum viuis, si o- bedire detractas, insonet vox illa in auri- bus tuis. *Malos male perdet.* Cui adde Pro- uerbum Salomonis. Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem compueris Sapientem, intelliget disciplinam. An non pestilens Iudæus? An non pestilens Syna- goga? Iam non in cathedra seniorum laudat Deum. Iam non in Cathedra Moyses re- et ad docet, & exponit legem Dei: sed in cathedra pe- nitentiæ

Stilentia sedit corruptens turbam, vt extra Synagogam fiat, qui Christum confiteatur, vt illum profestetur, quod secundum legem debeat mori, opere illum infectans & sermone, sic clauē abutens & potestatis & scientia contra Filium Dei & contra populum Dei; vt apud illam veritas non sit neque iustitia neque doctrina. Neque fructum facit vt vinea, neque vt agricola audit vocem Dei ex ore seruorum & filij. Vide in opere pestilentia. Gloriosus factus erat Ionathas in populi salutem & pacem, sed vt ait scriptura. Conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israël, viri iniqui interpellantes aduersus eum. Vide pariter in doctrina. *Non amat pestilens eum, qui se corrumpit, nec ad Sapientes graditur* OSynagoge maximam pestilentiam, quae simul & eloquium repulit, & homicidium perpetravit.

11 Sed quid dimittetur continuè secundū desideria cordis sui, vt eat in adinuetionibus suis? *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iustitia thronus eius.* Pro rubigne habent Hebraei, scortiam; pro impietate, impiū; sicut & 70. Igne decoquitur scortia, vt habet Isaia, & iuxta eūdem impiosa illa significat. Si igne illam auferas, argentū remanet purum, non enim igne consumitur. Si ignis rigor iustitiae, quae Rex fecerat impios à probis, illos destruens, hos protegens. Hoc est autem impietatem auferre de vultu Regis, vt impij non dirigant in conspectu oculorum suorum, & facientes praeruationes odio habeat Ignis iste & purgat, & firmat quasi argentum regnum eius & thronū. An nō Regnum Dei Regnum omnium saeculorum, cuius non erit finis? Ergo non permanebunt iniusti ante oculos eius, & oderit omnes, qui operantur iniquitatem. Propter hoc à facie sua proiecit populū suum, eiciens de terra, quam illi dederat, & in captiuitatē mittens. At demum vltionis die superueniente, populum qui Deum ipsum abiecit, ne regnaret super eum, profus amouit à facie sua, delens ac destruens, vt praeterea eius non esset neque populus neque regnū. Sic flagellatus est pestilens, sic multatus, & vt repetit Salomon. *Multato pestilente, sa-*

Tom. I. Belliniani.

pientior erit paruulus: & si se fecerit Sapiens, sumet scientiam.

Videamus ergo si de nobis sermones isti veri sint. Nos sumus gens illa stulta, de qua in Canticō dicit Deus: *In gente sua irritabo illos.* Irritauit autem dum abstulit ab eis Regnum Dei; & genti huic qui sumus nos tradidit, fructus facienti. O exemplum! ad duo nobis proficit Iudaeorum calus & ruina, vt poenam timeamus, & culpam caueamus. Pestilente flagellato: En culpa; pestilente: En poena; flagellato. Sic eo flagellato, stultus sapientior erit, quomodo Sapiens? Si malum eius faciat nos cautos. Heu quot Regna, quot Prouincias, quot vrbes, quantas Regiones & nationes Christianorum abiecit Dominus. Quare? quia non didicerant Sapientiam, quia sol intelligentiae non luxit illis, quia videntes malum non absconderunt se, ab illo se protegentes. Aegyptiorum plaga ad duo seruierunt Iacelitis, vt ipsi liberarentur, & vnā instruerentur. Ideo sicut ad illorum liberationem Aegyptum flagellauit, ita ad illorū instructionem eisdem multa flagella Pharaonis commemorauit; dicens. *Si audieris vocem Domini Dei tui, cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te.* Ita ita ergo & nobis profint omnia ista Iam Iudaeo derelicto salus est mundi, & diminutio istius diuitia gentium. Neque enim nisi propter eos repulit Deus plebē suam: quemadmodum vt inde educeret populum suum, flagellauit Aegyptum. Vnde ab Apostolo vocantur Dei inimici propter nos. Ergo illorum infirmitas & mors nobis facta est ad medullam.

Sit itaque & ad cautelam, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt, neque simus persecutores bonorum, sicut & illi persequerantur iustos. Vineam sibi concupierunt, & ob hanc causam mortem haereditis sibi proposuerunt, dicētes: *Hic est haeres venite occidamus eum, & habebimus haereditatē eius.* Sed heu quid dicit sanctus Iacobus Apostolus: *Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis Num malū non estis concupiscentes dū concupiscitis uxorem proximi? facultates eius? honores? potestates?* En malorum concupiscentes.

.K k Nostra

14
Deut. 32. 21

Exo. 15. 26

Rom. 11. 11.

Rom. 11. 28

15
1. Cor. 10. 6

Iacob. 1. 2.

Marc. 12. 7 Nostri erit hereditas. Vacui iam seculari
L. 1. 1. potestate, Regem habentes Cæsarem, Pre-
Mat. 23. 6. ludi Pilato subiecti & Herodi. Eò magis
 Ecclesiastica anhelabant, amantes primos
 recubitus in cœnis, & primas cathedras in
 Synagogis & salutationes in foro. Et quòd
 Pontificatum ambirent, ex eo manifestum
 est, quòd non erat vnus perpetuus; sed eo
 alternatim fugebantur. Nam Caiphas e-
 rat Pontifex anni illius. Hæc est hereditas,
Ioan. 11. 49. quam sibi per Christum timebant eripi, di-
Et 51. centes: *Ecce totus mundus post eum abit.* O
Ioan. 12. 19. Pontifices Iudæorum, qui dicitis. Nos au-
Ioan. 9. 28. tem Moysi discipuli sumus. An hoc à Ma-
 gistro vestro didicistis? socios adhibet suæ
Num. 11. 16 potestatis septuaginta viros, arguit Iosue
26. ministrum, qui pro illo æmulans nolebat
 illorum duces in castris prophetare. Quid
 æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis
 populus prophetet, & det eis Dominus Spi-
 ritum suum? Vos autem vt sedere debeatis
 in cathedra Moysi, sedetis in cathedra pe-
 stilentia. Et nos Christiani vbi sedemus?
 quid quærimus? pro quo laboramus? alie-
 nam hereditatem. Hinc bella, hinc lites.
 Qui impediunt ab acquisitione & retentione
 alienorum, quasi fructum petentes, cuius erat
 Dominus Paterfamilias; hos persequimini,
 hos interimitis, præ omnibus hominib.
 vos reputantes. Sed heu! inanis est labor
 vester: *Concupiscitum non habetis: occidistis*
Iac 4. 2. *Et zelatis, & non habetis. Aufertur à vobis*
Psal. 75. 6. *vinea. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in*
48. 12. *manibus suis. Et sepulchra eorum domus illorum*
Pro 21. 16. *in æternum. Quin malos male perdet.* Mel in-
 uenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte
 satiatu euomas illud. Ne te rerum tempo-
 raliu dulcedo decipiat, vt illas quam sa-
 tius fit plus appetat, plus adipiscaris. Statis
 debuerat agricolis esse merces laboris eo-
 rum. Hac non contenti vineam ipsam totam
 concupiere, & vt illum possiderent, neci
 heredem tradiderunt.

16 Sed quid? *Malos male perdet, & vineam*
suam locabit aliis agricolis. Ita quod superest
 euomitur, ne forte satiatu euomas illud.

Iob 20. 12. Audi, audi quid scribitur in libro Iob de
14. 15. homine impio. *Cum dulce fuerit in ore eius*
malum, abscondet illud sub lingua sua. Panis
eius in vtero illius vertetur in fel aspidum in-

trinsæ. Diuitias quas deuorauit euomet, &
de ventre illius extrahet eas Deus. Hæc ver-
 ba quæso infixæ sunt in cordib. vestris, sint
 dulcia secularia in ore eorum, qui diligunt
 mundum, & ea quæ in mundo sunt vertentur in-
 trinsæ in fel aspidum. Quot malorum qua-
 torumque causa sunt diuitia ista fallaces?
 Vnde est quòd mundus iste infernus factus
 est, nisi quia pecunia obediunt omnia?
Qui diuitias habet, eis abutitur ad mala per-
petranda; ad pauperum oppressionem, ad vin-
dicam inimicorum ad concupiscentiam vo-
luptatum, ad gradum ascensionem, vnde alios
deurbare conatur. Panis suauior fit panis do-
loris. Cadet enim cum dominatus fuerit pau-
 perum, & cum quod concupiscerit fuerit ad-
 deptus: quoniam diuitias quas deuorauit eu-
 omet, quòd si hæc euomere noluerit, de
 ventre illius extrahet illas Deus. O turbam-
 tem euomitionem, o violentam extractionem!
Et malos male perdet. Et quid proderit, si
 fueris velut canis reuersus ad vomitum tuum?
Si que perdidideris, repetieris: num manu Dei
omnipotentis resistere poteris, qui de ven-
tre tuo denud extrahet illas? Audi sequen-
tia: Nec est satiatu venter eius. Et cum ha-
bueris, qua concupieras, possidere non poterit.
 Nunquid ergo non melius est fructum redde-
 re, & labores manuum manducare, vt ex hac
 vinea denique transferamur in domum
 Patris nostri qui in caelis est. Quod nobis
 præstet ipse Rex in Regno Dei. Amen.

DOMINICA DE
 ABRAHAM,
 CONCIO PRIMA.

Si manseritis in sermone meo
 verè discipuli mei eritis.

Ioan. 8. 31.

ARGUMENTVM.

Describitur contentio stulticia nostra cum
 Sapientia Dei. Qui sint fructus huius
 Sapientia, & qua excellentia. Tractatur
 hac sic sapienter, diuine & vtiliter,
 vt nil melius.

SICVT

SICUT Divina bonitas bonum trahit ex malis nostris, dicente Ioseph fratribus suis: *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum*: Ita divina Sapiencia ex insipientia & contradictione nostra magis relucet. Est enim Sapiencia, vt fluuius. Vnde ait: *Ego Sapiencia effudi flumina, & fluius meus appropinquavit ad mare*, id est, abundauerunt aquae meae, quasi maris. Fluuius autem de montium sublimitate descendit. Est enim Sapiencia, quae de sursum est, & per immania saxa & etiam per horrenda praerupta cadens ac ruens fluit. Hi sunt, de quibus hodie Iudaeis Dominus dicit: *Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum*. Nec tamen impediunt, sed illam frangentes clariorem reddunt ac dulciorem ac puriorem. Propterea tam mirabilem Sapienciam hodie audimus à Christo, dum stultorum refellit inanes argutias, imò insanas responsiones Iudaeorum. Quam ideo diligenter audiamus.

Hac illo loquente, multi crediderunt in eum, ait Euangelista. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei ex Iudaeis. *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos*. Sermo igitur hodiernus & colloquium Domini coepit fieri in his, qui crediderunt in Iesum, vt in fide confirmarentur. *Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis*. Sed vel hii non permanserunt in sermone Dei, vel subintroierunt alij Iudaei, Christo se opposcentes.

Vbi primum videmus, Contentionem stultitiae cum Sapiencia: Deinde fructu verbi Sapienciae. Circa primum Salomon ait: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur*. Sic docens magnam esse, adhibendam cautelam in colloquio, quod cum stultis habetur, ne dum putamus illos siue arguere siue instruere, in eandem cum eis stultitiam deuoluamur. A qua stultitia si cauere possumus: bona est redargutio contra illos, ne sibi sapientes esse videantur. Dominus

Am. 5. 2.
Ecl. 2. 4.
49.
Ecl. 3. 10.
Iob. 8. 10.
Principales diuisio.
Pron. 26. 4.

itaque Iesus: in quem (cum esset ipsa Sapiencia) stultitiae nota cadere non potest, illos redarguit, vt nos instruat: Illorum multis ramentibus in insipientia sua. In quos bene quadrant verba illa Salomonis: *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata*. Argento sonoro solens verba oris assimilari. Quando igitur verba sunt indecora, merito argento sordido copantur, ex quibus propterea homo tanquam vas fictile decorè non induit, sed magis exaltat & in propatulo ponit stultitiam suam. Et tunc potissimum, quando tumens superbia loquitur homo simul malè corde pessimo. Certè Iudaei utrumque in suis contradictionibus pferunt. Nam quantus eorum tumor, qui se iactant filios tui Abraham tui Dei, & quod nemini seruiuerint vnquam. Quam pessimè verò cor, quandoquidè vt ait Christus quarebant illum interficere; & blasphemias illas temerè imò temulenter effutiunt: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & demonium habes?* Sed hinc quàm viles ipsi & stulti apparuerunt, quando insipientia eorum manifesta extitit: dicente illis Domino? *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere*. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Ac demum Tulerunt ergo lapides vt iaceret in eum, Iesus autè abscondit se, & exiit de templo. At Iesu Sapiencia manifestè apparuit, vt merito dicat. *Si ego honorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, què vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum*.

Rectè ergo de Sapiencia Sapiens decernit. Luci comparata inuenitur prior. Illi Sap. 7. 29. enim succedit nox. Sapienciam autem non vincit malitia. Lux quidem est Sapiencia imò ipse candor lucis aeternae, sed lux ista supercedit visibile hanc sensibilemq; lucè multis quidem modis, sed hoc potissimè, quod lux sensibilibus à tenebris superatur, nam illi succedit nox. Sapienciam autem non vincit malitia. Quid putas insipiens tu? quid loqueris? quid agitas? quid cogitas? si sint opera tenebrarum, à luce diuina

Pron 26. 23.
Kk 2
conuin-

conuincuntur. *Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.* Quid frustra conaris? quid in vanū laboras; Quid in caelum sudas & fatigaris? Inanis non secus est labor tuus, ac fuit eorum, qui turrim pertingentem vsq; ad cælum ædificare meditabantur. Omnis conatus contra Sapienciam frustratorius.

Exo. 14. 7. est. Quid egit Pharaon persequens Israël? Principes Egypti ac Taneos consiliū in-

Isa. 19. 11. si piens dederunt Pharaoni: post multa per-

Exo. 14. 27. pessa flagella ad vltimum dixerunt: *Fugiamus Israel: Dominus enim pugnat pro eis.* Sed ad vnam eleuationem virgæ submersi sunt omnes in aquis vehementibus, & ferrebantur in profundum. Quid egit Saul persequens Dauid? Dauid saluatus est, pergit Saul. Er quid agis tu mundi affeclat? Audi Salomonem: *Qui nitiur mendaciis, pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes.* Certe qui nitiur contra Sapienciam, contra veritatem, qui hominem vituit, mendaciis nitiur, nam omnia homo mendax. Omnia enim temporalia iis mentiuntur, qui cõfidunt in eis; hi pascunt ventos, quia vt ait de se Salamon laborant in ventum. Num tum regere potes ventos, huc illucque dirigere ad tuam ipsius voluntatem? num obediunt tibi venti? vt dicas illis, hucusq; venietis & non vltra procedetis? Ventus ventus sunt temporalia quæ rētib; stringe manum & tene quod habes; o hebes, qui niteris mendaciis. Est d; tibi obediãt venti, & dicas huic, Vade & vadat, & alio veni & veniat. Quem fructū habebis in illis? num lac bibes, lana operieris, ac si esses pastor ouium, qui nunc est pastor ventorum? sequere sequere nunc aues volantes impennis, grauis, terrestris ac terrenus. Vola si potes, quando etiam frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Laboras ergo frustra & sine fructu. Hoc & Oleas figura venti demonstrauit: *Ventum seminabunt, & turbinem metent. Culmus stans non est in eo Germen non faciet farinã; quid & si fecerit, alieni comedent eam.* Quid est ventum seminare nisi in vanitatibus laborare? Quem verò faciunt lærum segetes istæ & fata ista? si laborat in spe fructus percipiendi, quam messem colliget? Tur-

binem metent, ventum venti seminatores metent, sed nõ quecunq; turbinem turbantem nauces, deglutientem, puluerem excitantem, parietes impellentem, ruinas minantem. *Tribulatio & angustia* (inquit Apostolus) *in omnem animam operãtis malum.* Hic est fructus, quem mali Iudæi disputantes cum Domino consecuti sunt, Culmus stans non est in eo: ex vento lato non genaratur culmus, non spica, non granum: ideò quod germinat, non facit farinã oportunam iis, a quibus laboratum est in cultura huius fatiõis. Quod cupiunt non apprehendent, & si quidem videantur aliquid perfecisse, aliquid esse molitos, thesaurizasse thesauros in terra, alieni comedent hanc farinam. Quid infelix, infidelis, perfide Iudæ consecutus es, homicidium, secundum desideria Patris tui, qui fuit homicida ab initio, perpetrans contra Filium Dei? Quid meditaberis occidurus illum? occidamus eum; & nostra erit hæreditas. Hæc farinam fecit culmus tuus, sed alieni deuorauerunt eam. Sed venerunt Romani, & tulerunt locum & gentem, & in dispersionem gentiũ iturus, dereliquisti terram tuam. O inanem laborem! o noxij sudores, vires debilitantes & bonum succum exhaurientes.

Sed tandem, vt hoc clarescat euidentius, bonum fructum examinemus Sapienciæ Dei. Meliorem enim est acquisitio eius negociatione argenti & auri primi, & purissimi fructus eius. Hunc distinguit Dominus, dicens: *Si vos manseritis in sermone meo, verò discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Ergo fructus sapienciæ est discipulatus Christi, veritatis cognitio, libertas & vita. Quæ omnia Christus tribuit sermone suo, qui est sapiencia. Cum ergo sermo Domini origo sit tot tantorumque bonorum, hanc originem suam examinemus; de qua dixit ad eos, qui crediderunt in eum, Iudæos. *Si vos manseritis in sermone meo, verò discipuli mei eritis.* Manere itaque in sermone Domini horum bonorum origo est, quam ideò consideremus.

5. Isti in eo quod crediderant, erant in sermone Domini, capti in sermone eius. Sicut corpus est in terra, sic animus credens est in verbo; corpus idem sustentatur, quia nititur terræ stabili, quam fundavit Deus super stabilitatem suam, non super alienam firmitatem, & idem in æternum stat, & non inclinabitur in sæculum sæculi. Multo igitur magis *verbum Domini nostri manet in æternum*. Vnde Psalmus: *In æternum, Domine, verbum tuum permanet in celo: In generatione, & generationem veritas tua. Fundasti terram, & permanet Verbum quidem, quod idem est quod est veritas, permanet in celo, quia* Psal. 12. 6. *verbo Domini cæli firmati sunt. Permanet in terra, quia eodem verbo reposita est* 1. Pet. 3. 7. *Si ergo firmitas cæli a verbo est, qui non super alienum fundamentum super edificati sunt: multo magis animus per fidem fundatur & stabilitur in verbo Domini: Cui soli innitur, à quo portantur omnia* Heb. 1. 3. *Non enim verbum alieno hæret fundamento, nec alterius indiget virtute, vt in se maneat, & cætera omnia portet. Qui ergo crediderant Iudæi, erant in sermone Domini. Et vnusquisq; est in eo, qui illi nititur. O qualem firmitatem! o qualem quietem haberes! si verbum Dei esset fultum tuum, fundamentum tuum, requies tuâ in sæculum sæculi. Sicut est in verbo Domini per fidem, sis per spem, sis per charitatem, vt in illo speres, vt id diligas* Gen. 7. 18. *omne, quod tibi præcipit diligendum. Firmior fuit arca Noë super vndas, quam terra sub vndis, quia verbo Dei arca nitentur. Idem terra innitentes, quia non crediderunt verbo Dei perierunt. In arca conclusi propter verbum Dei salui facti sunt à fluctibus. Ne aspicias hoc, ne sit lignum vel tellus; sit arca vel terra; sit leue vel graue. Id tantum respice si id est verbum Dei. Quia calum & terra transibunt, verba autem Dei non transibunt.* Luc. 21. 33. *6. Nostre igitur partes sunt; vt maneamus in sermone Domini, vt non ab illo auellamur, ne de arca ista exeamus. Idem dixit: Si manseritis in sermone meo Saul fuit in verbo Dei, per quod vnctus est Rex dum obediens fuit, nam vera ad hæsi-*

verbi, vera obedientia est. Nam si etiã vices & non secundum verbum, instabilis es recedens à Deo. Per inobedientiam autem relinquitur verbum Dei. Ideo Sauli dictum est: *Melior est obedientiam, quam* 1. Reg. 15. *vicima*. Et propterea, quia non obediuit, abiectus est & proiectus a facie Dei, & non fuit stabile regnum eius: Dixit miser Ionathas filio suo: *Omni diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilierit tu, neq; regnum tuum.* 1. Reg. 20. *Persecutione putabat stabiliri regnum suum; in qua erat inobediens voci Dei, qui illum abiecerat & elegerat Dauid; & propterea regnum eius euauit, quoniam Deus exsulauit illud. Dauid verò huc illuc fugiens, neq; pedibus valēs sistere, verè permansit: appetit à Saulo, à Deo semper protectus, ad regnum peruenit; in quo tanta stabilitate potitus est, vt diceret Deus: Semel uauit in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo; & sicut luna perfecta in æternum.* Cur ita? Saul fidit suis viribus suâque potestate: Dauid nixus est verbo Dei. Quid lenius aëre & parte in primis illa superiori, quæ dicitur æther, quæ tenuissima à cælis proximis iugiter circumuoluitur? eam tamen obtinet firmitatem, vt nullo vnquam tempore deficiat vel imminuatur, sed vastam illam colorum vacuitatē implet perfectissimè. Et hoc illi datum est à verbo Dei, quando æthera firmabat sursum. Sic Dauid vndique agitato, destrui aut minui non potuit; firmatus & fultus verbo Dei, quod portat omnia virtute suâ. Sic est quicunque verbo ac lege Dei nititur. Vnde is dicere potest: *nisi quod lectus meditatio mea, tunc forte perissem in humilitate mea. Perissem ex mea infirmitate, sed leuè firmitate subsisto.* Psal. 118. *At contra: Non saluatur Rex per multam virtutem, & Gigas non saluabitur in multitudine virtutis sue.* Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur Rex Saul, qui quasi Gigas ab humero & sursum cæteris omnibus minebat, per multam suam virtutem nec saluari potuit nec stabiliri, vt non perde-

- 1 Reg. 31. 2.* ret, & regnum & vitam, secumq; in ruinā
Psa. 118. 91. potuerit stabili, quod contra verbū Dei
 pugnet, cuius ordinatione perseuerat
 dies. Hi Iudæi qui crediderant per fi-
 dem, erant in verbo Dei. At non videtur
 quod in eo manserint, ex eo quod re-
 sponderunt primò. *Semen Abrahæ su-
 mus, & nemini seruiimus unquam. Quo-
 modo ergò tu dicis: Liberi eritis?* Aliaq; hu-
 iusmodi, vt in colloquio patet, quod inter
 ipsos & Christum sequutum est: Et ideo
 fructu caruerunt, quem generat verbum
 Dei. Fructum istum notant verba Domi-
 ni. *Verè discipuli mei eritis, & cognoscetis
 veritatem, & veritas liberabit vos.*
7. En triplex fructus. Primus est hic: *Di-
 scipuli mei eritis, Secundus: Et cognoscetis
 veritatem. Tertius: Et veritas liberabit vos.*
 Quoad primum: considera, quanta digni-
 tas sit discipulum esse Christi, & hoc verè.
Ioh. 9. 28. Gloriabantur Pharisei: *Nos Moysi discipu-
 li sumus.* Rationem gloriandi subdunt.
Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus.
 Ita enim suum discipulatum referunt in
 Deum, qui loquutus est Moysi, vt sit con-
 sequens illos Dei doctrinam accipere, qui
 Moysen audiunt. Sed non verè discipuli
 erant Moysi: *Nam si crederetis Moysi* (dice-
 bat aliquando Dominus) *crederetis forsitan
 & mihi, de me enim ille scripsit.* Ac pro-
 pterea neque Deo credebant. Vnde hic
 infra. *Et dicitis quia Deus vester est, & non
 cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et
 si dixero, quia non noui eum, ero similis
 vobis mendax.* Mendaces igitur erant,
 dum dicerent. *Vnum Patrem habemus
 Deum, & Deus noster.* Non ergò verè di-
 scipuli. *At si manseritis in sermone meo,
 verè discipuli mei eritis.* Et si hoc, discipli-
 nam Domini accipietis. Nam qui me re-
 cipit, recipit eum qui me misit. Hæc igitur
 est huius discipulatus excellentia, quod
Arist. 1. sunt docti à Domino. Et Beatus est, quem
Rom. 3. 3. de lege sua docuerit Deus. Omnes natu-
Psa. 115. 11. ra nisi scientia Dei, illa videlicet quam
3. Esai. 3. 11. docet Deus, quia *solus Deus verax, omnis
 & 4. 36.* autem homo mendax.
8. Bene ergò subdit secundum fructum:

Et cognoscetis veritatem. Veritas enim om-
 nia vincit, omnis terra veritatem inuo-
 cat. Cæli & ipsam benedicit. Et hic quo-
 que non contemnendus est fructus. Quis
 est qui veritatem nolit apud se? Verus ho-
 mo esse vis nō falsus, veras diuitias ames,
 veros honores, veras voluptates & com-
 moda, nec nisi vera verba velis audire? In
 veritate totum bonum nostrum est, & ve-
 ra salus. Extra veritatem omne malum.

Tota enim pugna, omnifq; controuer-
 sia ad hos duos aduersarios reducitur,
 nempe veritatem & mendacium. Primum
 enim prælium, quod & fuit magnum, fa-
 ctum est in cælo, vbi Michaël & Angeli
 eius præliabantur cum dracone, draco
 pugnavit & Angeli eius. Quis draco?
 Invidiator, deceptor, aduersarius veritati,
 quia *in veritate non stetit: Mendax enim Gen. 1.
 est, & pater mendacij.* Ergò Michaël ste-
 tit in veritate. Et qui misit eum, verax est
 & pater veritatis. Simulachrum prælij fa-
 ctum in cælo fuit illud, quod factum est in
 terra in loco voluntatis, vbi draco mulie-
 rem aggressus, illam decepti mentiens, &
 culpās Deum tanquam mendacem. Con-
 tra hunc Deus verax veritatem destina-
 uit, quæ vt mendacem deciperet, verè
 de terra orta est, atque ideo sub terreno
 velo cooperta atque abscondita. A qua
 mendax, qui desertus à veritate illam im-
 pugnat & ignorat, victus est. Omnis ergò
 pugna, siue in cælo facta, siue in ter-
 ra, est inter veritatem & mendacium. Et
 quoniam mendacio adherentes proiecti
 sunt de cælo & de loco voluptatis, per-
 spicuum est omne malum ex mendacio
 deriuare. Et propterea omne bonum ex
 veritate. An non ergò optimus fructus est
 veritas? Si ergò certamen est perpetuum
 iater mendacium & veritatem; videre in
 cuius exercitu sitis, nam extra vtrum-
 que impossibile est esse, dicente ipso
 Principe nostro. *Qui non est mecum, con- Luce. 11. 21
 tra me est.* Si cognoscis veritatem, si ve- Ioh. 14. 6
 ritatem amas, si certas pro veritate, à
 Christo stas, qui dicit: *Ego sum veritas.*
 At de aduersarij veritatis audi, quid dicat:
*Quaritis me inter si ere, hominem, qui veri-
 tate vobis loquutus sum, quæ audiui à Deo.*
 Vide

Vide praelium. Si veritatem dico vobis, non traditis mihi. Qui ergo diligunt vanitatem, & quarunt mendacium, hi contra Christum pugnant. Heu! quam magnus exercitus Diaboli! Hi sunt, de quibus in Psalmo veritatis scriptum est: *Non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est Sepulchrum patens est guttur eorum, lingua suis doloſe agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, & viam pacis non cognouerunt. Quam paruos exercitus veritatis?*

Psal. 5. 10.
Psal. 13. 3.

Psal. 11. 2. Defecit sanctus, diminuta sunt veritates à filio. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. Labia doloſa in ore & corde loquuti sunt. Signum militum Christi, est veritas: Signum sequentium Diabolum, in quo veritas non est, mendacium est.

9 Nunc probet seipsum homo, consideret vias suas, sint examinata eloquia sua. Cogitet quomodo, aut quid loquatur. Si loquitur veritatem in corde suo, si non agit dolum in lingua sua, si veritatem facit, hic est discipulus Christi, hic miles Christi, hic vere Christi sectator. Si hoc pacto cum Christo non est, illius aduersarius est. O quot sunt aduersarii Christi! ô quot! quibus dici potest. Vos ex Patre Diabolo estis? qui pater est mendacij. Mendaces in stateris vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nec sustinent docentes veritatem, & odio habent corripientem in porta, inania meditantem, & nihil cum ratione agentes. Nã ratio non est, vbi veritas non est. Et hoc non est malum maximum? Et quid magis contra rationem quam sibi ipsi malum inferre? Merito ergo hic dixit Dominus. Si veritatem dico, quare nõ creditis mihi? quam ratio est quamobrem non credatis? nec honor, nec utilitas, nec emolumentum, nec quidquam boni. Quare ergo non creditis veritati? omnis terra veritate inuocat. Vos de terra estis. Quare ergo veritatem dicenti non creditis? Qui in veritate non stetit, seducendo occidit, & ideo homicida fuit ab initio. Mors mendacij fructus est. Quare igitur veritati non creditis? Perdit Dominus omnes, qui loquuntur mendacium. Totus exercitus mendacium & mendaciorum peribit: Contra seipſos

Psal. 61. 10
Amos 5. 10

1. Esdr. 3. 11

Psal. 5. 7.

pugnant, gladius vnus cuiusque versus est contra seipſum, & adhuc mendacium queritis? veritati non obtemperatis? O verba! Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Nihil irrationabilius, nihil abſonum magis, nihil deterius, nihil culpabilius. O mundum infelicem, cuius princeps est homicida & mendax, Vir sanguinum & doloſus, quem abominatur Dominus. Vide ergo quã magnus fructus veritas sit.

Psal. 5. 7.

Sed iam ad tertium veniamus. Et veritas liberabit vos. Quã sit magnus fructus libertas, totus mundus confitetur, qui tamen veram libertatem non cognoscit, quã in hoc est, quod serui simus iustitiã, liberati à peccato, cuius peccati seruitus pessima est, fons & plenitudo malorum omnium. Libertas autem illa vera, quã bona omnia comprehendit, veritatis effectus est. Et veritas (inquit) liberabit vos. Ergo seruitus illa mala omnia comprehendens à mendacio est. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Initium autem omnis peccati mendacium fuit, error fuit, deceptio fuit: hoc semen peccatorum omnium in peccata omnia deriuatur. Ideo vniuersa peccata ex falsitate composita sunt. Ignorantia quippè & obscuritas intellectus, affectum inordinatum & peccantem voluntatè comitatur aut precedit aut sequitur. Ideo qui peccat, semen est Diaboli, qui pater est mendacii. At filij Diaboli serui sunt. Nam soli filij Dei liberi sunt. Vide mendacè Cainum, à quo generatio illa profecta est, quã non erat inter filios Dei. Vbi est Abel frater tuus? dicit illi Deus, qui interrogat iustum & impiũ. Qui respondit. Nescio. Num custos fratris mei sum ego? O qui Deo mentitus es! Num putas latere Deum quod fecisti, qui nouit corda hominum, & intuetur abyſſos? Deceptor seducens Euam matrem tuam, dicebat: Eritis sicut Dii scientes: Pollicens illi diuinam scientiam. Nunc è contra te iam deceptum nõ ua illudit arte. Nam te nesciũ facis dicens: Nescio. Et dum te facis nesciũ, nesciũ facis & Deũ, cui mentiris: dum te nesciũ facis, & quem blasphemas quoque nescientem exultimans sceleris tui.

10

Gen. 4. 9.

Psal. 10. 6.

Gen. 4. 9.

Act. 1. 24.

Esdr. 3. 8.

Dan. 3. 35.

Gen. 3. 5.

tui. Sic Diabolus pugnat à dextris & à sinistris, vt timor nocturnus & dæmonium meridianum: modò scientiam ingerens modò nescientiam, & falso vtrumque; quia vbique mendax. Nam Cain mendaciter dicit. Nescio: & falso putat Deum nescire necem illatam fratri. Ita neque parentes eius facti sunt, sicut Dij scientes. Nec qui, Deus est, scit, quòd in quacunq; die comederint erunt sicut Dij, hoc enim esset scire falsum. Falsam ergò scientiam, & illis proponit & Deo imponit; sicut falsam nescientiam ipse Cain, & in se ponit & in Deo supponit. Et hoc operante in oculis mentis tuæ deceptore, qui operatus fuerat in oculis carnis matris tuæ, vt sic totum hominem insanum faceret ab ipso principio. Generatio itaq; Cain, qui mendacem ac mendacium secutus, a generatione Sanctorum qui erant filii Dei segregata, pertinet ad semen & ad filios Diabolus, qui in seruitutem generat. Ergò seruitus à mendacio est.

11. Propterea & isti à Deo indigent liberari, quia serui sunt mendacis & mendacii, quod vt re ostendant nescij, à mendacio contra veritatem exordiuntur disputationem suam, dicentes: *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiimus vnquam.* In quo dupliciter mentiuntur. Primum mendacio occulto. Secundò, mendacio aperto, vt cuiuscunq; generis mendacium illis dominetur. Primum ergò dum dicunt: *Semen Abrahæ sumus*, nituntur mendacio. Nam quando dixit Dominus Abrahæ; In Isaac vocabitur tibi semen: de filiis, non carnis loquutus est sed repromissionis, qui sectatur vestigia fidei Abrahæ. Quod docuit Apostolus doctus à Domino dicente: *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Sed hoc non facitis, (inquam) ergo non estis filii Abrahæ. Nam quod non faciatis, inde cõuincitur: *Quia quaritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis loquutus sum, At hoc Abraham nõ fecit.* Consequens igitur est, vt non sitis semen Abrahæ, sicut prætenditis & asseritis, & per consequens mendacium loquuti estis. Quæ ratio ex hoc confirmatur, quia dum *me quaritis interficere*, illum imitamini, qui ab initio ho-

micida fuit pugnans contra veritatem, & mendacio interimens hominem. Nam quærentes me interficere, veritatem agredimini. Non enim quemcunq; hominem *quaritis interficere, sed hominem, qui veritatem vobis loquutus sum.* Et quia *veritatem vobis loquutus sum*: vt apertos vos ostendatis aduersarios veritatis, & in me interficiendo illius interfectores, atq; ita imitatores mendacis & homicidæ. Si ergo se vocando semen Abrahæ mentiuntur, quamuis aliquo prætextu, tunc se idcirco magis seruos declarant, quo liberos demonstrare nituntur.

Mendacio deinde aperto idem faciunt, dum dicunt: *Nemini seruiimus vnquam.* Si enim tam de patribus suis loquuntur, quam de propriis personis intelligunt, apertum produnt mendacium, cum diuturnam captiuitatem in Chaldæa passi fuissent eorum patres; ipsique & vicini antecessores nati sint serui. Nam tempore nati Christi Herodes Idumæus regnabat in Iudæa, post quem regnauit Archelaus filius eius, post quem Romani regnum illud diuisum in quatuor partes, cuiuslibet Tetrarchiæ, aut Principem aut Procuratorem, siue Præfectum aut Prætozem designarunt, vt ex Luca patet, dum prædicationem Ioannis Baptistæ aggreditur scribere: *Procurante (inquit) Pontio Pilato Iudæam, Luc. 13. Tetrarcha autem Galilee Herode &c.* Ergo nedum olim serui erant, sed ipso eodem tempore, quo se liberos esse præsumunt & profitentur, seruiiebant. Vnde & in passione Domini præfractè clamant: *Non habemus Regem nisi Cæsarem* Regem autem habere seruire est, vt populus confessus est, quando Roboam in locum patris Salomonis sufficiens erat in regnum. Seruiiebant itaque Romanis. Vnde & tributum reddebant Cæsari; qua in solutione se seruos profitebantur. Dicente Domino ad Petrum; quod si Reges gentium accipiunt tributa non a filiis, sed ab alienis, consequens est vt liberi sint filii. Ergo qui tributum soluere coguntur, alieni sunt, & non filii nec liberi: huiusmodi erant Iudæi. Non ergo liberi erant, sed serui. Apertum ergo dicunt mendacium, quo ex seruitute

matur & verbum: ac propterea idem voluit per verbum & spiritum oris Psalmus intelligi. Ergo qui sermonem Domini seruauerit, vitam possidebit perfectam. Quæ autem perfecta est, immortalis est, nam posse mori defectus est vitæ. Quapropter Deus, qui viuuit in æternum, immortalis est. Huiusmodi vitam immortalem & æternam, soli habent verbum vitæ continentem, quod est Christi; cui dixit Petrus.

IOAN 6. 39. *Verba vita aeterna habes* O qui vitam istam habere non cupiat? Desiderium omne rei cuiuscunque ex vita procedit. Desiderium enim motus est animi & viuientis: non potest autem moueri quod non est, neque aliunde quam ex esse motus rei atque adeo desiderium potest proficisci. At viuientium esse, vita est. Ergo ex vita desiderium emanat omne. Sapit autem res omnis ac motus naturam suæ originis: Ergo desideria nostra vniuersa, vt à vita procedunt, ita ad vitam tendunt, vt verè aliud nihil, aut saltem potius quam vitam nequaquam valeamus concupiscere, tantum abest, vt mortem quis possit desiderare.

26 Malum ergo est homini, qui in vita desideranda fallitur, vt non veram cupiat vitam, quæ nullum habeat fœdus cum morte, sed eam potius, quæ vitæ habet apparentiam, non vero substantiam. O malorum omnium plenissimum errorem. Reconsens Dominus fructus sui sermonis ita adorsus est. *Verè discipuli mei eritis; & postea subdit. Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* A quo autem liberabit? Profecto in primis à mendacio. Qui sic liberi sunt, non possunt in vita concupiscenda decipi. Qui ergo sermonem Domini seruauerit, & manserit in eo, veram iste diligit vitam, & dies videbit bonos, ac propterea *mortem non videbit in æternū*, nam qui mortem videt, non videt dies bonos, qui vera sunt vita. Si veritas Domini & verbum Domini idem sunt, dicente Domino Patri. Sermo tuus veritas est, sicut quando veritas liberat, veram confert libertatem, nam à veritate nisi verum nihil prodire non valet; Haud secus quos sermo Domini viuificat, verè viuificat, atque hac ratione veram tribuit vitam. Si (in-

quit) *vos Filius liberauerit verè liberi eritis*, ergo si & Filius vos viuificauerit, verè viuētis: ait enim: *Ego sum via, & veritas* **IOAN. 14.**
& vita. Veritas (inquam) & vita, quæ est vera vita. At Iudæi qui ex patre Diabolo errant, qui *in veritate non steterunt*, non nisi falsam libertatem falsamque vitæ proferebant. *Nemini* (inquit) *seruimus unquam.* *Quomodo ergo tu dicis: liberi eritis? Nunc cognouimus, quoniam damonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta mortuus sunt: & tu dicis; Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Loquebatur Christus de vera libertate, quæ sunt homines liberati à peccato; loquebatur de vita, quæ viuuntur in æternum; & ipsi de extrinseca, temporali; libertate & vitæ loquuntur, quæ flocci penditur à Veritate. Achab Rex erat immunis à temporali seruitute, sed de illo Scriptura dicit. *Non fuit alter talis: sicut Achab, qui venundatus est.* **25.** *vt faceret malum* Contra vero Paulus **do-1. Cor. 7. 21.** *et. Seruus vocatus es? non tibi sit curæ.* Nam *in Christo non est seruus, neg. liber, sed* **IOAN. 1. 12.** *omnes quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Hæc potestas tam magna est, vt non sit potestas super terrâ, quæ comparetur ei. Reges gentium **do- Luc. 11. 21.** *minantur eorum, & potestatem exercent super eos, sed interim ipsi sunt sub potestate tenebrarū, & sub patre diabolo; & serui peccati, liberi fuistis iustitiæ.* De vita autem **Rom. 6. 11.** *Paulus loquens, de viduis ita scribit. Quæ in delitiis est, viuens mortua est.* Et Ioanēs. **1 Tim. 6. 17.** *Vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & vixerunt, & regnauerunt cū Christo. Ceteri mortuorum non vixerunt.* Si in omnibus bonis, quod verum est, appetimus; quid in duobus his bonis facere nos conuenit, quæ sunt super cætera bona vniuersa? Vera libertas, vera vita super omnia appetenda est, cauendumque est, ne in hunc labamur errorem, vt Iudæi.

Et quoniam vita primum locum tenet, **17** nam qui non est, neque liber, neque seruus esse potest. Propterea Deus in re ad vitam pertinente; docuit populum suum, vt diligenter distingueret inter mundum & immundum, in quorum discretionem & distinctionem

atione per figuram iudicium discernens & distinguens mirabiliter commendauit. **DMT. 14. 6.** Omne animal (inquit) quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comedetis. De his autē quæ ruminant, & vngulam nō findunt comedere non debetis; nam immunda sunt: sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. Carnib⁹ eorū nō vescemini, nec cadauera tangentis. Ruminare non video quid sit aliud, quā meditari, cogitare, recogitare, benè perpendere, quæ ad vitam pertinent. Nam vngulā diuidere, satis apertè innuit distinctionem, qua probamus spiritus, si ex Deo sint, & quodcunq; nobis propositum bonum, si verè bonum sit, si vtile, si conueniens, si decens; & hæc distinctio & distantia maximè in victu obseruanda est, quo viuimus. Hoc lex hisce figuris prætendebat. Nam (vt ait Apostolus) lex spiritalis est, sed induēs ipse personam Iudæi adijcit. Ego autē carnalis sum. Sic Iudæi, qui secundum carnē dicunt: *Semen Abrahe sumus*; non esse autem secundum spiritum, à Domino demonstrantur, non distinguunt inter vitam & vitam, & inter libertatē & libertatem. Nam vbi de libertate Spiritus sermo est, qualibetate Christus nos liberauit, ibi libertatem carnis præferunt. Vbi de vita æterna sermo est, quam dat Christus ouibus suis pabulo verbi Dei, ipsi vitam mortalem præferunt.

18. Dīcamus igitur nos distinguere. Quidquid comedis, quidquid in te recipis, quidquid cordi admoēs, rumina diligenter cuius conditionis sit, ne fortè inimicū admittas, reputans amicū, ne fortè p pane serpentem, pro pisce traicias scorpionem, ne fortè blanda pro veris, & è vestigio Christū putes Phantasma esse, ne futura bona quasi à longè stans, nec probè pspiciens exiltimes vmbra: Et breuiter ne veniat sup te maledictio illa: *Va vobis qui dicitis malum bonum, & bonum malū: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Ita vngulam findis. Neque tamen sufficit vngulam findere, si non addatur & ruminare. Distinguit Iosue quando Gabaonitis dixit cum Principibus populi. Ne fortè in terra, quæ nobis forte debetur habitetis,

& non possimus fœdus inire vobiscum. Quinam estis vos, & vnde venistis? Diuisit vngulam, distantiam considerauit inter habitatores terræ promissionis & alios externos, sed non ruminauit. Primo aspectu accepit eos, nō repetiit, non reuocauit, vt diu cogitaret, ac veluti ruminaret rursusq; manderet. Ideo deceptus est. Hi sunt, qui habent zelum Dei, sed non secundū scientiam. Hi sunt, qui viucentes sicut & gentes, quæ ignorant Deum, arbitrantur obsequium se præstare Deo, modo viuāt inter fideles Christi, modò stent in Ecclesia Domini, modò verbis cōfiteantur se nosse Deum, dum tamē factis negant; modò dicant: Domine, Domine, interim non curantes facere voluntatem Patris. O quot sunt huiusmodi! Verum & cognita veritate per distantia boni & mali, adhuc ruminandum est. *Recogitate eum* (inquit Paulus) *qui talē sustinuit aduersus semetipsum contradictionem.* Memento nouissimorum. *Eccl. 28. 6.* dicit Sapiens. Et Salomon de forti muliere: *Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius.* Et de iusto Psalmista: *In lege Domini meditabitur die ac nocte: Et in mādātis eius volet nimis.* Et de prudente Sapiens: *Bona & mala in hominibus tentabit.* Non sufficit videre aut leuiter tangere, tentare oportet, versare, premere, probare diligenter. Quæ ad hanc vitam tantum pertinet, leuia sunt; si quis in his fallatur, non magnū est dispendium; At verò quæ ad Deū pertinent, magni momenti sunt, vel bona valdè, vel impensè mala; ac proinde illa scrutari oportet omni studio & sedulitate. Hinc Dauid: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea.*

Idè Jeremias ad portam templi vidit **19.** ficus; ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde: quæ quidem figurabāt duas partes populi, & bona & mala euentura vtriusq; vt merito figurent omnia, quæ ad Deum pertinent, siue bona, siue mala, quæ quidē Deus vult à nobis diligentissimè considerari. Ita n. scribit Propheta: *Ostendit mihi Dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positis ante templū Domini, calathus vnus ficus habebat bonas nimis, vt solent ficus esse primi temporis: & calathus vnus*

Tit. 1. 16.
Mat. 7. 21.
Heb. 12. 5.
Eccl. 28. 6.
Prov. 31. 38.
Psal. 1. 2.
Psa. 109. 1.
Eccl. 39. 5.
Psa. 118. 119.
Ier. 24. 1.

ficus habebat malis nimis, quæ comedi nō poterāt, eo quod essent malæ. Et dixit Dominus ad me. Quid tu vides Ieremia? Et dixi, ficus bonas, bonas valde; & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ. Attendis quomodo vult ista cognosci? Non satis Deo fuit ostendere illa Prophetæ; interrogauit illum quoque super hoc, imo & declarauit quid prætenderetur. O homo! si gustares bona Domini, videres immensam eorum bonitatem & dulcedinem. Si è contra gustares mala, quæ impiis deputata sunt, inuenires tā amara, vt comedi non possint, & impij tamen comedere compellentur. Nam dicit de illis Sapientia: *Comedent igitur fructus vitæ suæ.* Hæ erant antè templum vt à fidelibus viderentur. Comedite, ruminare, voluite hæc in cordibus vestris, non perfunctorie, non superficialiter, sedulo, & iterum atque iterum gustate & videte. O quàm dulcis ruminatio. Hoc voluit Deus in figura animalium mundorum, & hoc potissimū in discretione vitæ, veræ videlicet & falsæ.

20

Sed quod de volatilibus subinfert lex potissimum pertinet ad iustè iudicandum de libertate. Libertas enim maximè in volatilibus designatur, quæ aëra per liquidū volitantes quocunque libet libere absque impedimento feruntur. Eorum autem libertati nihil aduersatur magis, quam rapacitas aliquorū ex ipsis, cuiusmodi sunt Aquila, Gryphus, Vultur, Accipiter, & huiusmodi. Dum ergo quæ libertati aduersantur, per legem reiciuntur, hanc docemur appetere, idque in iudicio & discretionem. Quod in Ieremia docemur eleganter, vbi quod viderat de ficibus, applicat Dominus ad duo genera hominum populi Iudæ. Sicut ficus hæc bonæ (inquit Dominus) sic cognoscam transmigracionem Iudæ, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum; & sicut ficus pessimæ, sic dabo Sedeciam Regem Iudæ & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hæc, & qui habitant in terra Ægypti. Et dabo eos in vexationem afflictionemque, & in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos: Hæc ibi. Primum fuerunt, qui iubente Deo per Iere-

Prc 1. 31.

Ier. 24. 5.

miam voluntarij abierunt in captiuitatē, ita per Dei obedientiam temporali se libertate priuantes. Qui vero nimis cupidi libertatis, noluerunt se tradere Nabuchodonosor Regi Chaldaico, hi sunt secundi. Illi ficus bonæ nimis; Hi ficus malæ nimis. Illi denudè reuocati sunt in terram suam, & in libertatē reuersi. Hi verò pessimè perierunt. Libertas quidem magnum bonum, quæ non bene pro toto venditur auro. At vera libertas, non quam præterdunt Iudæi, sed quam docet Christus. *Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Heu! quam libertatem habere potest qui seruus est peccati? cui dominatur omnis iustitia? permittit peccatum dominari in animo suo?

Vnde cubicularius Regis Darij extulit super alias, mulierem tanquam Rege ipso fortiolem, nisi quia concupiscentia dominatur dominatoribus aliorum? Rex erat ille & vtique potentissimus, at tamen & eo & omnibus Principibus suis annuentibus potentior illo prolata est mulier, quam concupiscenter diligebat. Ita quidquid diligis, dominatur in vniuersa terra corpori tuo, & in vniuersa potestate animæ tuæ. Si bonus est amor, Regnum tuum Regnum cælorum est, Regnum Dei; quia quem amas ecce dominatur. Si inordinatus est amor, Regnum tuum Regnum est mundi, figuratum, vt habes ex Daniele, in quatuor bestiis, verè bestiale imperium, vbi non ratio dominatur & regit, sed passiones peccatorum quæ per carnem sunt. Ergo Christum in Paulo loquentem audiamus: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiæ eius. Christus nos liberauit de seruitute corruptionis.* Christus nos eripuit de potestate tenebrarū. Christus eduxit nos spiritualiter de terra Ægypti, vbi in feliciter oppressi, obnoxij per totam vitam eramus seruituti. Christus elegit nos de mundo, vt ultra non seruiamus peccato. Adolescens filius qui se à seruitute Patris exemit, vt secundum suam ipsius voluntatem licenter viueret ac luxuriose, decocta substantia sua adhæsit vni cuium, qui misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. O horrendum præcipientium

cum ex tam sublimi gradu diuinæ filiationis in vilissimam ruere acerbissimamque seruitutem, vbi neque ex siliquis porcorum famis cruciatus potest mitigari. O hominum cæcitatē! o Iudaicam imitationē! o diabolicam captiuitatem, quam volentes incurrunt, qui Deo obedire detrectant, qui sibi ipsis viuere moliantur, qui amatores voluptatum seruos se constituunt crudelium dominorum. O pessimas ficus, quæ mandī non possunt! O extremam depressionem, qua se nedum permittunt sed committunt, vt deiciantur in furens mare, & in profundum abyssi!

CONCIO SECVNDA

ARGVMENTVM.

Agitur de contentione qua semper fuit inter Hebreos & Deum propter quam eos dereliquit. Admonemur quid faciendum, ne nobis quid simile eueniat. In Morali, contra eos qui Deo obedire renuunt.

SI non vult Salomō, vt quis iurgans de honeste amicum suum, profrens cōtra illum rem aliquam turpem, quam fortē vidit in illo, quanto minus tolerabit, quodiusto viro ac probo falso inferatur contumelia? & adhuc quantominus homini illi, qui simul Deus est, in quo est omnis iustitia & fontorius sanctitatis? *Qua viderunt oculi tui, Pro. 25. 6. ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris inimicum tuum.* In necessitatem istam cecidit infelix populus Iudaicus, qui non amicum modō suum dehonestauit, sed fratrem, sed Patrem, sed Principem, sed Saluatorem, sed Creatorem, & Deum ipsum, neque hæc reuelando, quæ apud illum vidisset, sed quæ apud diabolū, calumniōse eidem imponens. Quapropter dicit illis. *Vos qua vidistis apud Patrem vestrum, faciū.* Et explicans quisnam sit hic eorum pater; subdit. *Vos ex patre diabolo estis.* Quam rem ipsimet opere confirmauerunt dicentes. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? & ita verum est, quod ipse illis dixit. Vos inhonorastis me.* Quam dehonestantem iniuriam non emendant, a Deo reprobati sunt atque repulsi, vt non essent vltra populus Dei. Vt ergō aliorum damno cautelam nobis comparemus, historiam hanc, in qua hoc dicitur, diligenter enucleemus.

Nō semel, sed frequenter in sacris apparet litteris, inter Deum & populum suum extitisse contentionem, iam vsque ab eo tempore,

22 Heus Ionas, heu simplex columba, non prudens serpens, quid cogitasti fugiens a facie Domini, nolens illius obtemperare præcepto? num vanè reputasti effugere posse manus Domini? fugis a facie Domini, sed non effugies manus eius; tradet te in manus suas, & ipse tradent te ministris, qui te mittent in mare. Amen dico tibi, nō exies indē, donec reddas quæ sunt Dei Deo, donec te subiicias eius Imperio. Pisces maris te concludit, quem ab obedientia exclusit concupiscentia. Quid, Quid melius fuerat luce frui, & libertate eundi pedibus tuis; & liberē annuntiare verbum Dei, quam in tenebris & ventre cæti contineri, exortem lucis & libertatis? Agis penitentiam, doles de commisso, deprecaris remissionem. Exauditum a Deo, euomit cœtus extra mare super aridam terrā. O concupiscentia grandior omni cætu, strictior omni vinculo, acrior omni Domino & omni inimico crudelior. In vexationem, in afflictionem, in maledictionem illos pellis, qui tibi consensum præbent, qui carentes sensu, percussi non dolent, abiecti non lugent, despecti non confunduntur; sed gloriantur in tribulationibus & in miseriis suis, & dicentes, se sapientes esse, diuites, se gloriosos, se potentes, stulti facti sunt, inopes, inglorij, imbecilles, quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Veram igitur queramus vitam, veram libertatem, vt viuentes & liberi laudemus Deum nostrum qui viuit & regnat, participes facti eius & vitæ & regni in sæculum sæculi. Amen.

tempore, quo erant in Ægypto, vbi per Moysen Deus ex fornace illa ferrea illos liberare contendit, ipsi contra Moysen & Aaron querimoniam facientes dicebant.

Exod. 5. 2. Fatere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & præbuitis ei gladium, vt occideret nos. At in deserto quoties murmurauerunt contra Moysen & contra Deum? Sed aperta contentio est, quando iussu Dei missi exploratores in terram Chanaan retulerunt, quæ viderant. Vbi primum inter exploratores ortum est iurgium, dicente ex vna parte Caleb qui erat vnus ex illis. *Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.* Alij verò qui fuerant cum eo dicebant: *Nequaquam ad hunc populum valeamus ascendere, quia fortior nobis est. Terra, quam lustrauimus, denorat habitatores suos.* Ecce contentio inter exploratores, quorum pars maior Deo quoque, qui dixerat terram illam lacte & melle manare, camq; se illis daturum repromiserat, contradicebant. Sed ecce iam apertam cum Deo ipso contentionem.

Exod. 3. 17. *Murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti Israel dicentes: Vinam mortui essemus in Ægypto, & in hac vasta solitudine vinam percamus, & non inducat nos Dominus in terram istam.* Et contra Iosue & Caleb: *Nolite rebelles esse contra Dominum: Et Dominus ipse: Vsq; quò detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi? Feriam igitur eos pestilentia atque consumam.* Taceo interim contentiones, quas in deserto hic idem populus frequenter contra Dominum excitauit: neque minus quidquam fecerunt iam terram possidentes, de quibus Moyses. *Ego scio contentionem tuam, & cervicem tuam durissimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum semper contentiose egestis contra Dominum, quanto magis cum mortuus fuero? Sed hanc vnã consideremus, quæ de ingressu in terram, quæ erat figura terre viuentium, facta est.*

Num. 13. 17. ³ Quis putet facefe mysterio, quòd hic referens Scriptura nomina duodecim exploratorum, qui missi sunt ad explorandam terram dicat. Hæc sunt nomina viro- rum, quos miser Moyses ad consideran-

dam terram. Et quod recens illa dicat, quod Moyses vocauit Osee filium Nun vnũ de illis Iosue; Iosue in nostra lingua est Iesus, & in lingua Hebræa significat Saluatorem. Sic vocatur in Ecclesiastico, *Et 41.* vbi dicitur. Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi, & in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. At hodierna contentio Iudæorum contra Christum, non fuit de vera promissionis terra, vbi libertate fruimur, & mortem non videbimus in æternum. Intrauit Iesus iste figuralis primus in terram illam, vt deinde in eam induceret populum. Et non dicebat Iesus noster, qui est vere Saluator mundi. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum? Respuunt Iudæi libertatem de qua ipse. *Si vos Filius liberauerit, verè libereritis.* Si liberos existimantes, & dicentes. *Nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu dicis. Libereritis?* Promittenti vitam respondent. *Nunc cognouimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta mortui sunt, & tu dicis. Si quis sermonem meum seruaerit, mortem non gustabit in æternum.* Propterea & libertate & vita exortes facti sunt. At in contentione illa, quæ fuit facta in deserto, decernens Deus illos consumere dixit ad Moysen. *Te autem faciam Principem super gentem magnam, & fortio rem, quam hæc est. Quæ gens certè nos sumus. Qui, quasi filius prodigi in domo Patris nostri mansionem habemus, maiore filio in seruum conuerso, in seruum (inquam) illum, de quo dicit Dominus. Qui facit peccatum, seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in æternum. Filius autem manet in æternum.* O contentionem, quæ patres prohibiti sunt ingredi in terram promissionis, quæ filiis data est. Si autem pro patribus Iuis Christo nati sunt filij, repulsis patribus nostra erit hæreditas, qui sumus filij.

⁴ Quæ cum ita sint, nostrum est attentius considerare contentionem istam in qua Iudæis repulsis atque consumptis, gens ista magna Christianorum & fortis subrogata est. Vt intelligentes quibusnam de

causis illi reprobati sunt, ab eisdem nos
 summo opere caueamus, *ut ne in idipsum
 quis nostrum incidat incredulitatis exem-
 plum.* Hæc enim doctrina est Apostoli,
 qui docet per requiem in terra promissio-
 nis, intelligi requiem æternâ, quam olim,
 ut refert Ecclesia, promisit Deus Abrahæ,
 & semini eius. Et arguens ex illis verbis:
*Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdu-
 rare corda vestra, sicut in exacerbatione in
 deserto, ubi exacerbauerunt me Patres ve-
 stri. Quibus iuravi, si introibunt in re-
 quiem meam, Facit talem rationem. Si re-
 quies adhuc promittitur audientibus vo-
 cem Dei, ergo hæc non est requies terræ
 promissionis, in quam antiquus introiit
 populus. Sed alia, quam Iosue non præsti-
 tit illis, cuius tamen figura fuit terra prom-
 missionis. Et est illa, quam Christus pol-
 licetur dicens: *Et inuenietis requiem ani-
 mabus vestris.* Hanc requiem spiritua-
 lem non est consecutus populus ille, cui
 iuravit Dominus in ira, ut illum nõ introi-
 rent. Iuravit autem quando exploratori-
 bus detrahentibus terræ illi, & populo
 fiente & murmurante dixit: *Viuo ego: Ait
 Dominus. In solitudine hac iacebunt cada-
 uera vestra. Omnes qui numerati estis à
 viginti annis & supra, & murmurastis
 contra me, non intrabitis terram super quam
 leuavi manum meam, ut habitare vos fa-
 cerem.* Quo iuramento significatur, Iu-
 dæos repullos requiem æternam, illâ
 fore priuandos. Cum ergo ille populus
 spiritualem requiem non sit consecutus &
 dicatur. *Hodie si vocem eius audieritis,
 consequens est, ut alij, hi videlicet, qui non
 obdurant corda sua, eandem consequantur.*
 Quos ideo cum Dauide hortatur Aposto-
 lus, ut non obdurent corda. Ex quo etiam
 sequitur, quod rebellio illa populi no-
 lentis ingredi in terram, figurabat con-
 tentionem populi contra Christum, quæ
 hodie maximè apparet. En ergo argu-
 mentum Pauli.
 Quoniam ergo superest introire quosdam
 in illam requiem, & y quibus prioribus an-
 nuntiatum est, non introierunt; iterum ter-
 minat diem quendam: *Hodie, in Dauide
 dicendo, Hodie si vocem eius audieritis, no-**

lite obdurare corda vestra. Nam si eu-
 sus, (id est Iosue) requiem præstitisset, nun-
 quam loqueretur de alia post hæc. Itaque, relin-
 quitur Sabbathismus populo Dei. Summa
 est, quia populus ille antiquus conten-
 tiosè agens contra Dominum non introi-
 uit in requiem, Christo videlicet resistēs,
 & repellens illius promissiones æternæ vi-
 tæ, relinquitur Sabbathismus, requies vi-
 delicet æterna populo Dei. Ibidem Paulus
 causam ostendens cur veteres illi in requie
 Domini non sint ingressi. *Vidimus (inquit) Heb. 3. 19.
 quia non potuerunt ingredi propter incredu-
 litatem.* Id quod in exacerbatione & ten-
 tatione ista, atque contentione apertè mon-
 stratur. Refert enim Ioannes. Hæc illo
 loquente multi crediderunt in eum. *Dice-
 bat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iu-
 dæos; Si vos manseritis in sermone meo, ve-
 re discipuli mei eritis, & cognoscetis verita-
 tem, & veritas liberabit vos.* Crediderant,
 sed non manent in sermone, perseverantes
 in fide. Sermonè magis repellentes, & per-
 sonam blasphemantes.

Ut ergo ne in idipsum quis incidat in-
 credulitatis exemplum, hanc illorum in-
 credulitatem examinemus, quam nobis
 ob oculos ponit nunc Euangelista Ioan-
 nes. Primum ex hac incredulitate promissam à
 Christo respuunt libertatem, se sine
 illa liberos reputantes. Aiunt enim, *Semen
 Abrahæ sumus, & nemini seruiimus un-
 quam, quomodo ergo tu dicis Liberi eritis?* In
 quibus verbis neque spiritus est neque veritas,
 cum tamen *in spiritu & veritatem Deum* *Iob. 4. 14.
 Patrem oporteat adorare.* Non (inquam)
 est spiritus, quia in carne tantum & non
 in spiritu semen erant Abrahæ; neque de
 externa secularique libertate loquitur
 Christus, sed de spirituali. Non est veritas
 in verbis illorum, quando neque seculari
 libertate liberi essent, cum dicant ipsimet. *Iob. 19. 16.
 Non habemus Regem, nisi Casarem.* Et ubi
 dicunt: *Nemini seruiimus unquam,* annos
 multos fuerunt in captiuitate. Ad defe-
 ctum veritatis omisit Christus apertam
 responsum & directam, sed ad defectum
 duntaxat spiritualitatis apertè respondit.
 Et primum de libertate: Secundò de filia-
 tione; quæ duo tamen se mutuo comple-
 ctuntur.

Stuntur Illos ergo spiritualiter seruos ostendens ait. *Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Ut perfectum esset argumentum addendum erat: Sed vos facitis peccatum, ergo serui estis peccati: Sed hoc supponit illud post expressurum, quando mox agit de filiatione. Vbi dicit: *Scio quia filij Abraha estis, sed quare me interficere,*

6. Hoc primum est, quod oppidò nostra interest. Vniuersalis sententia est. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Vera est, quia sententia est Veritatis. Ex Paulo autem Apostolo habemus illius declarationem & demonstrationem. Vbi dicit:

Rom. 6. 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis eius.

Rom. 5. 12. Porro ex peccato Adam, in quo omnes peccauerunt, orta est atq; manauit concupiscentia carnis aduersus spiritum, cui si homo obediat, quæ Deo non placent operatur, quæ repugnant legi mentis ac spiritus; quæ lex a Deo est scripta in tabulis cordis nostri, dirigeas ad iustitiam & sanctitatem. Quapropter hæc duo iugiter sibi inuicem aduersantur; ut lex mensus, quæ est a Deo, bonum semper appetat: lex autem membrorum, quæ est a peccato, ad peccatum tanquam ad sui originem continuè inclinatur & inclinet. Nostrium est veluti in medio existentium, huic vel illi obtemperare. Quod dum facimus, huius

Rom. 7. 23. vel illius nos seruos constituimus. *Nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediuntis ad iustitiam.* Ergo qui obedit concupiscentiis carnis, quæ in carne sunt propter peccatum, peccatum facit, ac propterea peccati seruus est, quod ideo regnat in nobis ac potissimum in corpore mortis huius, id est mortali corpore, quod est caro corrupta, in qua vigent concupiscentia. Heus homo, discerne inter te, & inter carnem concupiscentem siue carnis concupiscentiam.

Gal. 3. 17. Discreuit Paulus dicens: *Scio quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* In te quidem est concupiscentia, sed nihil tui est, sed defectus tantummodo, imperfectio, corruptio, malum tuum, tamen in-

felix, quia in te est, & à te, tuum quid immo tu ipse, existimatur. Et propterea dum illi obtemperas, liber tibi videaris, & sponte tua facere quidquid facis. Seruus, seruus es miser, quomodo tu dicis. *Nemini unquam serui:* seruis totam vitam tuam. Peccatum tibi dominatur. Seruus es corruptionis. O miseram seruitutem!

Imperabat Dominus populo, ut ascenderet in promissam terram; contempsit populus præceptum Domini, suæ concupiscentiæ deseruiens. Quid inde consecutus est? Vociferans omnis turba fleuit nocte illà, dicens: *Vtinam morti essemus in Ægypto:* & in hac vasta solitudine vtinam pereamus. Vide in quantam tristitiam deuenit, quam illa creauit domina concupiscentia. En quantum malum tristitia est? *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi.* Rursus igitur imperauit Dominus ne ascenderent, dicente Moysè: *Nolite ascendere, ne corrutis; gladio corrueris. eo quod nolueritis acquiescere.* At illi obtenebrati ascenderunt. Descenditq; Amalecites & Chananæus, & percussit eos atq; concidens, persecutus est. Vides fructum seruitutis peccati & concupiscentiæ: Intus tristitia, foris ruina. Eo (inquit) quod nolueritis acquiescere: quia parere imperio Domini nolueritis, ut faceretis voluntatē carnis, & obediretis concupiscentiis eius. Eo quod dicit Dominus. *Seruus non manet in domo in æternum, non significat manifeste illos, ut peccati seruos, expellendos de domo Domini: repellendos a Deo? Nō propterea futuros filios, sed seruos, atq; adeo non populum Dei? Sic, sic euenit cuique, qui facit peccatum.*

Heu! quot quantæq; ruinæ in mundum incurrunt ex hoc, quod homines peccatum facientes, peccati constituuntur serui; Dic, dic infelix. Nunquid sperauit anima tua in Domino isto? Et ego dico tibi: *Deus putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustia. Et amittit pallium in die frigidis.* Memento Dominum dixisse: *Ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini.* Sic notantem duo, quæ ad vitam humanam necessaria sunt, victum videlicet

& ve-

7. *Nam. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

10. *Prum. 11.*

& vestitum. Motus verò & gressus ad hæc duo paranda, quòd item necessarius sit, exploratissimum est. At si vt hæc assequaris, infideli niteris, nunquid non delectum est? Dens putridus, dum cibū frangit, frangitur. Corpus si pedi lasso nititur, cadit; & frigore cruciatur, qui amittit palium in die frigoris. Ergò qui sperat super infideli, ex omni parte necessariò destitutus auxilio miserè perit. At quis infidelis magis, quàm qui sibi ipsi fidit cū nihil sit, & in Domino non confidit? Quid debilius defectu; quid fragilius corruptione? quid peccato nocentius; *Promittunt*
1 Pet. 2. 19. alius libertatem, cum ipsi serui sint corruptionis: inquit beatus Petrus. Quod corrumpitur, corruptione corrumpitur. Et quid stabile ergò queritur in corruptione? quid firmum? quid subsistens? quid sustentans? *Infixus sum in limo profundi, non est substantia.* Fructus ergo mercesque seruorum peccati, ruina est atque destructio, sicut experimento nos docet Synagoga.

SECUNDA PARS,

9. **EX** eo quòd probatum est falsum dixit se Iudæos: *Nemini seruinimus vnquã.* Cum agatur de seruitute peccati, in qua tunc erant, maxime Christo aduersantes, sequitur manifestè, illos & in hoc decipi, & semetipsos decipere, qui dicunt: *Semen Abrahæ sumus.* Nam ex verbis Apostoli: *Iam non est seruus sed filius:* & ex verbis Domini: *Liberi sunt filij;* aperte concluditur repugnantiam esse inter filios & seruos. Quod etiam ex ipsa lectione & sermone Domini perspicuum est, dicentis: *Seruus non manet in domo in æternũ Filius manet in æternum.* Cum itaq; serui sint, filij porro esse non possunt. Hoc nunc illis expresse demonstrat. Primum respondens obiectioni quam fecerant dicentes: *Semen Abrahæ sumus.* Dicēs: *Scio quia filij Abrahæ estis.* Dixerant illi: *Semen Abrahæ sumus.* Dicit ipse: *Filij Abrahæ estis.* Ita innuens, quòd qui semen Abrahæ sunt, filij sunt promissionis, *quia in Isaac dixit Dominus) vocabitur tibi seruen.* Et Paulus

ait: *Non dixit in seminibus, quasi in multis, Gal. 3. 16. sed quasi in vno, quod est Christus.* Ergò qui Christi sunt, hi semen sunt Abrahæ, & sunt filij promissionis. At inter filios carnis numerantur, & Ismahel, & ceteri *Gen. 25. 2.* Zamram & Geclan & Madan & Madian & Iesboe & Sue; qui omnes sunt filij carnis. Consentit itaque Christus quòd sint quidem secundum carnem filij Abrahæ, non autem secundum spiritum. Quod sic probat: *Filius secundum spiritum patrem imitatur, faciens opera patris sui.* Vos contrarium facitis, nam *queritis me interficere, quod Abraham non fecit.* Ergò non estis illius filij, sed alterius, illius videlicet qui fuit *homicida ab initio.* Quod simili argumento probat, quo etiam illos non esse filios Abrahæ demonstrat, assumens hanc eandem veritatē. *Filius secundum spiritum, similis in spiritu Patris est, sicut & secundum carnem portat imaginē eius in carne.* Vos in spiritu, Diabolo conformamini. *Igitur vos ex patre Diabolo estis!* Quòd autem similes Diabolo sitis; in his duobus manifestum est, quòd ille homicida fuit ab initio, *Et in veritate non stetit.* Quando vos *queritis me interficere, hominē qui veritatem vobis locutus sum, quàm audiui à Deo.* Ita & homicidæ existentes, & in veritate non stantes. Vnde *si veritatem dico, non creditis mihi.* Et ita verum est, quod dixi. *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor, Et vos quæ vidistis apud Patrem vestrū facitis. Vos facitis opera patris vestri: Et desideria patris vestri vultis facere.*

Aduerterunt illi, quòd à carnali generatione ad spirituale transiret, & idēd hanc quoque sibi defendere moliantur, dicentes: *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deum.* Quod est dicere: ex Isaac, in quo semen vocatum est Abrahæ, orti sumus, non ex Agar aut Cetura; quarum coniunctionem vocant fornicationem: in hoc etiam Abraham sugillantes, vt se magis commendent. Cum itaq; legitimi simus filij Abrahæ, *vnum Patrem habemus Deum.* Huic falsitati duplicem rationem appohit Christus, quarum prima est hæc: *Si Deus pater vester esset, diligeretis visque me.* Ego enim

ex Deo processit: & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. Quòd verò non diligatis me, per se apertum est, quia quòd me interficere. Ergò non estis filij Dei. Ratio altera hæc est: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis. Quòd autem neq; Christum diligere, neq; audirent verbu Dei, ex ipsoru verbis rursus aperitur: Dicunt enim. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demoniu habes? Vbi aduerte, quòd modestè Christus probabat, illos nò esse filios Abrahæ, sed alterius cuius facerent opera; tamen non expressè illum nominaret. At vbi patrem suu Abraham fornicationis criminarentur, & ex hoc concluderent vnum patrem se habere Deum, tum apertè illis dixit: Vos ex patre Diabolo estis, & propterea ut non audistis, quia ex Deo non estis.

11. Qua criminatione in iram & furorem excitati, ipsum culpant tanquam alienum à populo Dei, veluti Samaritanum & tanquam demonio actum; sic quasi notam à se delentes, qua dixerat illis: Vos ex patre Diabolo estis, & eam in illum retorqueres. At Dominus omisso Samaritani nomine, iniuriam hanc pellit dicens: Ego dominum non habeo. Quòd duplici probat argumento. Et primò quidem, dicens: Sed honorifico Patrem meum. Cuius argumenti hæc est vis. Diabolus, qui est Rex superbia; dum dixit: Super astra Dei ascendam, similis ero Altissimo: seipsum exaltauit & detraxit gloria Dei, qui cum sit Altissimus, super omnes est: At Christus honorificat Deum, neq; gloriam propriam querit; ergò demonium non habet. Sed ipsi magis, cum Deo aduersentur, illum inhonorantes, quem Deus glorificat. Et vos (inquit) inhonorastis me. Ego autem nõ quero gloria meam. Est qui quarat, & induet. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est. Altero argumento sic diluit iniuriã. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Ego autem dico vobis. Si quis sermonem meum seruauerit, mortẽ non videbit in æternum. Veritati vobis locutus sum, quam audiui à Deo. Nam

fermo meus veritas est. Itaq; vbi ille in veritate non stetit, quia veritas non est in eo; & cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego veritatem dixi vobis. Et si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et vbi ille homicida est, ego vitam inspiro. Etenim Si quis sermonem meum seruauerit, mortẽ non videbit. Adhuc illi, vt reipsa se ostendant ex patre Diabolo esse, resistunt huic veritati dicentes: Nunc cognouimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta mortuus sunt, & tu dicis. Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.

O contentione! quæ epilogus est, & conclusio omnium antiquarum & preteritarum contentionum, cuius ideo finis est eius, quòd dixit Christus & quòd fecit: Quòd dixit, hoc est: Amen, amen dico vobis, antequam fieret, ego sum. Quòd fecit, hoc est. Vbi iulerunt ipsi lapides, vt iacerent in eum: Iesus abscondit se, & exiit de templo. Nunquid contentiosos istos atq; prefractos hic tandem arguam, & inuehar contra illos? an non potius ad nos ipsos sermonem conuertam & redargutionem? Videte primum, quòd vbi se Deus amplius manifestat, manifestius illic homo perditus ipsum offendit & inhonorat. At Christus: Antequam Abraham fieret: Ego sum. Tulerunt ergò illi lapides, vt iacerent in eum. Sicut & alibi posteaquam dixisset: Ego & Pater vnum sumus, sustulerunt lapides, vt lapidarent eum.

Nostri, nostra ista culpa est, quibus ap. 11. paruit benignitas & humanitas Saluatoris Exhort. nostri Dei, vt dicere valeamus cum Ioan. 11. ne: Quòd fuit ab initio, quòd audiui, Ioh. 16. 10. quòd vidimus oculis nostris, quòd per se. Tit. 1. 4. ximus, & manus nostra conreclauerunt de verbo vita: & vita manifestata est, & vidimus & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. Quo clarius apparet nobis, eò crudelius offenditur à nobis. Præcistemporebus acerbior erat in Deum Iud. Rom. 1. 11. dærorũ offensio; Quia cum cognouissent Nã 17. 21. Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, aut illius mandata ser- uauit.

uauerunt. Amorrhcorum completa est malicia, quando intelligentes manū Dei potentissimam, qua populum suum liberauerat ex Aegypto, & eius non minus clementem quam potestatem prouidentiam, qua in deserto filios suos enutriuit & exaltauit, obdurauerunt tamen corda sua, vt non illius cederent Maieitati, & ad illum conuerterentur. Et quare obmutuit ille, quia ad nuptias ingressus est, non habens vestem nuptialem? quia vidit quia gustauit, quā suauis est Dominus, quia ingressus in thesauros niuis, vidit claritatem Dei, cuius vestimenta alba apparuerunt sicut nix. Tam aperte nobis reuelatus est Christus, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, & rursus illum crucifigentes, & ostentui habentes, sanguinem testamenti pollutum ducimus, in quo sanctificati sumus.

14. Deus in deserto quadraginta annis, quo magis populo fuit proximus, ed plus ab illo fuit offensus. Vt simul in Psalmo legimus: *Quadraginta annis proximus fui generationi huic: & quadraginta annis offensus fui.* Nobis adeo propinquus est, vt frater noster sit & caro; *Quia membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius.* Et quales sumus erga hunc proximū nostrum? Heu! gentium referimus ignorantiam. Alioqui cur monet Paulus: *Hac est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quae ignorant Deum?* Et quae est vita nostra? qui mores? nonne & duritiam referimus Iudaeorum? Alioqui cur ad nos trahit Paulus Davidis verba illa: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea?* Intelligis quod hi exacerbauerunt & tentauerunt Deum, quando probauerunt & viderunt opera eius. Quis amplius probauit, quis clarius vidit opera Dei, opera Christi, virtutem Altissimi, quā nos Christiani? lucem eius quis frequentius, quis propinquius, quis clarius aspexit? & hortamur tamen

ne obduremus corda nostra, sicut & illi audierunt, & increduli fuerunt. O vocē Pauli! *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, descendendi à Deo vivo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantia eius vsque ad finem firmum retineamus.* Et obserua vim huius Apostolicę exhortationis. Moyses (inquit) fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum, quae dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo sua, quae domus sumus nos; si fiduciam, & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus. Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra:* & reliqua vt supra. Sic ergo Paulus arguit. Moyses famulus fidelis fuit, populo annuncians verba Dei. Christus Filius fidelissimus fuit. Ergo si vocem eius audierimus, non obduremus corda; alioqui nostra quam Iudaeorū deteriora erunt scelera. Populus ille visā iam terrā per exploratores durius rebellauit, recusans ascendere ad illam: & propterea Deus cadauera illorum prostrauit in deserto. Vbi clarius videmus, ibi diuinam indignationē ardentius excitamus, vt amplius accipiamus iudicium. Quid mirum si populus ille carnalis carnaliter accipiebat verba Domini, cum de libertate loqueretur, cum de filiatione, cum de vita? At nos qui nati sumus ex spiritu, carnalia quarimus adhuc terrena? corruptibilia? Et quae Christus caelestia repromittit, illa negligimus, spernimus, detrectamus, perdimus, derelinquimus. Heu! qui *Patrem habemus Deum*, facti sumus seminae Diaboli. Homicidium, mendacium, defideria sunt Diaboli, quae fecit ipse, cupit, & studet, vt eadem faciant homines, vt sint filii eius, & participes suae hereditatis. Christus se a Iudaeis abscondit, vt se nobis manifestaret, at nos auertimus faciem, vt non ad eū intendamus. Sed declinamus oculos nostros in terrā, vt videat vanitatem. Sed quid tandem? *Exiit de templo Iudaeorū, & facta est habitatio eorum deserta.* Et tu ta-

15
Hebr. 3. 12.

NUM. 14. L.

men Christiane, illum à te repellis: non recipis eum in domo tua? *Nos sumus domus Dei*, dixit Apostolus, *nos templum Spiritus Sancti*, & eiciemus illum extra domum suam? Et *Spiritus Sancto resistemus*? nequaquam. Sed dicamus: *Ingrederere benedictio Domini, cur foris stas? praparauit domum.* *Veni Domine Iesu.* Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus nobis. Amen.

MORALE.

16 **Q**uod in Iudæis animaduersum est, id si nostra non est instructio, profecto videmus illis esse tardiores, magisque obcæcati, atque propterea maiori quam illi cum reprehensione tum supplicio digni. Loquebatur Dominus ad eos qui crediderant ei Iudæos, quos tamen ad tantam infamiam deuenisse miramur, vt se Christi contradictores statuerunt, & occisores pararent, & blasphemos iactarent, & lapidatores se deniq; facere inchoarent. Num ergo ista non in figura facta sunt nostri, qui iam credidimus, qui non Abraham solummodo, sed gloriamur Patrem habere Deum? Illis dixit. *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Ergo vt verè Christi sis discipulus, non satis est te credidisse, nisi & in sermone illius maneat. An verò manes tu in sermone eius, qui contra illū omniratione pugnas? Sermo illius veritas est. En quanti apud te Veritas est? quantum illi te honor habetur? quā illius tuenda sollicitus es? quam pugnam suscipis pro illa? An non magis illi repugnas? illam persequeris? illam conaris de medio tollere? illam de sede sua deturbare? Hinc est quod homines in negotio circumueniunt fratrem suum. Hinc est falsa illorum amicitia, qui colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Vnde & est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, & est amicus, qui odium & rixam & conuitia denudabit. Hinc est simulata conuersatio mundanorū, vt nescias cui credere debeas. *Eccl. 6. 13.* Vt verè necessaria sit admonitio illa: *Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende.* Hinc est quod neq; vxori secreta sunt reuelanda, adeo vt audienda sit diuina illa

vox: *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: ab ea, qua dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem, virus aduersus socrum suam, & inimici hominum domestici eius. Hinc est; quod diuini decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum. Humilis deceptus est in super & arguitur, locutus est sensatè, & non est datus ei locus Diue. locutus est, & omnes tacuerunt. & verbum illius vsq; ad nubes perducunt. Pauper locutus est; dicunt: *Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.*

Hinc est gloriatio similis huic, quam audimus in Euangelio. *Semen Abrahæ sumus. & nemini seruiimus vnquam. Nos ex fornicatione nati non sumus. Vnum Patrem habemus Deum.* Quam frequens gloriofa iactatio de parentum antiquitate, de sanguinis nobilitate, de diuitiarum abundantia, de dignitatibus atque potestatibus magnificentia; quin & de morum probitate, vt frequens sit auditio: *Non sum sicut ceteri hominum.* Hinc est tanta hominum stultitia, tanta sapientia penuria, tanta mentis alienatio, iuxta quod scribit Sapiens de sapientia. *Homines stulti non videbunt eam, longè enim abest à superbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri voraces inuenientur in illa.* Hinc est, quod *vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* Hinc est stultorum iactantia, qui dicunt se esse sapientes. *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt.* Hinc est confusio illa ædificantium turrim Babel. Vbi confusum est labium vniuersæ terræ, vt non audiret vnusquisque vocem proximi sui. Atq; ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras. Non est in hoc solummodo confusum labium, quod diuersæ sunt linguæ; sed quod omnes quarunt, *quæ suæ sunt; omnes quæ sibi condicunt loquuntur: Et in ore eorum non est veritas: & diminuta sunt veritates à filiis hominum;* vt de duodecim exploratoribus, duo tantum loquantur veritatem, ceteris mentientibus; quæ fuit populi ruina, & abiectio plebis. Sermo Domini erat pretiosus, id est rarus, quo tempore misit Dominus

1. Thes 4. 6

Prou 19. 6

Eccl. 6. 9

Eccl. 6. 13

Mith. 2

Mat. 23

Eccl. 13

Luce 18

Eccl. 10

Psal. 11

Gen. 11

Phil. 2

Psal. 5

Gen. 14

1. Reg. 3

minus

minus Samuelem. O quam rarus nostro tempore sermo Domini; *qui solus verax est. & omnis homo mendax!*

18 Vnus est hic quoque modus manendi in sermone Domini, si veritatem loquamur vniuique cum proximo suo, si vtilia, si coelestia, si fidem confirmemus, si mores instruamus, si nutriendos confirmemus, si Domini gloriam predicemus. Sed heu! desideria patris sui homines mendaces etiam in stateris volunt facere, qui homicida mendacio hominem interfecit. Pater mendacii est, quoniam mendacium omne ab illo est, qui vsque ab initio in veritate non fuit. Ut sint omnes mendaces filii Diaboli, ac propterea homicida. *Os enim quod mentitur, occidit animam.* Num vero anima mortua aliud a se potest viuificare? quin mortificat magis: nam, ut ait Apostolus, *corpus mortuum est propter peccatum:* fuit vero anima quae peccauit, quae ideo prima mortua est, simulque corpus occidit: ergo mendaces sunt homicidae.

19 Et quid primum hominem eiecit de loco voluptatis, vbi erat lignum vitae, nisi mendacium, quo serpens decepit mulierem? Et quare ciectus inde est homo? Audi Dominum: *Ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitae, & comedat, & viuat in aeternum.* Vita priuatur, qui mendacium accepit. Et quare Dominus abscondit se, & exiit de templo? Veritas derelinquit eos, qui credunt mendacio, qui mendacium loquuntur, qui faciunt, quod vident apud patrem suum, nempe mendacium, qui occidunt hominem, qui loquitur illis veritatem, quam audiuit a Deo: qui ideo vitam perdunt, nam qui veritas est, ipse & vita est, ut qui sermonem veritatis seruauerint, mortem non videant in aeternum. Nesciebas misera Synagoga, quid mali afferret odium veritatis. *Nunc i. Cor. 3. 15 malum sentis, & quia cecitas contigit in Israel, adhuc velamen est super cor eorum, ut nesciant, se ideo abiectos esse a Deo, propterea quod ipsi primi Deum abiecerunt & Veritatem.* Videte vos fideles ficulneam, aridam, mortuam Synagogam, dispersum populum Domini, non iam populum Domini; & discite quam malum & amarum sit de-

reliquisse Dominum Deum suum, ut si iam eum inueneritis, teneatis illum, & non dimitatis, orantes & postulantes. *Ne derelinquas me Domine Deus meus ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis mea.* Bene hoc deprecatus est Dauid, qui idem sic precatur: *Iustificaciones tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque.* Vis tecum esse Dominum? Custodi iustificaciones eius. *Nam si dereliqueritis eum derelinquet vos.* Dixit Propheta quidam. Sed audiamus illum loquentem ad populum. Dominus vobiscum, quia fuistis in eo: si quaesieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Transibunt autem dies multi in Israel absque Deo vero, & absque Sacerdote doctore, & absque lege. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum: pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia.

Ecce malum derelinquentium Deum, qui ab eo derelinquuntur. Non est illis pax, id est quies aut bonum quodcunque verum, sed neque huius vitae. Sed terrores erunt vndique, hinc & inde, ante & retro; & hoc non huic aut illi, sed cunctis habitatoribus; non vnus aut alterius terra, sed terrarum. Nam se mutuo praeliis lacerent, non gentes solum aut regna, sed ciuitas pugnabit contra ciuitatem. Hoc autem malum a Domino veniet, qui conturbabit eos in omni angustia. Cur vero? quia dereliquerunt eum. Nunquid non ante oculos nostros apparet ista punitio? En gens Hebraea, quae dies multos manet absque Deo vero, illo in quo dicit Dominus. *Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum.* Nam si Deus Pater vester esset, diligere etiam vtiq; me. Manet gens ista absque Sacerdote, Doctore: quia exierit Christus de templo, translatus est ab eis Sacerdotium, & Episcopatum eorum accepit alter. Non habent Doctorem, qui veritatem doceat. Legis exortes sunt, tenentes solum occidentem litteram, neque illam etiam quomodo obseruantes. Hoc quid admonet nos? quod vbi Deus a

nobis sit derelictus, nihil boni erit nobis, & mala omnia ex hac derelictione obtineant vniuerso mundo.

21 O homo! si scires quàm malum & amarum est derelinquere Dominum De-

Psal. 118. 8 um, te proculdubio iungeres cum Dauid promittente. *Iustificaciones tuas custodiam:*

& deprecante: *Non me derelinquas usquequaque.* Nihil non faceres, vt esset Dominus tecum. Audi illud verè prouerbij:

Pro. 25. 17 *Subtrahes pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.* Et vide si ad Deum hæc referri debeant. Subtraxit pedem suum Deus de domo Israël; quia ipse satiatus odio habuit illum. Mel ipse comedit dulcedinis donorum, qua in manu forti illis concessit *Devs*: Sed satiatus tandem illud euomit, repellens eloquium eius dulce super mel. Ergò & tu si Christum abiicias, qui butyrum & mel comedit, vt nobis dulcis esset, erit amaritudo tua amarissima. Et scias quòd Christus:

Isa. 7. 15. *Sapientia Dei, non introibit in maleuolam animam, nec habitabit in corpore subito peccati.* Ergò qui peccat, Christum eicit de domo sua, vt non habitet in corde illius. Et subtrahit Christus ipse pedem suum de domo peccatoris. Et quid est homo sine Christo: corpus sine anima, cœlum sine sole, terra sine germine, populus sine pace, oculus sine luce, paruulus sine patre & sine pane. Christus omne bonum

Sap. 1. 4. est: qui sine illo est, caret omni bono. Quid durius quam vox illa terribilis: *Discedite à me omnes operarij iniquitatis?* Quid infernus, nisi elongatio a Deo? Ideò se dicit Deus esse in cœlis, procul videlicet ab inferioribus terræ partibus. Heus homo! stude intelligere, quid sit derelinquere Dominum Deum, & vicissim à Deo derelinqui: & decerne & statue tecum, vt i-

Psal. 118. 8. *ustificaciones eius custodias, vt te non derelinquat usquequaque.* Ne tu quoque subtrahas pedem de domo Dei. Eò quòd satiatus & offensus tua propinquitate, oderit te. Sed quantum possumus laboremus, vt Dominus nobiscum sit, & nos cum illo nunc & semper.

Amen.

FERIA II. DOMINICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt.

Mat. 6. 7.

ARGUMENTVM.

Opus nostrum erga Deum fieri debet diligenter & bene, præcipue si opus est maximi ponderis, vt Oratio. Tota Dominicalis Oratio optimè exponitur, motiua efficacia tangendo.

Dvo sunt quæ cautelam requirunt in opere nostro, vt sedulo fiant & aptè; ne forte si ineptè fiant, error inde aut dispendium maximum oriatur. Alterum est operis præstantia ex suo genere. Quod enim maximi in se momenti est, id magna mentis applicatione & aduertentia præstandum est. Nam paruus error in huiusmodi maximus est. Quomodo Oratio tangens Arcam errauit, & perit percussus à Deo. Arca enim res reuerenda est, quasi sedes Dei, vbi cum hominibus habitabat, & homines regebat, sceptrum Diuinitatis suæ. Ideò solus eius indeccens tactus lethalem à Deo meretur percussioem. Quin & solus aspectus illegitime factus, stragis maximæ causa fuit in Bethsamitis. Alterum est errandi facilitas, quando videlicet etiam minima actione, qua leuiter fieri potest & incaute, sic impense peccatur: quemadmodum eadem duo exempla demonstrant. Quid enim leuiter fieri potest, quid etiam promptius, etiam sub boni prætextu potuit contingere, quam ad mouere manum plautro terenti arcam ne ex illo pendente caderet? Et aspectus præsentis rei, quam facile fit? Quæ tamen duo, Arca

Atque excellentia & maiestas flagitabat, ut animo intento fierent, vel magis nullo pacto fierent. Vnde ista, videlicet operis praestantia & errandi facilitas in oratione concurrunt, quae ratione primi est opus praestantissimum, per quod Deo appropinquamus mente: sicut illi corpore accedebant ad locum etiam corporalem, cui diuina Maiestas assistebat. Ratione secundi; *Quid oremus, sicut oportet, nescimus, ut nullo negotio labamur errore* Propterea monet Sapiens. *Noli esse verbosus in multiloquio presbyterorum, & ne iteres verbum in oratione* Grauitas & multitudo seniorum proculdubio exigit, ut in loquendo coram eis magna sit adhibenda cautela, quae a multiloquio quis caueat. Quanto igitur magis accedentes ad Deum oportet considerare, quid loquamur orantes; quae ratione ibi verba nostra promamus, ne forte Deo quasi hominibus persuadete verbis compositis arbitremur. Recte igitur praebet nobis Dominus hoc sapientissimum documentum. *Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Quod documentum ut tutius exequamur atque facilius, ipse idem Dominus praecem composuit, eamque nos docuit; quam coram Deo fundere debeamus, dicens: Sic ergo vos orabit. Pater noster, qui es in caelo: sanctificetur nomen tuum.* De hac igitur modo erit sermo noster. Attentos proinde vos volo, & ut sitis rogo.

Pater noster qui es in caelo: Sanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra. De huius orationis excellentia, ut ad illam frequentanda provocemur, hoc nunc sit satis, quod ex ore Altissimi prodit primogenita. Isque ipse a quo speramus quae petimus obtinere, primitus nos instruit: qualiter in eo exorando nos gerere debeamus. Illudque solum addimus, quod etiam facit ad eius explantationem, nempe quod & mores nos componere, & affectus excitare admonemur in illa. Quod enim petere decet, id in primis appetere licet, & ne dum appetere, verum etiam ut praestetur, tota opera nostra adicienda est: Petimus namque adiuuari ad illud praestandum. Ut au-

tem adiuuemur, vires nostras vniuersas exercere consonum est & oportet. Ita doctrina petendi a Deo, est doctrina viuendi secundum Deum. Putasi petimus. *Sanctificatur nomen tuum.* Quantum possumus, docemur & nos nomen Dei sanctificare, & verbo & opere, & toto mentis affectu ipsum magnificare. Ita Regnum Dei promouere; eiusque adimplere voluntatem.

Inde sequitur, ut mentis ardor inflammetur. Nam quid tu petis, quod non appetis? & si res tanta est, quam appetis, ut pro caete ante Deum listas, qui est immense maiestatis, profecto non leuiter illud tibi apperendum aut exoptandum est. Ad quod, ipsa rei consideratio & narratio ante Deum, etiam prouocat & illicet. Hoc enim intendebat Paulus instruens: *Petitiones vestrae innotescant apud Deum.* Neque enim petita sic exponimas, quasi Deo ostendamus necessitates nostras. *Sicut enim (inquit Christus) Pater noster, quid optatis, antequam petatis eum.* Et rursus. *Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* Et hoc est quod potissimum in oratione requiritur, ut recte fiat. Ideo Paulus illum tribuit spiritui. *Ipsa (inquit) spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid verò sunt gemitus hi inenarrabiles, nisi magni affectus, qui verbis explicari non possunt neque verbis indigent ut enarrentur: Sed spiritus cor ipsum dilatat, & praecordia sua flammantia eleuat ante Deum, & ardentem surgit tanquam flammam in mensa sacrificij pinguedine pleni. De quo Propheta in Psalmo: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis. Et holocaustum tuum pingue fiat.* Et de seipso rursus. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationum laudabit os meum.* Et instantia illa, quam nobis suadet Apostolus scribens: *Oratione instate.* Non nisi ex magno cordis affectu proficiscitur. Inde clamores illi. *Quid clamas ad me? Ad Dominum cum tribularer clamaui.* Et clamauerunt ad Dominum. Inde lachrymae. *Precor cum clamore valido, & lachrymis offerens.*

De

De Christo scribit Paulus. De Iuda autem Machabæo & sociis, sic scriptum est: *Cum fletu & lachrymis rogabant Dominum & omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israel* Et Sapiens: *Non despicies preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus.* Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

Excitat etiam & accendit eundem affectum propositus nobis orandi modus ubi

1. Ioan. 3. 1. exordimur. *Pater noster, qui es in cælis.* Vox enim ista, *Pater noster*, quomodo non affectum filialem depromit ex animo nostro, videntes qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus? Videntes quod qui habitat in cælis, homines terrenos & luteas domos habitantes, filios habere dignetur? Videntes, quod si Pater noster in cælis est, potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus? Rursumque videtes quod si Pater est, nihil eorum subtrahet, quæ filijs utilia sunt. Et quomodo miseretur Pater filiorum, sic miserabitur nostri Deus noster. Duo enim hæc audiui, dicit

Psal. 102. 13. Psalmographus: *Quia potestas tibi est, & tibi Domine misericordia.* Misericordia, quia Pater; potestas, quia in cælis. Insuper vox ista, *Qui es in cælis*, ordinat & regular eundem nostrum affectum, docens ab eo qui in cælis est, rogare cælestia. Quod etsi terrena petamus, non ratione alia, quam ut cælestia fiant, videlicet ut deseruiant cælestibus, ut ex his thesaurizemus thesauros in cælis, ut per hæc temporalia transcamus ad æterna, ut horum subsidio corporaliter viuentes, interim non domum manufactam, sed æternam ædificemus in cælis. Huc facit veteris legis mandatum illud: *Decimam partem separabu de cunctis fructibus tuis, & comedas in conspectu Domini Dei, in loco quem elegerit, & primogenita de armentis & ouibus tuis, ut discas timere Dominum Deum tuum omni tempore.* Decima & primitia Domino debebatur, quas sibi ut suas referuauerat, & ideo sibi offerri præcipiebat, concedens tamen, ut iam sibi

Deut. 14. 22. oblatas comederent in templo, latantes & epulantes, ut sic discerent timere illum omni tempore. Comedebant quidem hæc, sed ut bona Domini non hominum, ut cælestia atque diuina, non quatenus terrenas, ut sic timentes tunc Deum atque colentes discerent timere semper, neipè ut totam vitam suam Domino consecrarent; non sibi viuentes sed Deo; non sibi comedentes, sed Deo; non in proprios vsus vites hoc mundo, sed in honorem & cultum Dei, qui est in cælis. O verba plena mysterijs.

Sed iam ad omnia, quæ in hac prece continentur accedamus explananda & intelligenda. Duo principaliter continet oratio ista. Primum, illum ad quem ipsa dirigitur. Secundum, quid ab illo postulemus. Is, ad quem ipsa dirigitur, illis verbis exprimitur. *Pater noster, qui es in cælis.* Nō hominem deprecamur, non Angelum, nō creaturam quamcunque, Deum solū precamur, a quo bona cuncta procedunt; non ad riuos accedimus, sed ad fontem, a quo eodem etiam ipsum nostrum habemus esse, naturam, vitam, corpus, mentem. Est enim *Pater noster*, qui nos genuit, qui etiam nutrit & exultat. *Filios* (inquit) *enutriti & exultati.* Si filios, ergo ipse Pater, ergo ipse fecit nos, & non ipsi nos. Ad eum verò qui genuit, pertinet enutrire, educare, exaltare. Quæ ergo necessaria sunt, ut nutriamur & exaltemur, ab eo non ab alio expetenda sunt. Ideo Patrem appellamus. Hinc & fiduciam accipimus accedendi. Non enim quasi ad Regem aut Iudicem aut Omnipotentem accedimus, sed ad Patrem habentem viscera misericordiae, amantem animas, & diligentem omnia quæ fecit, & erga filios se ut Patrem gerentem & habentem. Et hinc fiducia magna suffulti fiducialiter agimus, & non timemus. *Quoniam tu Domine* (inquit) *singulariter in spe constituisi me.*

Noster omnino communis, non priuatus affectus. Est enim *Pater* non tuus tantum, aut meus; sed *Pater* omnium: *Pater* (inquam) *familias*, qui etsi conuiuium filio parauit iuniori, ad eum tamen inuitauit & senioem, ut simul epularentur & gauderent.

6
Luc. 15. 29

Exod. 12. 3. derent. Hinc ad esum agni tota familia
conueniebat, quin & vicini. Ita quoque
præcipiebat super oblationem spontaneam.
Deut. 16. 11. Epulaberis coram Domino Deo tuo, tu
& filius tuus, & filia tua, seruus tuus, &
ancilla tua, & leuites, qui est intra portas
tuas, aduena, & pupillus, & uidua, qui morantur
uobiscum in loco quem elegerit Dominus.
Sicut ergo uult ut nos mutuo subueniamus : quoniam æqualis est illi cura
de omnibus, ita tubet ut mutuo adiuuemur in orationibus, aded ut dicat. O
rate pro persequentibus, & calumniantibus uos. Hinc & Iacobus. Orate pro inuicem,
ut saluemini. Multum enim ualeat oratio iusti assidua. Hæc igitur est causa,
quamobrem in hac Dominica oratione communia sunt uerba, non propria uenique.
Vnde dicimus. Panem nostrum da nobis. Dimitte nobis debita nostra. Et sic
de aliis.
7 Qui es in caelis. Quod sit Pater, animum eleuat. Quod sit in caelis, animum deprimat.
Hib. 11. 9. Si enim Patres carnis nostra reuerentur, quanto magis obtemperabimus Patri spirituum? inquit Apostolus. Sic patris hominibus primum in monte cum terrore apparuit, & hoc tantum semel in monte, quod accedere non licebat, ut terror ortus esset in illis. Postmodum uero in sanctuario habitabat inter illos, ut Deo liberè appropinquarent. Etenim & columnarum, quæ erant in atrio Tabernaculi, bases erant ex ære, capitella uero argentea, ut eadem oratio uelut recta & erecta columna, & humilia & sublimia simul temporet sciatque & humiliari & subleuari. Immo etiam considerat; Quod excelsus Dominus. Et in alto habitans humilia respicit; in caelo uidelicet habitans excelsus dignitate, & in terra respiciens paternitate. Incipit autem à paternitate tanquam à basi, & in caelum ascendit tanquam ad summum verticem, ubi regnat; ut iam fidenter contemplemur illius sublimitatem; ut inde humiliores facti, etiam fidentiores simus: quandoquidem qui tam excelsus est dignitate, dignatur esse Pater noster. Hinc & in templo loca erant omnibus aperta, ut atria: erant & secreta, quo solis erat Sacerdotibus pa-

tens accessus. Ut sic se Deus omnibus exhiberet; ut summa tamen eius sanctitas omnibus ueneranda esset.
In secundo puncto principali, quod est Res quam petimus, etiam duo continentur; quia duo petenda sunt. Alterum est pertinens ad Deum. Alterum ad nos; ut uerba ipsa declarant, in quibus primo dicimus. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum tuum. Fiat uoluntas tua. Postmodum uero. Panem nostrum, debita nostra. Quæ ad Deum pertinent, tria sunt, Nomen, Regnum, Voluntas. Vbi Sanctificatio, Dominatio, Subiectio. Ut sit in se sanctus & gloriosus. Ad nos, sit Dominus & Rex regum. Nos denique illi obediens, subiecti sumus.
Sanctificetur nomen tuum. Mirabilis profecto diuina providentia est erga suas creaturas. Ipse cui sit bonorum omnium pælagus pariter & fons, nullo horum indiget: nam quod in eo non est, nusquam est, neque ullo pacto esse potest. Dicit ergo ipse primus nobis, Aperiens manum suam, & implens omne animal benedictione & naturam omnem sua propria perfectione. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Verum etiam postquam primus dedit, quid illi potest retribuere creatura. Neque ut nos facimus, se eorum, quæ dat, facit expertem. Et non est locus in eo uacuus, in quo possit aliquid accipere, quod non habeat. Inter bona tamen, quæ confert hominibus, & gratitudo est; unde qui beneficium recipit, gratus sit. Verum quam gratiam referemus omnium Creatori, pleno omni bono? Ecce diuina providentia omnia prospiciens & omnibus, sic suam plenitudinem cum nostra retributione temperauit; ut qui intra se nihil admittat, extra se quodammodo recipiat aliquid a nobis. Sicut enim extra se quodammodo emittit bona sua, plenus semper manens. Ita extra se recipit sine præiudicio immense suæ perfectionis. Ut & nos grati simus reddentes gratiam pro gratia. Ut & ipse in gloria suæ magnitudinis æternus & immobilis maneat, cui nulla unde quæque fieri possit accessio. Ecce redditio & retributio nostra. Sedit in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.

Apos. 5. 13. colorum. Nos quidem extrabenedicimus, laudamus, magnificamus, honoramus, sanctificamus, glorificamus; & proinde quod in nobis est, facimus ut grati sumus, approbantes quod habet, & in eo complacentes, affectum gratitudinis praefertentes, & quantum nobis licet retribuentes, & ipsi sibi retributum & satis factum reputet. Et quoniam primum, quod nostra interest facere, est illi retribuere quae accepimus. Ideo prima nostra petitio est: *Sanctificetur nomen tuum.* Vbi etiam tacite confitemur, etiam bonum hoc gratitudinis & retributionis, suum esse atque ab ipso proficisci.

10 Dum enim id postulamus ab eo, iam non in manibus nostris esse, sed in thesauro abscondito omnium bonorum suorum fatemur. Et in hoc maxime glorificatur, quando & sua glorificatio, quam illi nos exhibemus, bonum eius ac donum est. Quae in re hoc quoque observandum est, quod hanc nostram gratiarum redditionem docuit nos vocare sanctificationem, non magnificationem, aut glorificationem, aut quid aliud tale, quamvis verè sit quodcunque tale. Nam Virgo beatissima dum magnificat Dominum gratias agens, quod ad eò respexit humilitatem suam, ut beatam illam dicitur sint omnes generationes, ait: *Et Sanctum Nomen eius.* Sic enim magnificat, dum praedicat sanctitatem nominis eius. Propterea & locum habitationis gloriae suae ubi habitavit in hominibus, a sanctuarium appellari, & b sancta, & c templum sanctum suum, ut reverentiam quandam pietatis & timoris & devotionis illi doceamur exhibere. Etenim quod magnum est, quod gloriosum, quod potens quamvis debeat honorari, non sic tamen propterea illicit affectum nostrum ad cultum amoris, devotionis, & pietatis, quemadmodum illud quod sanctum est. Rectè igitur dicit: *Sanctificetur.*

a Exo. 25. 8
b Lev. 10. 17.
c 2. Rs. 12. 7.

II *Nomen suum.* Nomen potius quam ipsummet rogamus sanctificari, secundum Scripturarum consuetudinem, ut notetur, quod Deum laudamus, quatenus illi cognoscimus tum per creaturas, tum per scripturas & verbum Dei. Ad eò quod nomen Dei, est

Deus ipse quo notus est nobis, & ut sic laudamus & sanctificamus.

Adveniat Regnum tuum. Hæc est secunda petitio, in qua quod proximam est gloriae Dei, deprecamur. Gloria quippe Dei, ut in se considerata, Dei est, ut est Deus, cui per se debetur omnis gloria. At imperium respicit ea, quibus imperat. Ideo Petrus: *Cui est gloria & imperium.* In quo imperio specialiter honoratur, & in quo summa eius potestas declaratur. Sanctitas enim per se Deum & absolute respicit. Est enim sanctitas eius absoluta excellentia: At dominatio attenditur in respectu ad eos, quibus dominatur. Rectè ergo secundo loco ponitur ista petitio. *Adveniat Regnum tuum.*

Quid verò, aut quod sit regnum eius, inde cognoscitur, quod Dominus praedices suam transfigurationem dixit discipulis suis. *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venturum in regno suo:* quae verba sic posita ab Evangelista Matthæo, sic habentur in Marco. Donec videant Regnum Dei, veniens in virtute sua. At in Luca hoc pacto. Donec videant regnum Dei. Ergo Regnum hoc quod illis videndum pollicitus est venturum, est gloria eius, illaque potissimum, qua regnat super omnes gentes. Quod quia perfectum erit in finali iudicio: ideo cò proprie postulamus adventum ipsius ad iudicium, in quo subiecta illi erunt omnia. Quod ex eo confirmatur, quod tunc, quando discipulis promissionem illam fecit de adventu regni sui ante aliquorum ipsorum mortem, mentionem ipsius iudicij fecit, dicens, ut est in Luca: *Cum venerit in maiestate sua & Patris, & sanctorum Angelorum.* Ut autem in Matthæo: *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis Et tunc reddet unicuique secundum opera sua.* Quam futuram eius gloriam in iudicio praestandam illis in sua transfiguratione monstravit, ut ex hoc gustu fortius animarentur ad eius cum Cruce sequenda vestigia. Appellavit veniens hoc Regnum suum: *Donec* (inquit) *videant Regnum Dei veniens:* quia paulatim in eo acquirendo atque ostendendo progred-

Luc. 1. 8. progreditur. Hinc paruulus primū Eua-
gelizatur ab Angelis, & a Pastoribus ado-
ratur. Deinde stella duce queritur, inueni-
tur, adoratur a Magis, ostenditur a Princi-
pibus Sacerdotū & a Scribis populi, time-
tur ab Herode, & Innocentum sanguine
prædicatur. Inde Ioannes Baptista annun-
tiat appropinquantem regem cæli, dum
clamat; *Regnum appropinquat cælorū.* De-
mum & Christus ipse, & discipuli eius i-
dem cælorum Regnum appropinquare te-
stantur. Cuius præludium quoddam in
Transfiguratione monstrauit; apertum
principium in Resurrectione à mortuis, &
ad cælos Ascensione; possessionem verò
in mundi conuersione; complementum
tandem facturum in generali omnium Re-
surrectione. Quos ut verus constitutus
Rex, & Iudex in gloria Patris sui iudica-
bit, reddens unicuique secundum opera
sua. In quibus omnibus gradibus gradatim
venit ac veniet, donec extremam illi
manum imponat in finali Iudicio. Ideo
1. Tim. 4. 2 Paulus cum ipso Iudicio coniungit Chri-
sti Regnum. *Testificor (inquit) coram Deo
& Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos,
& mortuos, per aduentum ipsius, & Regnum
eius. Tunc enim subiecta illi erunt omnia,
qua nunc tamen necdum videmus, ut idem
testatur Apostolus, subiecta ei. Deinde fi-
nis. Tunc iam plene illud adeptum tradet
Deo Patri, viuens cum illo, & regnans in æ-
ternum.*
14. Quæ omnia ut compleantur, rogamus.
Adueniat Regnum tuum. Cum enim sint
ad magnam Christi & Dei Patris gloriam,
& ad ipsius hominis Christi summam ex-
cellentiam, meritò si diligereamus illum
feruentius ac totis vîribus flagitaremus, ut
ad plenam perueniret ac perfectissime glo-
riofam magnificentiam Regni sui. Hoc e-
nim cupere ac petere indicium est dilectio-
nis. *1. Cor. 15. 28. Quis iuxta quod dicebat caris suis: Si dilige-
retis me, gauderetis utique, quia vado ad
Patrem, quia Pater maior me est. Cuius di-
lectionis præmium Apostolus ostendit,
dicens de corona iustitiæ. Quam reddet
mihî Dominus iustus Iudex non solum au-
tem mihî sed & iis, qui diligunt aduentum
Domini.* Qui enim diligunt aduentum Do-

mini, saltidiant incolatum suum in hac
terra deserta & maledicta; cupiunt dissol-
ui, & esse cum Christo. *Sacri & lætæ ex-
pectant venientem Iudicem, cum venerit
glorificari in sanctis suis, & admirabili fieri
in omnibus, qui crediderunt.* Vide ergò quid
supponat ista petitio, te videlicet non di-
ligere mundum, nec ea quæ in mundo
sunt; amare cælestia; desiderare te Chri-
stum, dolentem clamare; *Hæc mihi quia
incolatus meus prolongatus est: multum in-
cola fuit anima mea: productus arbitrari-
ter quo ascendimus de deserto in montana
Iudææ, & cælestium sublimia mansionum.* O
fœlix, qui conformat appetentiam suam
petitioni suæ, qui quod perit, appetit;
quod postulat, anhelat; quod rogat, qua-
rit, & ad ianuam appropinquans pullat, ut
confestim aperiant illi. Contra quod faci-
ciunt, qui nolunt de hoc mundo vquam
exire: qui flagellis indigent, ut labores
& pœnas Ægypti detestentur, & clament
ad Deum in fortitudine, ut eripiantur de
tribulationibus & necessitatibus. Quo-
rum huiusmodi hæc quot sunt?
Fiat voluntas tua. Hac petitio postu-
lamus voluntariam subiectionem homi-
num Deo, atque Christo regnanti. Debent
quidem subditi suas voluntates cum Prin-
cipis iusti voluntate conformare, quæ
est voluntaria subiectio: sicut primi mobi-
lis motum omnes inferiores cæli sequun-
tur & imitantur. Cuius itaque Regnum
postulamus ut veniat, illi consequens est,
ut voluntates nostras & desideria subii-
ciamus, adeò ut similes simus Angelis
Dei; *qui faciunt voluntatem eius, facien-
tes verbum illius ad audiendam vocem ser-
monum eius.* Quòd si caro infirma legi Dei
non est subiecta, unde quod volumus,
non agimus; desiderare debemus liberari
de corpore mortis eius, *ut in terra fuit vo-
luntas Dei, sicut in cælo* anobis videlicet
viatoribus, sicut & a beatis & domesticis
Dei, qui vident faciem eius semper. Per-
fectum proponitur exemplum, ut qui non
vident, videant; & insipientes, intelligant,
quoniam dirigant gressus suos, & rectos
eos faciant pedibus suis, quantum fœt
terrena inhabitatio & humana mortalitas.
N 2 donec

2. Thes. 1. 8.

Psal. 119. 5.

15

Ps. 102. 10.

Rom. 7. 24.

donec perfectum largiatur plenius, euacuato quod ex parte gerimus. O beatum virum, qui ex corde dicit Deo Patri. *Non recuso laborem. Fiat voluntas tua.* O verum Christi imitatore, qui in laboribus, & angustiis cum clamore valido, & corde perfecto extollens vocem suam dicit illi:

Exhortatio

Non mea voluntas, sed tua fiat. Vt igitur hanc petitionem simplici corde offeramus.

Eccl. 18. 30.

Deo, sit cordi nostro impressum documentum illud Sapientis. *Post concupiscentias tuas non eas, quia à voluntate tua auertere.* Si voluntas Dei, & nostra sibi inimicem aduersantur, non possumus utrumque facere,

Luc. 22. 42.

sed aut cum Christo dicendum: *Non mea voluntas, sed tua fiat;* aut propriam sequi, diuina neglecta aut etiam spreta; quæ est summa peruersitas & extremum malum, unde mala omnia procedunt.

16.

Dom. 14. 21.

Quid putas intendebat lex iubens. *Non hoc dum, est cibum præparare, quo delesteris; lac matris est liquor ille idem, quo formatus est hœdus, & educatus. Quid verò sit lac matris nostræ; dicat peccator ille poenitens. In iniquitatibus conceptus sum.*

Psal. 50. 7.

Et in peccatis conceptus me mater mea. Hoc lac in concupiscentia ortum habuimus, concupiscentia nutrimur, quæ non resistit illi, in dies vehementior fit ad malumque procliuor. Caue ergo illam quantum potes, ne in illa delesteris, ne ex illa tibi cibum pares. Lac concupiscentiæ est via impiorum, qua vadunt concupiscentias suas, facientes voluntatem carnis, & desideriorum secularium. Tu ergo *Ne delesteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Hi comedunt hœdum in lacte matris sue, quia delestantur in male factis, cibus eorum est sequi concupiscentias, in quibus nati, & educati sunt. Concupiscentia fuit eorum radix; concupiscentia truncus, concupiscentia fructus: inde orti, inde erecti, inde partu. Tu ergo quamuis in concupiscentiis natus, quæ te præcedunt, à quibus quasi bos homo trahitur ad vincula, & nescit quo vadat; post illas non eas, quia ducunt te ad supercilium montis, vt inde te valeat

Pro. 4. 14.

præcipitare. Sed à voluntate tua auertere, à concupiscentiis caute; sed intellige, quæ sit voluntas Dei bona & bene placens. Quæ præcepit tibi Deus cogita semper, & in lege Domini voluntas tua iugiter perseueret, permaneat, delectetur. Delectare in ea, & ita delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, vt sicut in celo fit voluntas eius cum gaudio & læticia ac sine labore: Ita & tu, quamuis quasi ad læuam, quia in terra es, sentias tamen delectationes, quæ sunt in dextera eius vsque in finem.

S E C U N D A P A R S.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quæ nos respiciunt & tangunt & quæ nostra sunt, in hac secunda parte Dominicæ precationis consideramus. Sicut verò ista in duplici genere. Etenim vel nostra sunt, vel sumus ipsi nos. Nostra vel bona sunt, vel mala. Bona precamur, mala deprecamur, illa rogantes. *Panem nostrum da nobis.* Illa postulant: *Dimitte nobis debita nostra,* vt pugnemus per arma iustitiæ a dextris & à sinistris.

Panem. Per panem intelligitur quidquid necessarium & vrile est ad vitam, tam corporis quam animæ: *Nam non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ore Dei.* Nam quod est vita Dei, illud dat vitam & inspirationem. Considera Deum quasi comedentem, fruientem videlicet semetipso, atque ita seipso uiuentem. Considera quod nos sumus, quia ipse bonus est. Bonitas quippè illius increata & infinita, causa est nostri esse, huiusque bonitatis nostra participatæ, seu participantis de toto ac perfecto immensæ bonitatis; vt quod nos sumus, sit veluti quoddam quod superest; nempe quod Deo necessarium non est, sine quo plenus est atque perfectus; quod sine sui diminutione confert nobis, sed quod illi necessarium est, unde uiuit, regnat, Beatus est, Deus est; consideres vt cibum ac reliquias mensæ eius, videbis illud quod superest tanquam procedens de ore Dei. Nam & sapientia in suis creaturis cõcreta, quæ est effectus increatæ dicit: *Ego ex ore Altissimi prodigi.*

Sicut

18 Sicut enim increata Sapientia ex ore
 Beel 24.5 Altissimi prodit, primogenita ante omnia
 creaturam, per quam videlicet semel locu-
 tus est: *Fiat: & factum est.* Hanc secus sa-
 pientia, quam effudit super omnem crea-
 turam, in qua quæ increata est elucescit,
 dicitur exire ex ore Altissimi: & sicut in-
 creata viuunt ipsæ, sic dedit & nobis in crea-
 ta vitam habere. Vbi nota *Mysterium*, vt
 Gen. 1.7. more humano loquamur, sicut loquitur
 diuina Scriptura, quando Deus formauit
 hominem de limo terræ, veluti manibus
 aptauit illi corpus; at fingens corda ho-
 minum non manibus, dicit Scriptura,
 quod finxit spiritum, sed quod inspira-
 uit in faciem eius spiraculū vitæ, siue quod
 insufflauit. Insufflare autem vel inspirare,
 quod est emittere spiritum, ore fit: nam
 status, & spiritus de ore procedit sufflan-
 tis & spirantis. Spiritus autem est vita: er-
 go vita & vnde viuimus, procedit ex ore
 Dei. Ideo Paulus cum vita coniunxit in-
 spirationem. *Qui dat omnibus* (inquit) *vi-*
 tam. *& inspirationem.* In hoc igitur ver-
 bo, quod procedit de ore Dei, nos viuimus,
 mouemur, & sumus. Per verbum, &
 Psal. 32. 6. statum idem intelligit Psalmus concinēs.
Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu
oris eius omnis virtus eorum. Quod prius
 dixit: *Verbo.* Secundo, dicit: *Spiritu oris:*
 quia spiritus sono coniunctus: verbum
 est. Itaque non in solo pane stat vita ho-
 minis, sed in omni verbo, quod procedit
 de ore Dei. Nam & panis ipse proce-
 dit de ore Dei, dicentis ad Adam de herbis
 & lignis, quod illa dederit in escam illi
 & omnibus animantibus. Panis ergo
 quem petimus, est omne illud, quo
 Deus vitam & corporalem & spirita-
 lem præbere disponit & vult. Quo in
 negotio ea petimus, quibus mediantibus
 panem ipsum parare præbereque cogitauit.
 Vt pro pane animæ sunt, sacra
 Eucharistia, vocatio, prædicatio; & hu-
 iusmodi. Pro pane corporis sunt inge-
 nium, artes, vires, sanitas, abundantia, pax,
 humana prouidentia.
 19. Vult autem Deus panem sibi peti, vt
 certo sciamus etiam vitam ipsam corpo-
 ralem ab eo pendere, eiusque illum esse &

authorem & conseruatorem. Hinc scri-
 ptum reperimus: *Seuic autem Isaac in ter-*
ra illa, & inuenit in ipso anno centuplum:
benedixitq; ei Dominus, & locupletatus est
homo. Et ibat proficiens: atq; succrescens,
donec magnus vehementer effectus est. Hoc
 autem cum illo operabatur Dominus, vt
 à gentibus quoque cognosceretur, quod
 ipse sit Dominus caeli & terræ, & prote-
 ctor suorum fidelium. Tanta enim fortili-
 tas aliunde esse non poterat, quam ab eo,
 qui solem suum oriri facit, & dat pluias
 temporibus suis, & dominatur vniuersæ
 terræ totius mundi: qui sua ista potesta-
 te vitur ad utilitatem & laudem bono-
 rum. Vnde ibi refert Scrip. de Rege
 Gerare & amicis eius, vbi tantam colle-
 git frugem, quod accedentes ad Isaac di-
 xerunt ei: *Vidimus tecum esse Dominum: &*
cum pace dimisimus auctum benedictione
Domini. Ita Laban dixit ad Iacob: *Experi-*
mento didici, quia benedixit mihi Domi-
nus propter te. Rursus Iacob ad Laban: *Mo-*
dicum habuisti antequam venirem ad te:
diues effectus es; benedixitq; tibi Dominus
ad introitum meum. Scriptum est quoque:
Benedixit Dominus domui Aegypti propter
Ioseph. Hac ratione innotescebat Deus ap-
 pud Gentiles, & nunc apud fideles etiam
 notus est, qui vel in huiusmodi necessita-
 tibus ad eum confugiunt exorandum.
Nostrum. Vocat, quia iam illum no-
 bis designauit. Inde facto homine & ani-
 mantibus, dixit illis: *Eccedidit vobis omnem*
herbam afferentem semen super terram, &
& vniuersa ligna qua habet in se semen om-
neris sui, vt sint vobis in escam. Et post
 diluuiū: *Omnes pisces maris manus vestra-*
traditi sunt, & omne quod mouetur & vi-
uit, erit vobis in cibum, quæ solera virentia
tradidi vobis omnia. Ne ergo oblitiscamur,
 hæc nobis vsq; ab initio gratis a Deo
 concessa fuisse: Iubet, vt ea perpetuo ab
 illo petamus, tanquam illa quibus indige-
 mus & quæ nobis apta sunt & congruen-
 tia: propterea enim & nostra dicuntur, vt
 hæc sit ratio cur debeantur nobis, quia
 his indigemus & nobis apta sunt. Ideo e-
 nim, & *Aperit manum suam, & implet omne*
animal benedictione.

Nr. 3. Quotidian.

Gen. 1.6.12
 Genes. 26.
 28. & 29.
 Gen 30.
 27.
 Gen 39 5.
 20.
 Gen. 1.29.
 Gen 9.2.
 Ps. 144.16.

Quotidianum. Indigent & Angeli conseruari, quia ex nihilo creati sunt; sed nos euidentius propter corruptionem, qua quotidie morimur & tanquam aquę dilabimur in terram. Imo & in statu innocentie cibis erat nobis necessarius, vt vita perduraret: Poterat etiam homo a gratia excidere, quę est victus hominis secundum Deum, quanto magis nunc? propterea vtrumq; simul petimus panem, tanquam quo quotidie indigemus.

Danobis. Vndeouque veniat panis, Deus est qui dat. Idem & pluit manna de celo: & in lege obedientibus vbertatem pollicetur, inobedientibus sterilitatem. Non petis autem tibi soli, sed ceteris quoque, vt gratior sit petitio, non ex amore proprio surgens, sed ex charitate, qua homo diligit proximum sicut seipsum: propterea & proximi intendit compendium, sicut & suum. Sed heu! quot sunt, qui dicunt. *Panem da nobis.* Et ipsi postulantes a se prompte negant? pro proximo ergo petis verbis, & facto negas. Deus dare pauperi per diuitem destinavit. Ergo si diues rogat *Panem nostrum da nobis*, petit, quod ipse det tanquam seruus fidelis, constitutus, vt det illis in tempore tritici mensuram. At si diues dare respuit, contra Deum pugnat precibus suis. Sed audi diues: Pauper rogans. *Da nobis*, pro te rogat; quem Deus exaudit, vt per te & ipse pascat. Quę igitur habes, prece pauperis obtinuiti: & tu prece pauperis non audis, quem Deus ad tuam vtilitatem audiuit? Caue, ne forte non audiatur pauper a Deo, quo non audito tu pauper sis, subrahente Deo manum suam, quam ad prece pauperis aperuerat pro te. Nunquid enim Deus audire debet rogantem pro te, quem tu non audis rogantem pro se? Arcam non fecit Noë tantum pro se, sed vt saluaretur semen in ea: propterea enim iussus a Deo illam fabricauit: sed dum alios saluat, seipsum saluat & domum suam. Non enim propter illius iustitiam tantum illum pręseruauit, sed vt semen omne, & hominum & animalium pręseruaret. Quod vt persuaas-

simum fieret, impium quoque Cham pręseruauit. Merito itaque qui charitate in proximos & obedientia in Deum laborauit, sensit & ipse fructum laborum suorum: in quibus & Cham verisimile est manum admouisse, vt quamuis impius cum patre, tamen in labore obedientie fructum referret tempora em. Discamus ergo non quę nobis tantum vtilia sunt petere & quærere, sed quę multis, vt & ipsi salutem tum corporalem tum spiritualem consequantur.

Hodie. Non ergo multa bona reposita in anas plurimos petimus, quia forte hac nocte animam tuam repetent & te, & Domini pręceptum est: *Nolite solliciti esse in crastinum: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.* Hoc docemur instructi, vt petamus tantum *hodie* nobis dari, ne forte sollicitemur in plures dies de eo, quod per singulos dies a Deo petendum est: & hoc quidem de pane vite & intellectus, idcirco pro hodierna die debemus petere, quia nedum per singulos dies, verumetiam per omnes horas omniaque momenta illius egemus auxilio. *Optimum est enim gratia stabilire cor scilicet.* Si enim panis cor hominis confirmat, excellentius id pręstat gratia, quę cor intus protegit, quod non faciunt escę corporales. Ac proinde quę de illis a Deo iuebantur in lege, ea vt ad gratiam spectantia interpretamur. Propterea veteribus non licebat edere de morticino, quia quę mortua sunt, viuificare non possunt. Quamuis autem quod viuum est, non comedamus, viuum tamen animal duntaxat in escam poterat pręparari, mortuum non poterat. Vt sic vita eius esset in manu pręparantis, quam sic tolleretur ab animali, vt ad hominis vitam ordinaret, vt ex eo quasi fieret panis vite. Vnde plurimū ex viuentibus paramus cibos. Nam herba & arborum fructus, quos ab initio Deus dedit in escam, vitam habent vegetatiuam. Et quando a diluio etiam animalia concessit, terrestria, natatilia, volatilia, tanquam (inquit) olera, virentia

comē-

simum fieret, impium quoque Cham pręseruauit. Merito itaque qui charitate in proximos & obedientia in Deum laborauit, sensit & ipse fructum laborum suorum: in quibus & Cham verisimile est manum admouisse, vt quamuis impius cum patre, tamen in labore obedientie fructum referret tempora em. Discamus ergo non quę nobis tantum vtilia sunt petere & quærere, sed quę multis, vt & ipsi salutem tum corporalem tum spiritualem consequantur.

Hodie. Non ergo multa bona reposita in anas plurimos petimus, quia forte hac nocte animam tuam repetent & te, & Domini pręceptum est: *Nolite solliciti esse in crastinum: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.* Hoc docemur instructi, vt petamus tantum *hodie* nobis dari, ne forte sollicitemur in plures dies de eo, quod per singulos dies a Deo petendum est: & hoc quidem de pane vite & intellectus, idcirco pro hodierna die debemus petere, quia nedum per singulos dies, verumetiam per omnes horas omniaque momenta illius egemus auxilio. *Optimum est enim gratia stabilire cor scilicet.* Si enim panis cor hominis confirmat, excellentius id pręstat gratia, quę cor intus protegit, quod non faciunt escę corporales. Ac proinde quę de illis a Deo iuebantur in lege, ea vt ad gratiam spectantia interpretamur. Propterea veteribus non licebat edere de morticino, quia quę mortua sunt, viuificare non possunt. Quamuis autem quod viuum est, non comedamus, viuum tamen animal duntaxat in escam poterat pręparari, mortuum non poterat. Vt sic vita eius esset in manu pręparantis, quam sic tolleretur ab animali, vt ad hominis vitam ordinaret, vt ex eo quasi fieret panis vite. Vnde plurimū ex viuentibus paramus cibos. Nam herba & arborum fructus, quos ab initio Deus dedit in escam, vitam habent vegetatiuam. Et quando a diluio etiam animalia concessit, terrestria, natatilia, volatilia, tanquam (inquit) olera, virentia

1 Reg 14. 1
24.
22.
Exod 19. 14
Deut. 28.
11. & 38.
Gen 6. 14
Gen 7. 13

Luc 12
Mat 6
Eph 3
Dan 1
Leuit 11
Gen 9

Mat. 4. 3
Dan. 4. 10

comederis. Diabolus vero ex re mortua cibum suadebat Christo sibi parare, suggerens: *Dis. ut lapides isti panes fiant*. At contra Christus aquam nobis viam pollicetur, ut inuit eam spiritualem & potum spirituales nobis esse sumendam, quae vere sit panis vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris: De qua Sapientia scriptum est:

Prin. 3. 10

Eignum vita est is, qui apprehenderit eam. Ut ergo vita cordis perseueret ipsumque cor stabilatur, ut in mortem non moriatur, non morticino vescatur, sed viuentem, cuius vita cor viuificetur. *Spiritus autem est qui viuificat: caro non prodest quicquam;* nempe ad vitam, cum mortua ipsa sit. Hic est panis, quem quia de caelo descendit a Deo caeli id est Patre nostro qui in caelis est, petere instruimus, & hoc semper, nequando pereamus.

Luc. 6. 64

57 *Et dimitte nobis, debita nostra.* Post ordinem erga bona nostra, nunc quoque erga mala regularum animus noster, quae debita dicuntur; quo nomine mala omnia depremur, quae sunt vel culpa vel poena. Haec vero debita nominantur, quoniam nos faciunt debitores, cuiusmodi duo erant debitores

Luc. 7. 41

vir prociac & mulier peccatrix. Culpa est causa debiti; debitum poena: a culpa enim ad poenam destinatur. Vbi aduerte quod hac peritione non a malis quibuscumque; & tribulationibus & afflictionibus eripi exoramus, sed ab his tantum, quae debita sunt; nempe ab his malis, ad quae propter peccata tenemur, & ea sustinere propter culpas sumus debitores. Nam quae immitit Deus ad amicos suos, & iustos examinandos, & probandos, & perficiendos, sicut debita non sunt, ita non orandum est, ut ab his liberemur. Debita autem deprecamur, ut peccata omnia in se, & in suis effectibus a nobis tollantur. Et hoc per dimissionem.

Trin. 1. 29

Dimitte (inquit) nobis debita nostra. Ea enim soluere potes est nemo. Solus enim est Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & nemo potest peccata dimittere nisi solus Deus: sine cuius dimissione quidquid homo faciat aut patiat, nihil est; quod patet in Inferno, in quo nulla est redemptio, quia nulla est dimissio; Et ideo sempiternus horror inhabitat, perpetuus dolor cruciat, quo-

Job. 10. 22

niam in aeternum tenetur debitor reddere vniuersum debitum; cuius nunquam vel scintilla minuitur, quia nunquam vel minimus quadraus dimittitur.

Sicut & nos dimittimus debitoribus no-

27

stris. O gratiam singularem! o insigne priuilegium, nobis de caelo concessum, ut in terra nos quoque debitores habeamus, quibus dum debita dimittimus, viam nos nobis paramus, qua misericordia Dei veniat ad nos, ut misericordia Domini plena sit omnis terra nostra, plena sit anima nostra.

Psal. 32. 5
Mat. 18. 24

Dimittite creditores, & dimittemini debitores. Dimittite centum denarios, & dimittentur vobis decem millia talenta. Tu quis es? quantus quantus sis, quod tibi debetur, centum denarios non excedit, quia modicum habuisti, quod tibi subtrahi poterit, etiam si quis totum hominem vacuum fecerit & neci dederit. Inuenimus autem si potestis, quantus sit Deus, & inuenietis, quod quamuis modica sit contra illum offensus, ad debitum accedat decem millium talentorum, & tamen modicum illud, maximum istud tollit. Ne igitur tantam perdamus gratiam: *Non nobis asperum*

Gen. 21. 12
Gen. 18. 18

videatur eicere ancillam, & filium eius, ut Isaac potiamur, pro modico amisso semen illud consequi, in quo benedicenda sunt omnes Nationes terrae, quod semen est Christus, author vitae & haeres vniuersorum; & omnium bonorum caelestium, & terrestrium largissimus & liberalissimus dispensator. Non (inquam) tibi asperum videatur pauca dimittere, ut tibi dimittantur peccata multa & scelera multa & maxima: sic enim non minus eius sapiens quam negociator ille, qui venditis omnibus pretiosam comparauit margaritam, & ille qui distractis omnibus suis abiit, & erit agrum illum, in quo thesaurus erat absconditus.

M. n. 35 45

Si sic agis homo, tribuet tibi Deus secun-

28

dum cor tuum, ut eruaris a tentatione, a diaboli laqueo, a periculis latronum, a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu & daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit malum. Super aspici-

Psal. 90. 6

dem &

dem & basilicum ambulabis, & conculcabis
 Psal. 45. 6. leonem & dracōnem. Deus in medio tui, non
 commouebis, neque inducari in tentatio-
 nem, latus & securus, dicens Deo. In te eri-
 piar à tentatione, & in Deo meo transgrediar
 murum prosteruens, & superans impedimē-
 ta omnia, obstacula, offendicula. Deus meus
 impolluta via eius, in qua nihil obliet, quo
 minus curram viam mandatorum ipsius.
 Sic ergo liberaberis quoque à malo Dia-
 bolo, à malo homine, à malo quocunque,
 siue malo eius, quia non minueris omni
 Rom. 11. 22. bono. Vide ergo bonitatem Dei, in te (in-
 quam) bonitatem, qui vult ab omni malo
 Psal. 72. 1. eripi te, non minui omni bono, super om-
 nia bona sua constitui. *Quam bonus Israel
 Deus! ò quàm suauis est Dominus! Beatus
 Psal. 33. 9. vir qui sperat in eo.* Ut autem speremus,
 Matt. 7. 7. certiores nos fecit bonitatis lux dicens:
*Petite, & dabitur vobis. Et dat nobis spiri-
 tum gratia, & precum. Qui adiuuat infir-
 Zach. 12. 10. mitatem nostram. & postulat pro nobis gemitu-
 Rom. 8. 2. 6. tibus inenarrabilibus. Qui autem serui-
 tur corda Deus, scit quid desideret spiritus;*
 quia secundum Deum postulat pro san-
 Rom. 12. 12. ctis. *Simus igitur orationi instantes, cum
 gaudio gratias agentes. Et cum gemitu postu-
 lantes, quæ postulare nos iussit, qui dat omni-
 bus affluenter, Deus Pater, & Filius, & Spi-
 ritus: Vnus Deus, & Pater omnipotens, qui
 Eph. 4. 6. est super omnes, & per omnia, & in omni-
 bus nobis. Amen.*

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Modus orationis consideratur, & quæ ca-
 uenda in modo. Et quid præstare &
 exercere debeamus. In Morali de At-
 tentione.

MAGNA gratia omnium no-
 strum est, quod ingressuri
 terram viuentium, quæ est
 regnum cælorum, & ea om-
 nia adepturi, quæ nos illuc
 ducunt, non timemus, ne forte decipia-

mur ab eo exploratoribus: sicut iam olim
 ab eorum pluribus deceptus est populus.
 Unde factum est, vt ab illa repelleretur, qui
 deceptus illam reuocauit. Habemus enim
 fidelissimum Iosue Iesum videlicet, qui de
 cælis ad nos descendit, vt cælestia decla-
 raret, de quibus ad Nicodemum parum
 credentem dixit: *Si terrena dixi vobis, &
 non creditis: Quomodo si dixero vobis cæle-
 stia, creditis? & nemo ascendit in cælum,
 nisi qui descendit de cælo; filius hominis, qui
 est in cælo: Scit ipse quæ sunt in cælis, quia
 ibi est & inde descendit, non iustians qua-
 draginta diebus, sed habitans in æternitate;*
 qui idcirco descendit, vt eos illic edu-
 ceret: nemo enim nisi ipse illic ascendit, &
 qui cum illo & in illo vnum sunt. Propter
 ea vt cælestia illa appetamus atque petamus,
 vt ea ratione cum illo ascendamus;
 nos de illis instruit, docens quomodo ora-
 re debeamus, ita inquit. *Orantes nolite
 multum loqui sicut Ethnici faciunt: putant
 enim quod in multiloquio suo exaudiantur.*
 Vbi de duobus instruitur, de eo videli-
 cet quod cauere, & de eo quod studere de-
 bebimus. Modus orandi Ethnicorum id est
 quod cauendum nobis est: Modus oran-
 di, quem ipse nobis demonstrat, id est quod
 studere debemus & exercere. De illo dicit.
Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici.
 Vbi modum illum carpit Ethnicorum, &
 suæ reprehensionis rationem adiungit di-
 cens: *Scit enim Pater vester, qui opus sit
 vobis, antequam petatu eum.* Multa sunt
 quidem cauenda in oratione, sed illud in
 primis, quod de alio quocunque, quam vt
 de sola diuina prouidentia atque pietate
 confidamus. Idem enim rogauimus Deum,
 vt ab ipso, quod nobis expedit, non à no-
 bis, vel ab alio quocunque accipiamus: si
 enim id nobis præstare possemus, quid op-
 us esset Deum precari? A nobis autem
 accipere videremur, si aut in viribus, aut
 in meritis, aut in verbis fiduciam habere-
 mus. In viribus, putantes nos nobis ipsis
 sufficere, sicut Goliath in fortitudine sua
 confidebat & in armis. Idem Dauid dice-
 bat illi: *Tu venis ad me cum gladio, & ha-
 sta, & clypeo: Ego autem venio ad te in no-
 mine Domini exercituum.* In meritis fids,

qui

qui suæ virtuti tribuit gratiam & auxilium Dei.

1im. 3. 9.

1im. 7. 10.

1im. 15. 11.

Hec est Iudaica confidentia, qua ex suis meritis purabant ad se Euangelium pertinere, quos Paulus redarguit scribens ad Romanos, ostendens, quod tam Iudæi quam Græci Gentiles videlicet, omnes erant sub peccato, indigentes gloria Dei, qui illos redimeret ab omnibus peccatis suis. Quapropter ne dum ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo. Sed inuentum est quoq; præceptum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit & occidit carnales homines.

Ita, quod per gratiam Domini nostri Iesu Christi (vt in concilio Petrus asseruit) credimus saluari, sicut & illi nempè Gentiles. In verbis autè Ethnicis suam locabant confidentiam, putantes quod in multiloquio suo exaudirentur. Quem errorem Christus hac elidit ratione: Scit enim (inquit) Pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Non ergo prece nostra notam facimus illi necessitatem nostram, neque veluti composito sermone illum aut mouemus aut suademus sic circumuenimus. Cur ergo petimus? Vt humiliemus illi animas nostras; vt illum nobis præsentem exhibeamus; vt illi gloriam tribuamus; vt illum omnium bonorum nostrorum auctorem cognoscamus & confiteamur; vt clarius nostram paupertatem habeamus exploratâ; vt erga illa, quæ petenda sunt, vehementius nostrum accendamus affectum; vt illi deniq; obaudiamus, qui iussit nobis, vt peteremus, qui postulandi rationem ac modum demonstrauit. Propterea ergo paucis verbis cum illo agimus, vt totissimus in illum intenti, accens, atq; transformati; atque hac ratione à riuus ascendamus ad fontem, atque per sua dona gradû nobis faciamus ad Donatorem ipsum. His atq; huiusmodi causis multiloquium Dominus ablegat ab oratione nostra. Sic etiam innuens, vt quidquid à nobis est in quo fidimus, deprecantes amoueamus & repellamus.

1im. 10. 19.

Multiloquium de se vitiosum est, vnde ait Sapiens. In multiloquio non deerit peccatum.

Tom. I. Bellintani.

tum; qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Ad quod magis redarguendum, illam ponit similitudinè: Sicut vrbs patens, & absque muro; ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Vide quam periculis & incommodis exposita sit vrbs, quæ non muro portis ac seris munita est: vt non immeritò hortetur ex aduerso Psalmus. Lauda Ierusalem Dominum, quoniam confortauit seras portarum tuarum. Ergo sibi ipsi noxius est, qui multum loquitur, nec potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quanto magis cum Deo multiloquiû crimini subiacebit? Scipsum homo inflat quasi excellens orator; loquelæ suæ ascribit, quæ ex Deo accipere dona meditatur, Deum & ignorantia notat & instabilitatis & minimæ cum prouidentia tum pietatis. Orantes ergo nolite multum loqui, sicut Ethnicis.

1im. 2. 1. 28.

1im. 147. 1.

Sed modum attendamus nobis à Christo propositum deprecandi. Sic ergo orabitur. Pater noster, qui es in caelis; Sanctificetur nomen tuum. Præambulum habet oratio ista, continens quod nostræ sint dirigendæ preces: & petitiones habet, quas in illa faciamus. Præambulum hoc est. Pater noster, qui es in caelis. Moyses quamuis ad Deum loqueretur, sicut solet amicus ad amicum tamen si fidelissimus in omni domino Dei, non inuenitur tamen in suis precibus Patrè inuocasse Deum: dicebat quidem: Dominator Domine Deus misericors,

5

1im. 34. 6.

& clemens patiens, & multa miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem & scelera, atq; peccata. Non dixit tamen aliquando, Pater noster, qui es in caelis. Hoc facere, quo tempore Filius Dei nomen Patris manifestauit hominibus, & licet, & expedit, & necessarium est; vt filiale præstemus obsequium Deo nostro. Quis vero nostrum sic, nisi Deus ipse præcepisset, auderet orare? Iam se Patrem nostrum Deus manifestat: Pater vult cognosci: Pater à nobis vult nominari. Et idèd Filium suum misit in terram, per quem hominibus dedit potestatem filios Dei fieri. O bonum nuntium de caelo nobis allatum. Aqua frigida anima sitienti, & bonus nuntius de terra longinqua. Venit

1im. 1. 12.

1im. 2. 5. 25.

O o nit

nit Desideratus cunctis gentibus tanquā, aqua frigida animā sitienti: Venit(inquā) summē expectatus Christus expectatio gentium, perinde ac si homini ardentē sitienti propines aquam frigidam, afferens videlicet bonum & optimum nuntiū, non modō de terra longinqua, sed de summo cœlorum: Nempē quod *Deus Pater noster est*. Quod Pater ne dignatur modo, verū etiam iubet vt vocetur, & tunc maximē quando accedimus ad eum, vt sicut oportet oremus. Sic apparet quomodo nos deprecatio Deo coniungit, vt illius simus naturæ confortes.

6 Hoc porō si amarum est Dominum reliquisse, dulcedinis plēnū est. Et idēō melli a Salomone comparatum. *Sicut qui mel multum comedit, non est bonū, sic qui scrutator est Maiestatis, opprimitur à gloria*. Vides quomā qui memor est Dei, delectatur, sicut mel comedens. Eiusmodi tamē cibus est mel, vt si multū de illo comedatur, non bonum sit, nec vtile, sed noxium magis. Ita dulcedo mellis illius afficit mentem, qui cœlestia meditatatur, vt si altiora quā decet scrutari audet & conatur, nihil inde hauriat vilitatis, sed opprimatur magis atque cōfundatur. Hoc nos docet Dominus, dicens. *Sic orabitur, Pater noster, quies in cœlu*. Pietatem meditari, non maiestatem scrutari volens ac docens. Hoc pacto mel comeditur ad mensurā, & comedēti bonū est. Sic enim illi Dulcis ac reclusus est Dominus. Dicamus ergō. *Pater noster, & c.*

7 Vbi, dum Patrem vocamus, Deum consideramus, non sicut dicebat Sapiens ille factus stultus. *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat; & circa cardines cœli perambulāt*. Pater n. familiam curat, illiusq; attendit indigentiam. Præterea Patris nomen speciale notat curam atq; diligentiam: nam quōd nostra consideret, Moyses quoq; confessus est dicens: *Dominator Domine Deus*. Nam qui dominator est, curam gerit; sed tanq̄ Dominus super populū sibi subiectum. At Patris nomen filios respicit, quos nutrit & exaltat, nō seruos aut vasallos, quos punit & castigat. Oraturus ergō, ad eum accedis, qui tui curam gerit, eamq; paternam non dominantem. Tem-

peravit Moyses maiestatis nomen quod exprellerat, dicens: *Dominator Domine Deus*; dum subiecit. *Misericors, & clemens*. Sed hanc clementiam in parcendis iniquitatibus applicauit. *Patiens* (inquit) *& verax qui auferens iniquitatem*. At Pater misericordiatū, Deus est totius consolationis. Tunc quidem sic miserus est, vt non tunc orante Moysē deleret populū, adiecit tamen: *Ego autem in die ultionis visitabo, & hoc peccatum eorum*. Non ergō tametsi misericors fuit, Deus fuit totius consolationis, referuans irā in die iræ: At nunc *Quomodo miseretur Pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se*. Pater n. noster est atque *factor, qui propterea cognouit figmentum nostrum, quoniam lutum sumus, & puluis*. O quanta nobis creatur confidentia per Filiū accedentibus ad Patrem? Quanta consolatio, dum Altissimum, qui est imense Maiestatis Patrem habemus, Patrē vocamus, Patrem deprecamur. O vtilissimam necessitatem; quæ nos ad Patrem ire compellit. O suauiissimam Orationem, cuius primum verbum est. *Pater, Pater* (inquam) *noster, quies in cœlu*. In terris stantes, eum qui habitat in cœlis, alloquimur, fiducialiter agentes, haud secus atq; si Patrem nostrum adoriamur, negotiaque nostra cum illo liberè agitemus.

O præcipuam terram sanctæ Ecclesiæ, lacte & melle manantē. Lacte, quia sumus paruuli atq; lactentes; melle, quia gustam⁹ dulcedinem, atq; suauitatem, & benignitatem Saluatoris nostri Dei. Qui terram viderunt, eamq; probauerunt & laudauerunt, hi in illam ingressi sunt, illam possederunt. Vide homo & intellige bona, quæ tibi Deus pollicetur, vide illa diligēter, circui illa, & lustra vniuersa, & bene perpende, vt socius sis duorū, qui soli de tot millibus adepri sunt promissiones. Et ipsi duo constituti à periculo liberati sunt, & ex numero sexcentorum millū peditū inducti in hæreditatem, in terram, quæ manat lac & mel. Si Pater est Deus; ergō nos filii; si autem filii, & hæredes in dicendi in hæreditatem, quæ manat lac & mel. Hoc est, quod potissimum consolatur & certiores facit, nos fore exaudiendos. Quoniam Pater noster

ter noster est, quem rogamus, qui propterea inducet nos in hereditatem, num ergo derelinquet, *Dnec crescamus in virum perfectum, qui possit hereditate potiri?* Num qui cælum daturus est, terrena negabit, modò non impedimento sint ad cœlestia consequenda? *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratia eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

SECVNDA PARS.

habere non possumus; hoc autem bonum non aliter habemus, quam si illi coniungamur; coniunctio verò in hoc sita est, vt illi verè, decenter & excellèter hæreamus, quod non est aliud, quam illum videre sicuti est, & diligere vt summum bonum est, videlicet propter se & super omnia; Hinc est, quòd vt beati simus, Deum diligere teneamur in toto corde, anima, mente, & viribus vniuersis: quo modo aliud nihil à nobis diligendum est.

Hoc nos docent petitiones à Domino Iesu nobis exposita, tres videlicet illa prima. *Sanctificetur nomen tuum. Aduentat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Quid petis & appetis? summum bonum. Hoc ne vt bonum tuum? si sic, iã non vt summum illud; sed te potius finem constituis supremum, propter quem etiam summum bonum habere laboras: quòd dũ facis, illud offendis potius quam assequeris. Quapropter vt sit bonum propter se, à quocunq; diligendum est & adipiscendũ. En quare petitiones ista præcedunt, in quibus, quomodo possumus, ipsius Dei bonum spectamus & intendimus. Duo autem bona in Deo modò consideramus. Alterum illi intrinsecum & essenziale: Alterum extrinsecum & accidentale. Primum illud est essentia Dei, ipsa diuinitas & forma. Hanc Deo neq; petimus neq; desideramus; habet enim illam à se, necessariò, & æternam. Amamus tamen & honoramus, & laudamus latantes & gaudentes, quòd illam habeat, vt dignum est. Bonum extrinsecum hoc idem est, quòd à creatura illi præstatur, nempe amor, honor, cultus, obedientia, timor, & huiusmodi. Quod, quantum nobis licet, primo illi bono atq; substantiali respondeat; nempe vt e ratione illud, qua summum bonum est, amemus, honoremus, colamus, timeamus. Ad quòd bonum illi præstandum nos obligat primum illud. Propterea enim quia Deus est Altissimus, Beatus, solus potens, solus bonus, Immortalis, Inuisibilis, illum diligimus, reueremur, benedicimus, illiq; obtemperamus.

Maiestas, qua in seipso magnus est, immensus, infinitus, & bonorũ omnium pelagus,

Num. 8. 17.

Heb. 4. 16.

Exo. 33. 9.

34.

Exo. 33. 16.

Exod. 34. 11.

Na. 1. 11.

Eccl. 4. 6.

10

11

gus, honorem postulat, qui nobis iubetur & à nobis exhibetur, dum dicimus. *Sanctificetur nomen tuum.* Qui sic magnus est, ac bonus, omnia potest, ac propterea creator est omnium; quidcirco omnibus à se creatis dominatur vt Rex. Id q̄ duobus modis præstat: Naturaliter quippe omnia sicut creauit regit, disponit, ordinat, ali- quibus verò ex creaturis omnibus singu- lari ratione dominatur, quomodo populū sibi delegit peculiarem, in quo regiam suā potestatem, atq; prouidentiam demonstrat, cuius regni atq; regiminis excellentia in iustis & electis suis nunc apparet, excel- lentissimeq; apparebit, quando Filius Dei tradiderit regnum Deo & Patri. Quod vt fiat rogamus. *Adueniat regnum tuū.* Huic petitioni proximè, tertia est consequens, videlicet: *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.* Qua medium, quo nunc excellē- ter regnat, & in fine excellentissime regna- turus est, postulamus. Solius quippè Dei est, sic liberis volūtatibus dominari, vt eas & regulat & excitet & moueat, ad eò vt rebelles quoq; valeat compellere. Hoc ergò medio ad Regni excellentiam deuenitur, qua Deus homini dominatur, quando hu- mana voluntas diuinæ perfectissime con- formatur: quod quia de se nostra non potest, rogamus, vt illius gratia id præstare valeamus re; præstemus.

12. Dei gloriam zelans Moyses, diuinam populo obtinuit propitiationem. *Volebat*
 Nu. 14. 16. *Deus populum ob duritiam suā perdere. Di-*
 cent *Egyptii, dicent Chananai: Non pote-*
 17. *rat introducere populum in terram, pro qua*
 iurauit, idcirco occidit eos in solitudine. *Ma-*
 19. *gnificetur ergo fortitudo Domini.* Ecce ho-
 20. nor Dei. *Dimitte obsecro peccatū populi hu-*
 25. *ius.* Dixitq; Dominus. *Dimisi iuxta verbū*
 tuum *Viuo ego.* & implebitur gloria Domini
 vniuersa terra. En fons salutis nostræ, glo-
 ria Domini. Vt fortitudo Domini magni-
 ficaretur, cognoscereturq; Deus tū potens
 tum patiens ac multa misericordix, tum
 etiā verax fidelisq; in omnibus verbis suis
 populo noxa dimissa est. Sed altissime &
 consilium Dei, & Moysi deprecatio, & in-
 tentio præualuit, quando & populus ille
 tum demum abiectus est à Deo, quo tem-

pore Principem fecit Moysen super gen-
 tem, populo illo maiorem ac fortiorem,
 nempe super Ecclesiā Christi, quæ & Mosi
 credit & Christo, & repleta est gloriā Do-
 mini vniuersa terra. Zelus Dei est contra
 populū. Zelus Moysi est erga honorem
 Dei. Vterq; impletur. Et hoc tandē ad sa-
 lutem omnium gentium. Zelas, o Moyses,
 (veluti dicit Deus) gloriam meam, & pro-
 pterea saluum vis populū. Ego te exau-
 diam excellentissime, saluans terrā, camq;
 implens gloria mea, quod erit tibi gratissi-
 mum, sicut mihi gloriosissimum est. Quia
 sapienter! Ergo in oratione docemur præ
 omnibus postulare, vt *Sanctificetur nomen*
 Dei Patris. Nam ex illius gloria, tanquam
 ex radice fecundissima fructus omnis pro-
 dit & diuinæ potestatis & voluntatis, &
 hominum salutis & felicitatis.

Rectè ergò transfimus ab his, quæ
 Diuina sunt ad nostra, vt petamus panem
 nostrum & debitorum nostrorum dimis-
 sionem, & ad nos ipsos demum dicentes.
Ne nos inducas: sed libera nos. In princi-
 pio ipse, *Pater noster.* In fine, *Nos, Ne*
nos inducas in tentationem, sed libera nos.
 In medio, Diuina & Humana, quæ ad
 illum & quæ ad nos pertinent. Sicut pri-
 mus ipse; sic primum sua. *Nomen tuum,*
Regnum tuum, Voluntas tua. Sicut pos-
 tremi nos, sic posteriora nostra. *Panem*
nostrum, debita nostra. Bonum omne ipse
 est. Sua itaque bona omnia. *Nomen,*
Regnum, Voluntas. Nos cum simus ma-
 li, & bona tenemus & mala. En bona
 panem. En mala debita. Nullo indiget
 ipse cum sit in cælis. Ideo dicimus. *Pa-*
ter noster, qui es in cælis. Nos maximè in-
 digemus, idcirco oramus. *Ne nos inducas*
in tentationem; sed libera nos à malo. Pri-
 mum ergo quæramus gloriam Domini,
 & hæc omnia adiciuntur nobis. Moyses,
 nos scimus, quanto feruore postulabat.
Ostende mihi gloriam tuam. Quid vero
 cum transfret gloria Domini coram eo?
 quid ab eo postulauit? *Obsecro, vt gra-*
diaris nobiscum, & auferas iniquitates
nostras, nosque possideas. Quid vero
 est, quod DEVS nos possideat, nisi quod
 in nobis regnet, quod nos sustentet & pro-
 tegat.

regat. Per hanc possessionem ergo intelligitur & Regnum & Voluntas eius: & nihilominus quod nos pascat, tribuens panem nostrum quotidianum. Quod addit. Auferi iniquitates nostras, hoc est. *Dimittite nobis debita nostra, & ne nos inducat in tentationem sed libera nos a malo*. Ergo ex gloria Dei nobis adest gratia Dei; Quia gloria Domini colligerte, scriptum est in Isaia. *Vis ergo, o homo, ut regnet Deus in te, reque non derelinquat? sit gloria Domini super te, illam omnibus praeponere, & ponere etiam super te. Vis ut in te fiat voluntas eius, sicut & in caelo; ubi in bona voluntate sua beat omnes coelicolas? sit gloria Domini super te; plus zelus gloriam eius quam tuam. Vis ut pascat te & praebeat tibi cibum in tempore? sit gloria Domini super te. Ideo viuas ut in te glorificetur nomen eius. Vis ut tibi tua debita dimittantur? sit gloria Domini super te; quam parcendo maxime ac miserando manifestat, sic exhibens sibi gloriosam Ecclesiam. Vis a tentatione praeseruati, ita ut etiam facias cum tentatione prouentum? sit gloria Domini super te. Leua oculos tuos in montes, unde veniet auxilium tibi, cupiens ante omnia, ut Deus glorificetur in te. Vis liberari a malo, ut eruaris a potestate tenebrarum, & a die mala libereris? sit gloria Domini super te. In omnibus gratias age, hoc solum spectes ut in omnibus & ab omnibus benedicatur Altissimus. O facilem abundantemque prouisionem pro omni bono. O facillimum remedium contra mala omnia, si dicamus; *Gloriam Domino*. Aliud nihil spectat Deus principaliter in operibus suis, nisi ut sanctificetur nomen suum. Unde canitur: *Sanctus in omnibus operibus suis*. Et quoniam super omnia opera sua est salus electorum suorum, nil sibi reputat gloriosum magis, quam illos inducere in gloriam suam, ad gloriam suam ordinat gloriam illorum; ac propterea in his omnibus, quae conducunt eorum saluti gloriam suam intendit. Id ergo & nobis faciendum est. Ita enim sicut in caelo, in terra quoque illius impletur voluntas. Qui duo viri, Dei gloriam sicut & Moyses zelauerunt, intenti prohibere gentem a peccatis, & perfringe-*

re murmur malitiae, hi a periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium perditum. Detrahebat gens Deo, non credentes ei etiam tot visis signis, quasi non posset eos inducere in terram, quam illis promiserat. Unde dixit Dominus ad Moysen: *Num. 14. 11* *Vsquequod detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quae feci coram eu?* E vestigio Iosue & Caleb Deum glorificabant, dicentes: *Terra valde bona est, si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam. Nolite rebelles esse contra Dominum. Dominus nobiscum, nolite metuere*. Propterea populum detrahentem consumere disposuerat: Moysen autem glorificantem illum constituit Principem super omnem terram, & duos fideles induxit in hereditatem, in terram; quae manna lac & mel. Haec est unica via, qua bona omnia consequamur, mala omnia deuitemus. Qui declinat ab illa, percussus a Deo, & praesentia bona perdit, sicut illi morientes in deserto, & a futuris repellitur, sicut illi ingredi non potuerunt in requiem Domini. Appareat ergo nobis gloria Domini, eamque praec oculis nostris iugiter habeamus, ut nos colligat & congreget in vitam aeternam. Amen.

MORALE

MAGNUM & appositum documentum huic rei quam tractamus nobis affert Proverbium illud Salomonis: *Claudus pedibus & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum*. Cur mittis ineptem ad loquendum ac referenda verba tua illi, qui procul sit a resatiis non eras; per te ipsum facere, quod per stultum facies? An claudus es, ut non tu ipse vadas? Claudum profecto te constituis, te declaras: non enim capit ratio, quod per ineptum agas rem quam tu aptius & conuenientius ipse ages. Quin verè tibi pedes succidis (ut legunt Hebraei) quando per stultum agès, ita negotia corrumpis, ut ea postmodum non valeas resarcire. Hoc enim est, iter tibi ipsi interdicare & facultatem auferre, ea componendi & in statum commodum restituenti. Ut merito etiam iniquitatem bibens

bens à Sapiente dicaris : hoc est, tibi ipsi
dammum creare. Nam verbum Hebraeum
hic positum, & iniquitatem significat &
dammum: alioqui per peccatum, damna ab
eo surgentia Sacrae litterae intelligere con-
sueuerunt. Heus tu, si culpatus est is qui
personam ineptam interponit, vbi de re a-
licuius momenti agitur; quid de te ipso
dixerimus, qui stultè rem tuam agis cum
sapienter possis? O rem praestantissimam,
quam cum Deo in oratione loquentes a-
gitamus! O sublime negotium, omni cir-
cumspeditione curandum! Deum oraturus

Exod. 19. 3. Moyses ascendebat in montem, tu si clau-
dus fueris, si pedibus succisus, id qua ratione praestabis?

Luc. 18. 10 Ascenderat in templum, vt oraret, tamen si à longè stans publicanus. *2913.*

Si non quomodo oportet oraueris, iam non ascendis, iam ad Deum non accedis, iam non te statuis in conspectu Dei. Claudus pedibus es, non exiens de domo tua, de cognatione, de patria, tibi ipsi adhaeres, quae tua sunt quarens, non quae Iesu Christi. Cur docuit Iesus nos, vt dicamus orantes. *Pater noster, qui es in caelis?* Vt illum adueantes, qui habitat in caelis, exeamus de terra nostra, obliuiscamur domum Patris nostri, relinquamus & Patrem & matrem, ceterosque cognatos, & res nostras vniuersas, adhuc autem & animas nostras nosque metipsum abnegemus. Vides nos doctos à Deo, vt nostra & nos posthabeamus; quae Dei sunt praeter omnibus spectemus, curemus, petamus, dicentes. *Pater, sancti facit nomen tuum. Adueniat Regnum tuum. Fiat voluntas tua.* Si aliter depreceris, si te ipsum anteponas, plus expectes, quam gloriam Dei; tuam utilitatem, tum verò non exis de terra, non caelum petis, non te ab imis eleuas ad sublimia; sed Altissimū ad abiectionem deprimere atque humiliare conaris. Si ad agis, vt conualescas de infirmitate; vt exuas paupertatem; vt non te coarctent angustiae; vt non ab aduersariis iraperaris; vt ab hominibus non despiciaris, decipiaris, deprimaris; atque haec agens, nequaquam Deum reuereris, sed homines times tantum; tum certe te ipsum quaeris, non Deum. Curigitur dicis. *Pater noster, qui es in caelis:* nihil est, nisi quia pu-

tas ac petis, qui sedet super Cherubim, deponere de sede, & ad te inclinare & trahere; vt illius fruaris emolumentis, non illius lateris praecognitionis & exaltationibus.

Hoc quam indecens sit vt noris, audi Salomonem. *Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.* Magna animi offensio, si quis aquam fontis limpissimam, pede lutu excitans turbet; si vena, vnde aqua ista fluit, vel obturatione impediatur vt aquam non deriuat, aut iniunctione rei immunda corruptatur vt non effundat aquam mundam Incommodum quoque non modicum affert ista fontis turbatio & venae corruptio, quando quidem apta nec ad bibendum sit aqua illa, nec ad lauandum, nec ad alias etiam curandas necessitates. Est iustus velut aqua clara; Si cadat coram impio, si ab eo conculcetur, si obsecratur, si denigretur, si impediatur, ne sua iustitia aliis prosit, quanta indecentia est quanta peruersitas; quanta pernicies: Et tu impietatem exercens, diuinam pietatem obsecrans, dum non illius claritatem moliris, sed tuam duntaxat utilitatem, quam agis pessime; quam improbe; quam impie; quam supra modum indecenter?

Verum neque hac ratione detestabili tibi prodes, bibis potius iniquitatem tibi noxiam, hostis tibi metipsum. *Christus ascendit super omnes caelos, vt implet omnia:* Inquit Apostolus. Habitat in caelis *Pater noster*, vt panem nobis pluat de caelo, vt det dona hominibus, vt de caelo prospiciens cunctis prospiciat necessitatibus nostris. Ergo si de caelo tu illum denudare coneris, vt sit non communis Pater, non Dominus omnium, non Rex vniuersae terrae: sed vt tibi soli intentus, aliorum obliuiscatur, tuis tantum fauens desideris, vt quem admodum totum mundum post te tu trahere meditaris, vt seruiant tibi omnia. Haud secus ipse te solum exaltet super lydera, excessum praeregibus terrae, impleatque os tuum largissime apertum omni benedictione. Tum verò nulla tibi in illo vel ab illo utilitas, trahes ad te non Patrem sed Iudicem; non Pium sed Iustum, videntem de propinquo iniquitates tuas, non quibus illas punientem. Vt vere stultus sis, non iam

iam mittens verba per nuntium stultam, sed quasi vnus de stultis hominibus loquens ipse, nec verò cum hominibus, sed cum Deo. An putas Deum latere crimina tua, si non tu ipse illa ante illū aperires? si non tueret ante illum produceres, stultè loquens, quod sis male operans? O stultitia magna, sic agere, vt oratio fiat in peccatum: vt presentia Dei fiat in iudiciū; venenum lateat sub labiis nostris; vt vt bona petentes, mala promereamur; vt bonum male facientes, non bona suscipiamus de manu Domini, sed operetur in malum nobismet ipsis.

16. Sic ergo vos orabit, vt à Domino docti estis. Bona Domini præponentes: nam si Deum roges, qualis verè est, nempe super omnes & super omnia, accipies benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari tuo. Si verò tibi ipsi Deum finxeris, qui tua commoda potius quam suam gloriam curet: hic erit alienus Deus,

Exod. 31. 4. non potens, non bonus, non pater in cœ-
Dan. 9. 27. lis, sed Phantasma in aquis, sed simula-
Eph. 4. 10. chrum in terris, sed vitulus in deserto, sed abominatio in templo, opus manuum tuarum & cogitationum tuarum. Cui tu similis factus, qui illum tibi fecisti, nec ne

saluas ipse, neque ab ipso saluaris. Adole-
Luc. 7. 17. scens tibi dico surge, & audi. Vide ne sic viuas iuxta viam tuam, vt etiam cum

senueris non recedas ab ea. Corrige viam
Prou. 22. 6. tuam dum tempus habes, dum vacat, dum
adest tibi facultas. Adolescentulus & con-
tempus tu es, si iuxta viam tuam incedis,
non ambulans in via Domini. Via tua,
via est viri in adolescentia, quam penitus
ignorat Sapientissimus. Non enim am-
bulat per viam rectam & tutam, sed quo-
cumque fert illum concupiscentia, sicut
est via aquilæ in coelo, colubri super petram
& naui in medio mari. O miseram ado-
lescentiam, si non corrigat viam suam, si

Psal. 118. 9. non dirigat gressus suos. At in quo corri-
git, ô Domine, adolescentior viam suam?
corde in custodiendo sermones tuos. At verò
qui sunt hi sermones? Audi tu illos. Sic vos
orabit. Pater noster, qui es in cœlis. Sancti-
ficetur nomen tuum.

Oratio ista non est ad impetrandum 17.
modò verum etiam ad regulandum: quæ
enim petenda sunt, hæc nihilominus que-
renda sunt, exercenda quantum possumus
& amplectenda. Etenim est inter
dona etiam vocatio Dei, qua excitamur,
vt dignè ambulemus vocatione, qua vo-
cati sumus. Hanc si petimus, vt certè pe-
tit qui benignè petit, nos ipsos monemus,
vt vocem Domini audiamus & illi paream-
us; & iis, quæ perimus, nos ipsos accom-
modemus. Ergo si petis, vt Sanctifi-
cetur nomen Dei, vt non ambules in ma-
gnis & mirabilibus, sed humiliter sentias,
neque exaltes animam tuam, vt veraciter
dicere possis. Domine non est exaltatum
Psal. 130. 1
cor meum, neque elati sunt oculi mei. Si
petis: Adueniat Regnum tuum. Nescis
Gen. 10. 8.
sicut Nemrod, qui cepit esse potēs in ter-
ra; & erat robustus venator coram Domi-
no, vnde exiit proverbium. Quasi Nem-
rod robustus venator coram Domino. Et
9.
10.
vt intelligas, quid est robustus venator
coram Domino; subdit Scriptura. Fuit
autem principium Regni eius Babylon.
Venatio ergò illius erat subactio aliorum
per vim, qua Regnum instituit. Ergò
1. Pet. 2. 13.
potius subiecti estote, ô viri, omni huma-
na creatura propter Deum. Si petis Fiat
1. Pet. 4. 3.
voluntas tua. Caue a voluntate gentium
consummanda, a voluntate diaboli &
desideriis implendis huius principis mun-
di, a quo multi captiui tenentur ad ipsius
voluntatem. Si sic sanctè petieris, vt De-
2. Tim. 2.
um anteponas, posthabens te ipsum: tunc
26.
quoque exaudieris, petens panem, remis-
sionem peccatorum, victoriam tentatio-
num, malorum omnium euasione. Si
petitionibus appetitiones tuas accom-
modaueris; si verbis mores; si orationi,
vitæ tuæ institutionem, statim in fortibus
adest protector tuus, Pater tuus, qui te
Isa. 50. 9.
liberet ab omni malo, & augeat omni bo-
no. Inuocabis enim, & Dominus exau-
diat. Clamabis, & dicet. Ecce ad-
sum. Quod nobis conce-
dat. Amen.

FERIA III. DOMINICA
DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Matth. 6. 16.

ARGUMENTVM.

De tribus operibus Iusticia. Eleemosyna. Oratione & Ieiunio. De Ieiunio factum ab hominibus ut videantur, quam malum sit, ostenditur. Quorū bona, in hac & alia vita asserat, si recte fiat. Auctor optime & ardentem se gerit in hoc.

1.
Eccles. 12. 1.

DOCUMENTVM illud Sapientis: Si bene feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multo. Benefac iusto & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certe à Domino Singularem cautelam, qua in actibus virtutum uti nos oportet, nobis ostendit, ut labor noster non sit inanis in Domino & opus inutile, & falsa iustitia. Quod enim docet de beneficio quod in proximum collocamus hoc generaliter in omni opere bono seruandū est, potissimum verò in fine spectando. Nam verè damus bonum opus illi, ad quem illud dirigimus: & propter quem illud exequimur. Bene itaque aduertit nos Sapiens, ut probè attendamus in beneficio nostro, cuiam benefaciamus. Inde instrumur, ut diligenter spectemus, in cuius gratiam operemur bonū ad omnes. Nam si propter Deum laboramus, Deo offerimus laborem nostrum: si propter homines, illis damus quod facimus; si propter nos ipsos, in nobis collocamus opus nostrum, à quibus leuem duntaxat, vel melius nullam expectare possumus retributionem. Quod enim dicit: Be-

nefac iusto, & inuenies retributionem magnam; intelligit beneficii iusto quā iustus est, dum ad Deum mittimus beneficium nostrum, propter quem, illud in seruum eius. Iuxta quod dicebat Dominus: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Vnde bene dicit, quod retributionem inueniemus, si non ab ipso iusto, certe à Domino. Idem retribuit magna erit, & gratia multa in bonis nostris, quia magnus Dominus & diues, & dat omnibus affluentia, pro paruis magna, pro terrenis celestia, pro temporalibus sempiterna: quin & centuplum tantum in hac vita. Quod autem docet Sapiens in opere erga proximum, Dominus hodie monet in opere virtutis, quod erga nos ipsos facimus, nempe ieiunium, quo affligimus animas nostras, mortificamus membra nostra, & in seruitutem redigimus corpora nostra, dicens. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.

Si terra, sibi primitus datā per verbum Dei virtute germinandi, non herbam solummodò aut arborē germinauit, verum etiam ipsa sibi hærentia, ut sunt herba, & ab ea erecta, ut sunt arbores, multiplicauit non herbam vnā, aut lignum vñ duntaxat, sed eorum vtrorumq; infinitas propè species producens, ut vis verbi dicentis: *Germinet terra, clarior eluceſcet, fieretq; euidentior*: Quid mirum si diuina Sapientia, omnium artifex, omnia prospiciens, & mobilior mobilibus omnibus in vno opere multa bona ostendit atq; distendit: Vnde & dicebat. *Generatōnibus meis implemini*, quod est dicere. Ita fructum multum affero, & nimius est fructus meus, ut eo quisq; quantumlibet magnæ capacitatis, possit expleri. Propterea Dominus Iesus, qui factus est nobis Sapientia à Deo, benefaciendo ac sanando oppressos, nedum curabat corpora, verum & sermonem confirmabat, quo mentes sanabantur & illuminabantur. Honorabat Patrē, turbas edificabat, Regnum celorū plantabat in terris, & omnium salutem operabatur. Ad idem spectat, quod rem aliquā specialem docens: simul multa docet. Id quod hodie spectat in primis. Proposuit prius

Mat. 6. 1. prius communem illam doctrinam. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus* Descendit deinde ad speciales iustitiæ actus, docens in vnoquoq; eorum qualiter in illis nostra sit intentio dirigenda. Atque ita dum regulat intentionem, opera ipsa, in quibus ipsa dirigenda est, distinctè proponit, illa & docens, & confirmans, & laudans, & exaltans, vt velut Sol iustitiæ iustitiam longè lateq; distendat & amplifiet.

3. Tria verò sunt opera iustitiæ, quæ distinctè proponit, in quibus quodammodo cætera omnia colliguntur. Eleëmofyna videlicet, Oratio & Ieiunium. Quoniam tria sunt bona principalia, quæ donat Deus hominibus omnibus. Temporalia, corporalia, & spiritualia, quæ omnia, vt ordo iustitiæ seruetur, Deo à nobis sunt vt possumus retribuenda atque reddenda. Non sic autem reddimus, vt Deus in se recipiat aliquid, sicut omnia flumina intrans mare, vt iterum fluant: sed dum ea impendimus & expendimus, vt illi placeamus obsequiumq; præstemus, habet ipse accepta. Vbi apparet cur speciatim in tribus his Eleëmofyna, Oratione, & Ieiunio nostram ad Deum docuit dirigere intentionem: quia per hæc quæcunque à Deo accepimus, reddimus illi. Nam per eleëmofynam reddimus temporalia, per ieiunium corporalia, spiritualia verò denique per orationem. Ita enim omnia reddimus, quæ sunt Dei, Deo. Quamuis autem Deus tum hæc nobis contulit, his se nullo pacto priuauit, quòd impossibile sit, cum ipse sit omnia in omnibus: Nos tamè quantum possumus, illis abdicamus nos. Verè enim per eleëmofynam alienamus à nobis temporalia, illic ea reponentes, vbi mandauit ipse, nempe in pauperibus. Ita fiebat in sacrificiis, in oblationibus & decimis. In ieiunio veluti abscindimus manum & pedem, & oculum erimus secundum Domini præceptum, dum ea mortificamus, vt non carnis post carnis concupiscentias; cui mortificationi impensè subferunt ieiunium, aliæq; corporis nostri afflictiones & macerationes.

Rom. 12. 1. Quocirca Paulus hortatur. *Exhibeatis*
Tom. I. Belliniani.

corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. At subdens: *Rationabile obsequium vestrum:* Rationem quoque ac mentem iubet in Deum eleuare, eamque orando in Dei obsequium admouere. Quæ cum spiritus sit, magis propriè Deo datur, qui spiritus est, quam res & corpora. Vnitur enim verè Deo, illiq; immediatè spiritualiterq; coniungitur. Verum quoniam oratio quoq; & exterius fit, & operatio illa exterior aliò quàm ad Deum, nisi adhibeatur diligentia, conuertitur: Idcirco & in oratione iussit Deum solum spectare non homines, considerantes ea, quæ patent.

Cum ergò iuxta ordinem à Domino seruatum de Eleëmofyna dictum sit, & de Oratione, nunc tandem ad Ieiunium sermonem conuertamus. De quo duo nobis in Domini iussione proposita sunt: opus videlicet & merces. De opere considero duo, originem & vsum. Circa originem, inuenio primam mentionem de illo in sacris litteris factam tunc fuisse, quando lata est lex de celebrando die decimo mensis septimi, qui dies, dies expiationis vocabatur. *Mense septimo, decima die mensis affligetis animas vestras, nullumq; opus facietis in eo. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris. Coram Domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua.* Expiabit autem Sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiate sunt. Induetque stolâ linteâ & vestibus sanctis: & expiabit sanctuarium, & tabernaculum testimonij, atque altare, Sacerdotesque, & vniuersum populum semel in anno. Hoc præceptum lex iterum repetens, ait. *Decimo die mensis septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisq; animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus seruire non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est; vt propitietur vobis Dominus vester. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras die non*

no mensis. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Hæc statuit lex. Quod autem illud affligere animas sit ieiunare, habetur ex eadem lege, **Nũ. 30. 14.** quæ alibi sic decernit. Si vouerit & iuramento se constringerit, vt per ieiunium vel ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, &c. Et in Isaiã scriptum est: Nunquid tale est ieiunium, quod e-
Isa. 58. 5. legi per diem affligere hominem animam suam: Anima intelligitur persona, phrasi Scripturæ, & proinde affligere animam suam, est seipsum ieiunio macerare. Quod iustum fuit, fieri die illa decima mensis septimi, quæ erat deputata ad expiationem, quæ faciebat semel in anno summus Pontifex ingrediens Sancta Sanctorum, vt expressè habes **Leuit. 16.** Quo potissimum figurabatur Passio Domini nostri Iesu Christi, vt expressè docet Apollolus ad **Heb. 9. 11.** Hebræos. Quæ passione expiatio totius mundi ab omnibus iniquitatibus suis celebrata est & peracta. Tunc ergo primum indicta est abstinentia ieiunij, vt per illud dispositus esset vnusquisque ad excipiendam purgationem peccatorum. Ecce quam sanctè atque sapienter institutum est hoc Quadragesimale ieiunium, quando videlicet etiam Passio Domini commemoratur, & expectamus Pascha suæ Resurrectionis, videlicet vt simus socij passionis & compotes expiationis. Nil sanctius, quoad ceremonias, in lege institutum fuit, quæ expiatio ista, quæ per ingressum summi Sacerdotis in Sancta Sanctorum semel celebrabatur in anno, ad cuius completionem exigebatur à populo sub interminatione exterrinij, vt ieiunium celebraret. Vt sicut per ieiunium vnusquisque nostrum Christo confixus est cruci, ita mundetur ab omni inquinamento carnis & spiritus.
 5. Quamuis autem tunc tantum inueniatur indictum fuisse ieiunium, non ideo tamen exploratum est, illud tunc tantum à populis inchoatum fuisse. Nam cum ex eadem lege appareat, quod aliqui voto se ieiunio astringebant, consequens est illud iam apud homines tanquam opus virtutis, & Deo gratum fuisse peruulgatum,

& propterea apud sanctos viros immò & reliques in vsu fuisse. Vnde etiam sequitur, Deum quoque ante tempora illa, ipsam ieiunij abstinentiam vel docuisse vel præcepisse. Sicut enim in lege tantum iustum videtur expressè sacrificium, quod tamen ab ipso mundi exordio vsurpatum fuit: vnde colligimus ab ipso mundi initio illud à Deo ordinatum fuisse: nam non consonum est, hoc inuentum humanum fuisse sed Dei mandatum. Ita probabile est, ieiunium quoque prius temporibus fuisse in vsu vt opus virtutis à Deo institutum. Vt sicut in solemnissimo omnium sacrificio aperte institutum est, ita quoque sacrificijs præcedentibus copularetur. Vt cum occisione animalium proprij corporis afflictio coniungeretur. Cum enim sacrificia omnia figurarent Christi passionem: Cui passioni, vt in solemnissimo illo sacrificio & ex vsu institutioneque Ecclesiæ apparet, sic ieiunium expressè coniunctum, persuasum esse debet, prima illa quoque sacrificia cum adiuncto ieiunio fuisse celebrata; idque ex Dei documento atque mandato, quo & sacrificij vsus inductus est.

Quæ res inde videtur confirmari, primo ex hoc, quod à lege non eo tempore solum, quo communis illa expiatio celebrabatur, fideles in populo ieiunabant, vt in Sacris litteris patentissimum est, cuius rei ante Annam Prophetissam, de qua Euangelista scribit, quod erat ieiunij & obseruationibus seruans nocte ac die, exemplum sufficiat Iudith, de qua scriptum est: *Habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vite sue. præter Sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel.* Id verò potissimum communitè fiebat ad peccatorum remissionem impetrandam, & ad indignationem Domini extinguendam. Vnde in eodem libro Iudith, Sacerdos Domini magnus Elachim hortabatur populum in magna tribulatione positum, dicens: *Scitote quoniam exaudivit Dominus preces vestras, si manentes permaneritis in ieiunio, & orationibus in conspectu Domini.* Et Dominus ipse per Ioc-

per Ioslem : *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu.* Cum ergo Adam peccasset, atq; ad impetrandam Dei misericordiam de sacrificio instructus fuisset, vidissetq; se iram Dei & mortem propter esum ligni veriti incurrisse, atque à loco voluptatis expulsum, ne ederet de ligno vitæ, in terram maledictam; vbi sudore vultus sui panem sibi parare cogeretur, remanet persuasissimum, ciborum abstinentia cum poenitentia obtinuisse, vt à sapientia educeretur à delicto suo: Quem boni filii, cuiusmodi fuerunt Abel & Seth fuerunt imitati, & hoc non sine numinis Diuini illuminatione. Secundo, cum ex Dei sententia per peccatum mors inducta sit, qua Deus inobedientiam castigat humanam, potuit homo intelligere, quòd voluntaria afflictione à peccato amissionem acciperet delictorum: Quod inde probatur, quòd vt iam dictum est in die expiationis & mundationis à peccato afflictio indiceretur. Cum autem quæ lege præcipiuntur in speciali, inueniantur primitus cognita atque generaliter instituta: conuincit ratio primitus homines intellexisse Dei instinctu ac lumine, afflictionem viam esse ad Dei propitiationem obtinendam, veramque scelerum suorum emendationem.

Tertio, difficultas ieiunandi ostendit feruentiorem affectum erga Deum; sicut vires fortiores adhibendæ sunt ad opus arduum & laboriosum, vt quo grauior est petra, eò ad illam leuandam vires maiores intendendæ sint. Ita & vehementior animi conatus queritur, vbi actionis operositas retrahit ab agendo. Inde lassus populus in deserto ob longioris viæ asperitatem retrocedere, & in Ægyptum redire meditabatur. Vnde noua calcaria adhibita sunt illi, siue beneficiorum, siue flagellorum, siue præceptorum, vt non vltra illum cederet itineris. Sic deficiente aquâ, sic deficiente pane populus murmurabat. Spontè itaque sibi subtrahere victualia operosum est; vt nisi animi feruore ardenti non fiat. Et hæc vna causa est, quamobrem Deus quadraginta annis populum retinuit

in deserto & tentauit. Abraham iubens, *Deut. 49.5* vt filium vnigenitum atque prædilectum *Gen. 22.1.* immolaret. Sic a illum, & b Isaac, & c Iacob fecit peregrinari in terra aliena; sic in *b Gen. 26.5* tribulationibus probati sunt Iob, Tobias, & *Gen. 31.* Elias, caterique Propheta. Ergò iure merito indictum est ieiunium, vt ad illud *Iob. 1.* homo toto animi conatu accingeretur: & *Tob. 1.* dum carnem macerat, mentem accendit, vt ex corpore & spiritu oblatum holocaustum pingue fiat, vt *propensius atque laetantius cor & caro exultent in Deum viuum.* Deus igitur, qui ex toto corde vult diligi, ieiunium indicit; quòd vt fiat, animi conatum flagitat vehementer. Propterea canit in Psalmo Regius Propheta: *Pro-Psal. 16.4.* *pter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.* Diuinumque postulat auxilium, dicens: *Perfice gressus meos, vt non moueantur vestigia mea.* Vt ita manifestum sit, ieiunii abstinentiam Deo placitam esse. Id quod tandem hac quoque ratione confirmatur; quia carnis afflictionem mentis delectatione compensat. Nã sicut Iacob finxit laborem in præcepto, cum tamen sine labore ex armentis cibum parasset. Id quod re ita euenit etiam nobis, quibus laboriosa videntur imponi, quæ tamen attenda charitate, & facilia & suauiterperiuntur, Christi præsertim aduentu complanata. Esto, fuerit graue pondus legis grauesque manus Moyfi; *Exod. 17.* in Christi tamen aduentu, *omnis vallis impletur, & omnis mons & collis humiliatur, & sunt praua in directa, & aspera in vias planas.* Vt ne dum in vinctiōnem, quæ artus reddit expeditos, sed etiam in odorem curramus vnguentorum suorum, adiuti videlicet & gratiã suã nobis collatã & vitã suã nobis demonstratã. Id quod potissimum euenit in ieiunio. Fac quidem quod caro illud detrectet infirma, id si spiritus promptus aggrediatur, quod carni subtrahatur, menti admouetur, quæ vegetior sit atque robustior in carnis infirmitate. Nam virtus, quæ fortitudo est, in infirmitate perfcitur. Virtus videlicet *1. Cor. 12.9* *tis in carnis infirmitate.* Si enim corpus aggrauat animum; dum illud diminuitur, deorsum, alluciat per nutrimento-

Quarta ratio.

Gen. 27.19

Exod. 17.12

Isai. 40.4

Luc. 3.5

1. Cor. 12.9

rum abstinentiam, illa proculdubio assumit pennas vt Aquilæ: & ideò volabit, & non deficiet: adeò quòd vna sola Aquila in animali Ezechielitico ferat per aëra bouem, leonem, hominẽ. Et hæc est quarta causa, cur ieiunandum sit: quia videlicet corporale ieiunium mentem eleuat.

Ezec. 1. 10. Hinc est quòd ieiunus Moyses legem accepit à Deo, quæ semel fracta per repetitum ieiunium reparatur. Sic & Elias ieiunans iter perfecit, quoad montem Oreb perductus, vbi fuerat lata lex, dignatur Dei præsentia atque colloquio. Et Saulus tribus diebus non manducans neque bibens raptus est in Paradisum, vbi audiuit arcana verba. Et Anna Prophetissa ieiuniis & obsecrationibus seruiens est filia Phanuel, id est mulier videns Deum, quæ propterea confitebatur Domino.

Exod. 24. 18. Propterea, cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. Intendit quidem Dominus his verbis nos instruere, vt mentem rectâ intentione ieiunantes ad Deum erigamus, non hominibus placentes sed Deo. Verum pariter docet, vt læti atque hilares obsequium ieiunij nostri Domino offeramus. Qui tristis ieiunat, inuitus ostendit quid spectet, nempe terrenam mercedem. Nam qui sperant cœlestia, hi sunt spe gaudentes, etiã tribulationes patientes. Vt iam intelligas, quare immundum sit animal, quod raprat & pennulas habet. Pennas habet, qui per bona opera erigitur à terra, & ambulat super pennas ventorum. Idem autem quoque reptat, si terram spectat, si bona operando, miserando, orando, ieiunando, non Deum habet præ oculis atque cœlestia, sed homines & terrestria; Vt appareant (inquit) hominibus ieiunantes. Volant hi, non vt ad Deum accedant, cœlestibus appropinquent, sed vt sublimè eleuari appareant hominibus, & quasi Diaboli honorentur & adorentur. Semel Diabolus extulit Christum super pinnam Templi. Nos verò erigit sæpè, vt quasi sacra opera perficientes aspiciamur ab hominibus. Quando terrenam Chæsto monstrauit & promisit, in montem locum vi-

delicet prophatum leuauit, vt mundana esset & terrena tentatio, in qua nihil nisi terrenum proponebatur: At leuatus in Templo, in phano videlicet non prophano, tentatur de re spiritali: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum, quem custodiunt Angeli, ne offendaris.* Tentat Diabolus in deserto sive in monte, quibus temporalia repromittit, si temporalia agentes recedant à Deo. Tentat supra Templi pinnaculum, quos veluti sacra perficientes eleuat in vanam ac fallam gloriam, vt quasi Filij Dei ab hominibus honorentur. Ideò non in Templo, vbi Deus est & nõ vident homines, sed extra Templum euecti vbi vident homines, & vbi ventus gyrat pinnam in summitate Templi collocatam, quos tamen vult, vt cernant terram de longè, vt quantumuis in altum euecti, nil nisi terrenum spectent, corpore quasi per ieiunium ad sublimia erecti, adhæreat anima pauimento.

Ecce animal quod reptat & habet pennulas? pennulas (inquam) nõ pennas; quia modica quoque illa est eius eleuatio, quia pars tantum exaltatur, caro videlicet & exterior apparentia parte potiore, quæ est cor, terrenis apposita. Hi tristes sunt, quoniam quod dant non hilariter dant: contra præceptum Sapientis: *Fili, in bonis non des querelam. & in omni dato non des tristitiam verbimali.* Eos carpit, qui amico vel pauperi beneficientes conquirentur se grauari, illos reprehendunt, quibus benefaciunt, quasi indigni sint, quibus subueniatur. Ita ergò Deo per ieiunium exhibentes corpora sua, fiunt sicut hypocrita tristes. At tu ieiunans, unge caput tuum, & faciem tuam lava. Hoc est quod docet Sapiens: *In omni dato hilarem fac vultum tuum; & in exultatione sanctifica decimas tuas.* Siue homini detur siue Deo, lætanter tribuendum est. Vnde & de dato hominibus docet Apostolus. *Non ex tristitia aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.* Quomodo autè hilariter Deo ille dat, qui quod facit, facit vt hominibus appareat beneficiens, corde ad terrena depresso? At qui proponit Deum ante conspectum suum, vt illi placeat, cui se pro-

se probauit vel se probandum exhibuit, dicens illi: *Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas*: Iste hilarem faciat vultum suum necesse est. Nam *videns Deus in abscondito, signat super nos lumen vultus sui, & ex hoc dat letitiam in corde nostro*.

O igitur qui benefacitis, attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra dum diligitis vanitatem: Deum quærite; Deum spectate; & erit merces operi vestro. Sanctificate ieiunium, illud celebrantes secundum voluntatem Dei.

SECUNDA PARS.

7 **N**unc de mercede tractemus huius operis. Vbi primò supponimus, opus huius virtutis dignum de sui natura esse mercede. Inde orta fuit querela populi erga Deum, dicens vt haberetur in Italia: *Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & non scisti?* Aspiciere atq; scire Dei, est rem approbare. Vidit enim lucem quòd esset bona, & respexit ad Abel & ad munera eius. Approbatio autè cognoscitur ab effectibus. Quos obseruans Cain quicumque illi fuissent, inuidit fratri. Quia ergò populus non videbat effectus approbantes ieiunia, idè lamentabatur intendens, quòd ieiunium mereatur à Deo approbari. Quod & Deus acceptat respondens: *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra*: Quasi dicat. Admitto ieiunio deberi mercedem: Sed si bene fiat. Ego quidem remunerabo, si id fiat secundum beneplacitum meum, vt mihi seruiatur. Sed si ieiunatis secundum voluntatem vestram, vos ipsi mercedem vobis redditis. Stat ergò quòd ieiunium mercedem expectat.

Ex quo etiam sequitur, quòd duplex sit illius merces, secundum quòd bene aut male ieiunatur. De vna dicit Dominus. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*. De altera idem ipse. *Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*. Bene ieiunare dicit, quando id fit in abscondito, male quando fit in conspectu hominum. Erratio est intentio. Quia cuius finis bonus est, ipsum

quoq; bonum est: Et cuius finis malus est, ipsum quoq; malum est. Et quia qd fit in conspectu hominum vt illis placeatur, habet malum finem; bonum vero quando fit tantum in oculis Dei: Ideo hic recta est intentio, ibi mala. Vnde oritur bonitas aut malitia operis, etiam si illud sit bonum in genere suo. Vide quæso quàm graphicè illud sit figuratum in lege, vbi de his, quæ morantur in aquis ita decernitur. *Qua habent pennulas & squammas, comedite, qua absque pennula & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt*. Per hoc enim ostendit, quæ sint opera munda & quæ immunda; & quæ agendo, Deo placemus vel displicemus. Mare magnum nullam habet per se certam viam, sed vbiq; & vndiq; periuum est: vt Natantia sibi viam determinent, ambulancia iuxta naturam & voluntatem suam. Pifces habentes pennulas rectè gradiuntur: Non habentes vero tortuose incedentes, se ipsos impellunt. Rursus squammati suam quasi nuditatem squammis operiunt. Qui sine squammis sunt, semetipsos ostentant: & hi pariter se plicantes in tortis moribus gradiuntur. Ergo qui apparent hominibus ieiunantes, in flexis gressibus proficiscentes, recta carent intentione. Qui autem squammis cooperiti in abscondito, vbi non vident homines sed Deus tantum, hi rectos gressus faciunt semitis suis, soli Deo placere contententes. Itaque diuersam mercedem sortiuntur, & hi & illi.

De illis ergo ait Dominus. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*. Iam (inquam) receperunt, vt non præterea merces alia sit illis expectanda. Ergo temporalis est merces eorum, ergo breuis, ergo transiens, quæ cum labore illam expectente cõfessim euanescit. Quidquid enim ex mundo est, mox præterit cū figura mundi. Heu! quid incassum laborant homines, mundo seruietes? Quid mercedis expectatis ab illo? gloriam & hõnorem? Audite Salomonem de hac mercede loquentem: *Vt prou. 2. 12. eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur. Sapientiamq; rectè ordinans, eruit sapientem à via mala, qua incedit homo, qui peruersa loquitur, id est operatur.*

tatur: loqui enim etiam pro operari sumitur. Vnde sapiens subdit: *Quorum via peruersa sunt, & infames gressus eorum.* Audite hæc verba homines gloriosi, qui gloriam mundi expetitis. Quorum viae sunt peruersae, horum gressus infames sunt. Peruersa sunt viae omnes, in quibus non recta itur ad Deum finem omnium, qualescunque sit opus in exteriori apparentia, etiam si bonum videatur. Si autem sit de suo genere peruersum, eò magis in eo impletur quod dictum est: Et infames gressus eorum. Quid magis contra gloriam quam infamia? si peruersè, si prauè, si obliquè, si distortè incedis; Si a lege Dei recedis; quocunque vadas, quemcunque prætextum præferas, infames sunt gressus tui. Quanta infamia Cain, qui occidit fratrem suum? Et si fortè dicas; Occultè faciam: Quis videt me? aut quis audit me? Neque propterea euades infamiam. Putauit Cain scelus suum, ne dum homines sed Deum quoque latere. Sed vox sanguinis fratris occisum clamauit vsque ad caelum. Quod est dicere: Quod peccata clamant, exaltant vocem suam, produnt se, nullam vnquam possunt ratione latere. Dixit hoc quoque Salomon: *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Qui autem deprauat viam suam, manifestus erit.* Ambulare simpliciter, est rectè ambulare; non duplici via; non huc illucque; non claudicare in duas partes; non duobus Dominis seruire; non reptare & volare; non vnâ parte corporis vt serpens ad vnâ partem, aliâ ad aliam gradi; Nô ire ad nuptias imparatum; non sedere ad mensam in loco indebito; non offerre incensum igne alieno, non quarere quæ sua sunt. Vt tandè omnia vno verbo complectas: *ambulat simpliciter, qui in simplicitate cordis Deum querit.* Iste ambulat confidenter, quoniam ab expectatione sua non confunditur. Non enim (inquit Paulus) *iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri.* At contra, qui deprauat vias suas, manifestus erit. De huiusmodi dicitur. Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Firmauerunt sibi sermonem nequam narrauerunt, vt absconderent laqueos: dixerunt. Quis videbit eos? Sed au-

diant Dominum: *Nihil opertum quod non reueletur; neque absconditum, quod non sciatur.* Audiant Sapientem: *Qui deprauat vias suas, manifestus erit.* Quid putas causa fuit, quod morticinum neque tangere licebat neque illo velci? *Animam in sanguine est.* Caro est opus apprensus exterior; sanguis latet in venis. Si Deo offerre velis situm in cibum sumere; effundatur sanguis; appareat extra, quod intra latet; non aliud pateat, aliud lateat: quia hoc non est ambulare simpliciter, sed duplici corde. In morticino sanguis latet coagulatus; Intentio abscondita est; anima non apparet; cor absconditum est. *In corde eorum locuti sunt.* In corde verè latente, & in corde falsò apparente. Sed tandem qui deprauat vias suas, manifestus erit. Ergo quorum praua atque peruersa viae sunt, horum erunt infames gressus. Hæc est merces impiorum. Honorè appetierunt. Esto, acceperint, accipiendo perdidierunt, quia fumus non videtur vnquam, nisi fugiens & euanesceus. Euaporato fumo gloriæ mundanæ quid remanet? illa absorpta in infamia, sola remanet infamia, confunduntur in tempore malo. *In diebus famis non erit, qui panem illis frangat.* Non proderunt thesauri impietatis. Tunc dicitur illis: *Iam receperis bona in vita tua,* dum malè ageres, quærens gloriam mundi: *Nunc igitur meritis cruciaris.* Et nomen impiorum putrescet foetebit, erit abominabile.

De mercede verò iustorum quid dicemus? *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Quid reddet? Innumerabilia bona, ineffabilia bona, bona incomprehensibilia. Pater est, paternam dabit hereditatem. Super omnia bona sua constituet eum, vt cum primogenito dicere possit. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Sit tot tantorumque bonorum signum fructus ieiunii, de quo agimus. Quantum possit contra imminetia mala ostenditur in libro Esther. Iam mors deputata toti erat populo per sententiam Afluere Regis potentissimi. Huic tanto malo occurrit ieiunium. Regina Esther Regis vxor dilectissima non hidit suæ dignitati & authoritati apud Regem: A Deo petendum adiutorium proficitur. Vnde dicit

Esth. 4. 16 dixit Mardocheo: *Et congrega omnes Iudaeos qui sunt in Susan, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, tradamque me morti & periculo.* Hac via & ipsa liberata est à morte totiusque populus. Ieiuna accessit ad Regem contra legem, quam Rex statuerat, ut si quis ad eum non vocatus accederet, interiret. Placatus Rex ad spectum ieiunantis Reginae, petitionem illius admittit, iturus videlicet ad conuiuium sibi ab illa paratum. Ieiuna inuitat ad regale conuiuium, in quo de hoste suo pessimo sumit vltionem, & liberat omnem populum. Ieiunio saluat suos, conuiuio hostes debellat; ut pereat in conuiuio, qui contra ieiunantes saeuiebat. Similem inuit rationem contra hostes ieiunans Iudith. In periculo communis exterminij clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus ipsi & mulieres eorum. Exhortante Eliachim Sacerdote magno, ut in his perseuerent, certi quod exaudirentur: Ecce Iudith ieiunans eligitur à Deo pro liberatione totius populi ieiunantis, quae se ab efcis hostium praeseruans, caput incredulorum interficit, Holophernem videlicet ebrium & temulentum. Vt aperte ostendatur quanta sit ieiunij fortitudo, quod per sexum debilem foemineum videlicet, tantam operatur salutem. Quid dicemus quando & Niniuitis hominibus infidelibus & omnibus peccatorum sceleribus oneratis, nota erat vis eximia abstinentiae? Intentato sibi incerto à Propheta sibi incognito, ut illum euaderent, praedicauerunt ieiunium. Et Rex cum Principibus edictum posuit: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur nec aquam bibant. Quibus idcirco pepercit Dominus, ut quasi Deum teneat abstinentia, illiusque extinguat indignationem.

Præualeat denique ieiunium daemoniis quoque, dicente Domino Iesu. *Hoc genus daemionum non sicitur, nisi per orationem, & ieiunium.* Daniel reuelationes postulat ut à Deo ieiunio se muniret. Et

posui (inquit) faciem ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiuniis, sacco, & cinere. Rursusque. Ego Daniel ieiunabam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedens, & caro & vinum non introierunt in os meum: Et ecce effectus ieiunij. Apparuit illi Archangelus Gabriel, dicens illi. Noli metueri Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affigeres in conspectu Dei, exaudita sunt verba tua. Verbum Dei, quod per se tantae virtutis est, ut dicatur à Paulo, quod Euangelium Dei virtus est, comitem tamen vult habere ieiunium ad expugnandum Principem mundi, & ad captiuandum omnem intellectum in obsequium Christi. Idem in primis praedicatoribus scilicet Apostolis impletum est, quod Dominus respondens discipulis Ioannis interrogantibus. Cur nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Dixit. Veniet tempus cum auferetur ab eis sponfus, & tunc ieiunabunt. Hinc Apostolus & se & alios Apostolos asserit laborare in Euangelizando in vigiliis, & ieiuniis, in castitate Et rursus. *In ieiuniis multis, & frigore, & nuditate.* Inde & eliguntur ad hoc opus Paulus & Barnabas à Spiritu Sancto virtute ieiuniorum. Ita enim in Actibus Apostolorum à sancto Luca scriptum est. Ministrantibus autem illis & ieiunantibus dixit Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes imponentesque manus dimiserunt eos. O quanta vis Ieiunij! Si in hac vita tantum speramus à Ieiunio, quid sperandum in futura vita? Ibi promittitur pingue conuiuium, ibi panis inuisibilis, qui Deus ipse est. Deus ipse se fecit panem nostrum quotidianum, descendens de caelo, & donans vitam mundo, praedicans omnibus: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam.* Si in terris positi panem caelestem manducamus. Quid deum? quid expectamus in caelis? Faciet inquit illos discumbere, & transiens ministrabit illis. *Carnabo cum illo, & ipse mecum.* Tunc multi

Dan. 10. 2.

Rom. 1. 16.

Mat. 9. 14.

2. Cor. 6. 5.

Act. 13. 2.

Isa. 25. 6.

Ioan. 6. 56.

Tuc. 9. 14.

Apo. 3. 20.

multi

- multi venient, & recumbent cum Abraham, *Mat. 8. 11.*
 Isaac, & Ia ob in Regno caelorum. Et esurientes implebit bonis. O mensam, o panem, o vitulum saginatum, o medullam tritici, o adipem fumenti! *Luc. 14. 13.* Beatus qui manducabit panem in Regno caelorum. O lignum vitae, o manna nunc absconditum ab oculis nostris! Tunc videbis & afflues, tunc comedes, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, ut adipe & pinguedine repleatur. Hoc sicut in terrestri paradiso figurabatur per lignum vitae, in deserto per manna; ita post desertum in epulis, quae in laetitia celebrabant in conspectu Domini.
- 10
 Heu! cur ad hanc caenam inuitati reculamus, causantes huius mundi curas? modica modici subtractio cibi, satietatem boni immensi nobis meretur. Num iturus ad opiparam caenam vetrem prius impleverunt? O Ieiunium quanta est merces tua.
- Gen. 2. 16.* Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. In terrestri Paradiso vnus tantum ligni esca prohibita est; de reliquis omnibus licitum erat comedere. Quid hoc? modicum prohibitum est nobis, esca infinita concessa. Ergo pro tam modico immensam abiciemus satietatem? Cur eiectus Adam de loco voluptatis? quia comedit de ligno mortis, & ne comederet de ligno vitae. *Gen. 3. 6. 22.* Na parua esca Esau vendidit primogenitam suam, qua exors factus est paternae benedictionis, quae caelestia comprehendebat. Modicum, modicum huius mundi, sortis caelestis vos facit exortes. Panis huius mundi panis doloris est, panis mendacij in sudore vultus acquiritur, & non praestat tamen quod pollicetur, non delectat, non satiat, non impinguat, non confirmat, vitam non tuetur. *Gen. 2. 17.* Quin potius in qua hora comederis ex eo, morte morieris. Haec est conditio bonorum secularium, mensae paratae a concupiscentia. Mementote quod dictum est. Quo die semel in anno sumimus Pontifex ingrediebatur intra velum, quod, ut explicat aperte Paulus, notat introitum in tabernaculum non manu factum id est in ipsum caelum, tunc indicta erat afflictio animae ob sanctum Ieiunium, quo expiabantur & mundabantur. Quid hoc nisi quia
- carnis afflictio dat caeli possessionem? Qui ieiunio mundatur, sequitur ubi praecursor pro nobis introiuit Iesus parare nobis locum, ubi coram Domino epulemur. *Ioan. 1. 27.* Quid igitur ieiunium detrectamus? Quid carnem fouemus? *Esca ventri, & venter esca: Deus autem, & hunc & has destruet.* *Luc. 17. 12.* Quos veniens diluuium tulit omnes, edebant, & bibebant. Aman in conuiuio damnatus est ad mortem. Holophernus temulentus interfectus est a muliere. Balthazar Rex manducans & bibens, sententiam intellexit necis suae. Sedens populus manducare & bibere, iram Domini commertus est. Omnium malorum in hunc mundum inuectio, ex edulio profecta est. *Esca enim nos non commendat Deo, sed exosos reddit: & adhuc viuunt homines in commestationibus & ebrietatibus?*
- Num quia Deus praecipit nobis ieiunare, vult mortem peccatoris? vult interitum carnis? tentat nos plus quam possumus? Diabolus docuit praecipitum; iussit immolari filios & filias, plures occidit esca. At Dominus dat benignitatem; qui illi obtemperat, vita viuet & non morietur; vult corpora nostra hostiam viuentem, non mortua. Ieiunio probat, vtrum illum timeamus. *Esca* lias orans super sacrificio, facile exauditur. *At Prophetae Baal, cultores se incidiebant, clamantes a mane vsq; ad meridiem.* *Mundus imponit onera grauia & importabilia. Diabolus habens mortis imperium, ab initio, tanquam Leo rugiens circuit, quarens quem deuoret. At Christus Iesus, author vitae, ad homines venit, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Ieiunium itaque praecipiens, vitam potius nostram intendit quam mortem. Nam quod subtrahitur gulae, vita deseruit longiori, & ideo in Sapientiae dextera est longiturnitas vitae. Vnde Salomon: Longitudo dierum in dextera eius. O vitam essemus obedientes & experimento disceremus, quod ieiunium, quod videtur esse ad mortem, esset ad vitam. Nonne bene dicimus nos, quod si Adam abstinisset a ligno scientiae boni & mali, vixisset in aeternum? Heu pro tam modico, tam magnum bonum fuisset con-*

fecutus; nullus labor, nullus defectus, nulla subtractio voluptatis. Neque enim credibile est, lignum illud ceteris fuisse dulcius aut suavius, immo tot ac tantis licitis & concessis, illud unum non poterat comparari. Sicut ergo non laborem aut dolorem illum status ille compatiebatur secum; ita neque resistentia huic tentationi onerosa fuisset aut iniucunda. Age; lapsus est homo sine voluptate. Surgat modò, & ster aliquantisper laborans, & vim sibi faciens: Ieiunet, resistente sensu. Sit Ieiunium nostrum afflictio: sed quanta afflictio? Eius breuitatem notat figura, quia vna die tantum affligebant animas suas. At è vestigio quantus fructus? Expiatio tabernaculi, altaris, populi vniuersi; solemnitas, quæ semel tantum celebrabatur in anno. Introitus ad Deum, summa cum Deo coniunctio, & approximatio, figura & spes introeundi in æternam requiem. Adde, quod eodem mense erat solemnitas tabernaculorù, cuius tempus determinatur, dum præcipit Lex: *A quintodecimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terra vestra.* Vt sic notetur copiosus fructus afflictionis ieiunantis. Post ieiunium seriatim celebrabantur collectionis fructuum omnium, vt sciremus copiosum fructum ex ieiunio proficisci. Figura erant illa: quòd copiosior veritas? quantum ieiunium nostrum fructuosius? quam maior, ampliòrque merces ieiunantium.

Mt. 9. 15. Quando Apostolus ablatus fuit sponsus, tunc ieiunauerunt: sed quòd abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Christus à sponsa sua, quæ erat pulcherrima in Apostolis & in sanctis primis fidelibus, recedens, quòd quædò abiit! *Si abiero* (inquit) *parabo vobis lorum.* Ieiunantibus illis, ipse ingreditur cælum, vbi paret mansiones, quæ multe sunt. Ieiunas tu, & Christus tibi locum in cælis parat: abstinens à terra, vt cælo fruaris: corpus ieiunio facis spirituale, vt faciat sibi pennas, & volet in cælum. Non homines sed Angeli, ad Deum ascendebant per scalam Iacob. In resurrectione erunt sicut Angeli Dei. *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.*

1 Cor. 15. 44-46. Quomodo verò resurget? *Inspiciens, tu quod*

Tom. I. Bellintani.

seminis nõ viuificatur, nisi prius moriatur. Sic ait Paulus. Ergo quòd seminatur corpus animale, mori habet, vt surgat spirituale. Moriatur, moriatur caro, crucifigatur, mortificetur: sicut in cruce; esuriat in ieiunio: affigatur in abstinentia, & surget spirituales tanquam Angelus, & sic per scalam ascendet ad Deum. O quanta vis ieiunij: Ita expiatur caro infecta, vt munda fit & sancta, quæ possit Deo appropinquare. Mundatæ carnes & ablutæ à sanguine, incendebantur super altare, quarum pars in flammam conuersa alta petebat, pars altera in cineres remanebat resoluta. Vis corpus tuum quasi spirituale ad cælestia ascendere? Ieiunio munderetur, incendatur, & fiat cinis, agens pœnitentiam in cinere & ieiunio. In figura pars altera ascendit in flamma, in cinere iacet altera. At in veritate eadem profus & rota caro, & ascendit & iacet; & quòd plus iacet, eò magis ascendit: & idèò ascendit, quoniam iacet. Cinis fit cum mortificatur, siccat, resoluitur, redacta in puluerem mortis, vt vltra non viuat, tamen si caro sit secundum carnem, tunc verè secundum spiritum viuens, facta corpus spirituale ascendit in altum, capiuam ducens carnalitatem, vt iam sit non carnalis sed spirituales, digna Deo, vt Deo ipsi offeratur immaculata, beneplacens, & accepta. O merces multa, o fructus nimius! Iam sic nostra non erit caro nostra, Dei erit, Deo oblata, in Deo abscondita, quam beatus nobis reddet in illa die iustus Iudex, misericors Pater, redditor largus & liberalis. Non pigeat ergo ieiunare, vt cum Agno coram Deo in loco pascuæ læti epulemur in sæcula. Amen.

L. 11. 12.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Quàm laudabile opus sit ieiunium. Ostenditur voluptatem mentis superare voluptatem carnis. Querenda voluptas quæ solidum habet fundamentum. In morali, vitam esse in ore ieiunantis,

nantis, & mortem in ore comedentis, demonstratur.

FREQVENS Diuina docet Scriptura humilitatem, monens ne quis exaltare se velit, & hac eadem in primis ratione, qua se putat glorificari. Propterea cum monuisset

Pro. 25. 6.

Salomon: *Ne gloriosus appareas coram Rege; Mox hanc rationem huius sui documenti subiicit: Melius est enim ut dicatur tibi: Ascende huc quam ut humiliaris coram Principe.* Sic innuens, quod qui per se ascendit in altum, deicitur ab aliis, & ubi gloriam affectat, inuenit ignominiam: ac propterea ab aliis expectandum est exaltari, qui dicant: *Ascende huc.* Quæ res sicuti in omnibus aduertenda est, ea potissimum in iis, quæ ad virtutem pertinent, sedulo attendenda est, ne videlicet quis per illa velit glorificari, quæ in Dei gloriam tantummodo sunt assumenda. Quod hodie docet Dominus dicens. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Quasi dicat. Sciant qui gloriam per ieiunium ab hominibus expiscantur, ea mox vacuos ipsos reperiri. Vanæ enim cum sit, mox euanesceat, & illius perit cum sonitu tum memoria tum substantia tum etiam apparentia. Hanc autem monitionem nobis dum facit Dominus Iesus, alia quoque illius occasione nobis profert grauiæ & vtilia documenta.

Dimiso.

3 Quorum nos tria speciatim attendimus. Primum est, quod Ieiunium opus est laudabile. Secundum est, quod mentis voluptas, carnis admodum superat voluptatem. Tertium est, quod delectatio ea in primis querenda est, quæ solidum habet ac permanens fundamentum. Primum probat communis hominum concepcio generalisque consensus. Neque enim, si homines ieiunium non haberent in pretio, quicquam ieiunio sibi ad gloriam apud homines viam munitaret. Quod tamen faciebant, qui præ aliis sapientes ac prudentes & videbantur & existimabantur, nempe Scribæ & Pharisei hypocritæ. Quæ in con-

sideratione duo facimus. Primam ab vniuersali hominū sententia ad veram ascendentes rationem, demonstramus verè ac iure dignum commendatione esse ieiunium. Secundum inde trahimus documentum, quod ad ieiunandum homines excitentur.

Prima autem ratio ieiunij commendandi atque extollendæ abstinentiæ sit ista, quam ipsius Domini verba afferunt. Quod videlicet ieiunare iustitia sit. Mones quippe in generali, ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus, & ad particularia descendens illic, Eleemosynam, Orationem, & Ieiunium aperte facitur hæc tria, & eorum singula iustitiam esse. Atque ita constat, Ieiunium nostrum nostram esse iustitiam, quam cauere debemus, ne faciamus coram hominibus, alioqui eius mercedem non habebimus apud Patrem nostrum. *At iustitia perpetua est & immortalis* Sap. 1. 10. *ut ait Sapiens. Immortalis quippe est, eum in essentia sua; nam Iusti in perpetuum Sap. 1. 16. viuunt: tum in mercede; quo sensu dicitur, Psal. 113. Gloria, & diuitia in domo eius, & iustitia eius manet in saculum saculi: tum tandem in laude atque memoria gloriosa: Nam memoria iusti cum laudibus. Et in memoria eterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saculum saculi. Ita ieiunantes* Iudith. 8. *forminæ illæ, Iudith & Elther ieiunioque munite, hostes populi perimentes, gloriose sunt apud Deum & homines. Quapropter omnis populus in laudes vnus illarū, que est Iudith, cum lætitia magna surrexit, dicente Scriptura. Benedixerūt eam omnes vna voce dicentes. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri. Et id eodē benedicta in æternum. Si autem populus ille antiquus gloriabatur in lege, ut scribit Apostolus. Unde canitur: Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis Per Ieiunium verò Moyse à Deo data lex est: quis dubitabit Ieiunium, à quo tanta populo accessit gloria, non esse gloriosum, clarum, laudabile & dignum, quod præconiis extollatur in cælum? Et si etiam aliunde*

aliunde hæc illius nõ appareret commen-
 datio, non satis est, quod Dominus virtum,
 qui est Rex gloriæ, ieiunavit 40. die-
 bus & 40. noctibus; & eo potissimum
 tempore, ubi gloriâ, & honore coronatus
 est, facta de cælo super eum voce: *Hic est
 Nat. 3. 17. Filius meus dilectus; in quo mihi complacui.*
 Et hoc Ieiunio certe Filius Patrem hono-
 rificavit. Pater enim & Filius se mutuo
 glorificant incessanter: quapropter ubi
 dicebat Filius: *Honorifico Patrem meum,*
 49. ibidem etiam dicit: *Est Pater meus, qui
 glorificat me.* Cum ergo apertis cælis
 glorificatus est à Patre suo Dominus Ie-
 sus, ut vicissim Patrem ipse glorificaret,
 in desertum se dedit & in ieiunium; ma-
 nifestum est, quod Iesus ieiunio Patrem
 glorificavit. Et non erit res gloriosa, quæ
 Deum glorificat? Ergo vocabimus ieiunium
 gloriosum.

3. Quod figurâ legali confirmatur & ex-
 plicatur. Duo erant sacrificiorum sue ob-
 lationum genera, quæ propriè atq; præci-
 pue spectabant gloriâ Dei: Holocau-
 stum, & pacifica victima: quæ propterea
 accepta maximè erant illi, quod notatur
 per odorem suavissimum Domino, qui nõ
 sic explicatur in sacrificiis pro peccato, nisi
 quatenus & in ipsis fiebat & holocaustum.

3. Sic enim decernit lex: Cum feceritis ob-
 lationem Domino in holocaustum aut vi-
 ctimam, vota soluentes, vel spontè offe-
 rentes munera, aut in solemnitatibus ve-
 stris adolentes odorem suavitatis Domi-
 no. Per agnos singulos & arietes erit
 sacrificium similitæ duarum decimarum E-
 phi, quæ conspersa sit oleo tertiarum partis
 Hin, & vinum ad libamentum tertiarum partis
 eiusdem mensuræ, qui immolaverit,
 offeret in odorem suavitatis Domino.

8. Quando verò de bobus feceris holocau-
 stum aut hostiam, ut impleas votum, vel
 pacificas victimas, dabis per singulos bo-
 ves similitæ tres decimas conspersæ oleo,
 quod habeat medium mensuræ Hin, & vi-
 num ad liba fundenda eiusdem mensuræ
 in oblationem suavissimi odoris Domino.
 Quid hoc sacrificio designatur? certe hæc
 erat mensa Dei, quasi Deus his vesceretur.
 Quod ne carnaliter intelligeretur, dicebat

in Psalmo: *Nunquid manducabo carnes Psal. 49. 13.
 taurorum, aut sanguinem hircorum pota-
 bo?* Quapropter iam denique respiciens sa-
 crificia illa vetusta, dicebat per Isaiam:
*Quo mihi multitudinem victimarum vo-
 strarum? plenus sum.* Unde & iubebat of-
 ferentibus, ut manducarent coram Do-
 mino, quasi ipsemet in illis manducaret.
 Sic enim Deo illi, non sibi manducant. Et
 consequenter quando ieiunabant, etiam
 ipsi Deo ieiunabant. Quod quia in capti-
 vitate non fecerant conqueritur de illis
 per Zachariam. *Cum ieiunaretis & plan-
 gereis per hos septuaginta annos, nunquid
 ieiunium ieiunasti mihi? & cum comedi-
 stis & bibistis, nunquid non vobis comedi-
 stis & vobismetipsis bibistis?* In captivi-
 tate quidem sacrificia offerre non poterant,
 ut Deo manducarent, sed ieiunantes non
 Deum ieiunio suo glorificabant. Cum er-
 go sacrificium sit veluti comestio quæ
 Deo fit, mensuram adhibuit, ut esset con-
 cinna proportio carni, similitæ ac vini.
 Hoc quæso nobis ieiunium non propo-
 nit? Minus illa facta populo per Ezechie-
 lem quod tendunt, nisi ad afflictionem ieiunij;
 comedent panem in pondere in soli-
 tudine: & aquam in mensura in angu-
 stia bibent. Obsidionem quidè illis inten-
 tat, in qua panis datur ad mensuram: &
 aqua ipsa. Quod ergo ex necessitate ibi fit,
 voluntariè in sacrificio ieiunij perficiend-
 dum est, quod Deus honoratur, & quod illi
 gratissimum est.

Hinc ergo sumamus argumentum, quàm
 nobis abstinentia debeat esse cara; quàm
 utilis sit, quàm in ieiunio solliciti esse debeamus.
 Caro sacrificij Deo nõ offerebatur,
 nisi cū similitæ & vino adhibitis ad mensu-
 rā. Etenim non exhibemus corpora nostra
 hostiæ viventem? quare viventem? membra
 quidem mortificamus, quæ sunt super terrā
 fornicationē, immunditiam, libidinem, con-
 cupiscentiā malam, avaritiā. Caro quate-
 nus peccatrix est mortificanda est, crucifi-
 genda, perimēda: sed quatenus caro nostra
 nutrienda est & fovenda, ita q̄ vivat. Ideo
 in sacrificio & similitæ, ex qua fit panis vn-
 de vivim⁹, adhibetur. At verò ut hostia sit,
 adhibēda est tritici mensura, panis videli-
 cet ar-

Zach. 7. 6.

Ezech. 4. 16.

Num. 15.
 1. & 9.
 Rom. 12. 1.
 Coloss. 3. 9.

Rom. 12. 1.

cet arctus & aqua breuis, cibanda viuens arctè hostia Tum hac ratione exhibemus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem Omnia nobis Deus in manibus dedit, vt illa eadem ipsi offerentes, maiora indices gratiarum suscipiamus. Sic & anima nostra in manibus nostris est, vt in leuanda puras manus & nosmet, munus acceptum offerendo & rationem maximè, rationale sit obsequium nostrum. O Deus quotidie per verba consecrationis nobis datur corpus Christi & sanguis, ad quid nisi vt acceptabile sit sacrificium nostrum? Si noster est

1/a. 9. 6.

Christus: *Paruulus enim natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Ergo corpus Christi corpus nostrum est. Hoc ergo vna cum nostris offerentes exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.

4. Actu Christi corpus offerens, corpus tuum apud te retinebis? simul atq; Sacerdos habet in manib? Corpus Christi, quod mox ante panis erat, eleuat ad Deum in Sacrificium. Et carnem nostram numquã offeremus, aut tardè aut rarò? Carnes prius mundabantur, lauabantur, vt mundæ Altissimo offerrentur. Et nos prius inquinamento carnis, pollutum Deo eleuabimus Sacrificium? Carnes sanctæ Deo offerebantur. Ergo ieiunio sanctificemus corpora nostra, vt acceptabile fiat sacrificium nostrum. Ieiunus offert Sacerdos Corpus Christi, vt nos ieiunio offeramus cum Corpore Christi, corpora nostra. Placet quidè Deo oblata caro nostra, quia & ipsa opus est manuum suarum, & spiritum in primis spectat Creator noster: ac propterea vult nos exhibere corpora nostra hostiam viuentem, vt rationale sit obsequium nostrum. Vult corpus quod de se irrationabile est, vt rationale partem quæ eminentior est accipiat de manibus nostris. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt non possit ad Deum eleuari grauis corde: Cur verò corpus aggrauat animã? quia pondere premittur ipsamet, sibi metipsum graue, detrahatur à corpore grauitas, non impleatur venter cibo & potu, vt fiat corpus spirituale, leue,

Sap. 9. 15.

ad volandum facile; tunc leuis corde erit & anima & renouabitur vt aquila, ponens in cælo nidum suum. Ergo ieiunium soluit vinculum, quo à corpore tenebatur & aggrauabatur anima, ne accedere posset ad Patrem qui in cælis est. Vides quare Apostolus hostiæ corporum, adiecit rationale obsequium vestrum? Vides quare Deus expetit corpora, quia videlicet amat animas? Vides quare ieiunandum sit frequenter, nempe vt à secularibus delictis expediti ad perfectiora feramur? Vides quare castigandum sit corpus, nempe vt in seruitutem illo redacto libera mens omnibus dominetur, soli Deo seruiens. O sanctum, ô vtile, ô necessarium ieiunium! Non ergo refugiat illud mens, caro non aspernetur. Sitat anima nostra, esuriat caro nostra, vt Deus sitientem & esurientem repleat bonis suis.

SECUNDA PARS.

SI filij huius sæculi prudentiores filijs lucis sunt, ex eo, quod dicit Dominus in Euangelio, videtur quod animalis homo diligentius percipiat quæ sunt mundi, quam homo spiritualis quæ sunt Dei. Secundum quod erat videndum, hoc est quod maior est delectatio mentis quam carnis, hoc si nescis, illud discet à filijs huius sæculi, qui *exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Qui sic delectantur in vanitate, vt propter illam assequendam, carnem suam propriam ieiunio macerent & abstinentia; vt in sordibus sordescant adhuc. Piger qui corpori suo parcat, ne comedat panem doloris & laboris, delectatur quidem in carne sua, delectatur nihilominus & in mente quasi cæteris sapientior, qui incassum fatigantur, & vt videtur illi, sine causa laboribus se subdunt & sudoribus. Vnde Salomon: *Sapientior sibi piger videtur, se- ptem viris loquentibus sententias.* At qui etiam ex carnis afflictione mentis delectationem haurit: iste tanti facit animi voluptatem, vt eam arbitretur iustè posse corporis tribulatione comparari. Delectatur quidem pigri mens & ratio, sibi que placet,

placet, quod rationem inuenerit consequenda felicitatis in corporis ignauia atque socordiae; ex qua mens hilarior facta, requie sibi creauerit voluptatis plenam. At hypocrita in corporis quoque labore & ærumna voluptatē sibi fabricat, qua mens delectata, pro nihilo habet austeritatem carnis atque asperitates, per quas ad eam suam, quam putat sublimiorem, contendit cōplacentiam. Vbi error est quidem in hoc, quod verā afflictionē falsā antepōnitur delectatio. Sed in huius erroris tenebris vera lux lucet, splendentque ac vtilissima veritas, nempe quod voluptas spiritualis mentisque gaudium longissime antecellit corporis quietem & pacem. Et hoc aded, vt corporalis omnis gustus & commodorum sensus sperni iure debeat; vt valeat mens suarum suauitatum mensa delectabiliter frui, ac pacifice gaudere. Si enim ieiunat quis, animamque suam id est seipsum affligit in carne, laudis amore & honoris captus; vbi non paruam sibi videtur voluptatem concipere & haurire, atque propterea ex industria carnem punit ac tribulat, vt spiritus delectetur. Haud dubie sapientissimus est, qui veram sibi mentis comparat læticiam corporis quacunque afflictatione. Num ergo non splendet veritas hæc? Num exploratissimum non est, animi bona & in primis prosperitatem felicitatemque, bonis omnibus corporis, etiam in cubilibus & impudicitis, in commellationibus & ebrietatibus, maxime excellere? Et cur putas iustum, vt oleo aspergeretur simila sacrificij, qua diximus ieiunium figurari, nisi quia verē oleo lætitiæ aspergitur & imbuitur, qui in corpore nutriendo non excedit mensuram? Qui non ad libitum comedit, sed ad præscriptum diuinæ iussionis, quæ abstinentiam & laudauit & proposuit & mandauit: Eiusdem mensuræ erant & oleum & vinum; quoniam utroque mentis lætitiæ designatur. Nam & illud oleum lætitiæ appellatur; & de hoc scriptum est: *vinum lætificat cor hominis*. Et iubens Dominus ieiunandi, vt exhiberet faciem in oleo, dicens: *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem*

tuā laua. Nedum intendit, quod ieiunium stola candida apertæ consolationis operiamus, vt sic latitet ab oculis hominum, verum innuit quoque ieiunium, si Deo sit celebratum, hilarem veraciter facere ieiunantem. Ergo corporis labor & dolor, nedum mentis lætitiæ non obstat, sed eam magis creat & comparat. Vt non immerito, quo die intrabat per singulos annos Summus Pontifex in Sancta Sanctorum, quo figurabatur (authore Apostolo) introitus Domini Iesu in ipsum cælum, animæ afflictio id est ieiunium populo indicebatur; Vt sic intelligeremus, corporis afflictione verum mentis gaudium comparari, cuius plenitudo est quidem in cælis, attramen & in terris ad simile quantitatem, id est ieiunij, oleum lætitiæ ex diuina ordinatione ieiunantibus communicatur.

Hinc igitur ad tertiam considerationē transeamus, quæ nostra potius instructio est & exhortatio, vt solidam læticiam firmamque voluptatem amplectamur. Nam & hoc in hodierna lectione à Christo Domino aperte docemur, qui dum fugacem atque fugientem gloriam asperratur & arguit, vult nos instrui & suaderi, vt permanentia bona adipiscamur & gaudium planum, quod nemo tollet à nobis. Gaudium à vanitate cōceptum, nihil est quod timeamus, ne nobis ab aliquo surripiatur, per seipsum mox euanciscit, vix conceptum extinguitur. *Amen dico vobis, (inquit) receperunt mercedem suam. Quæ merces solidum quid cum non sit, sed aura leuis, dum recipitur, consumitur: dum sumitur, transit. Si iubet Salomon: Ne gloriaris in crasino, ignorans quid superuentura pariat dies* Quamto minus in eo gloriandum est, quod certi sumus à nobis, dum accedit, recedere? dum capitur, perditur? dum habetur, nos derelinquit? Obserua itaque verba Domini, vt ex vno oppositorum intelligas alterum. De hypocritis, dicit: *Receperunt mercedem*. De fidei seruo dicit: *Pater tuus reddet tibi*. Ibi notatur actio tua, qui recipis; hic Dei operatio, qui reddit. Illic agens es, hic patiens siue passiuè recipiens.

Leu. 16. 29.
Ez. 23. 27.
Heb. 9. 24.

Ioh. 16. 22.

Pro. 27. 1.

Acceptio illa hypocritarū significat bonū illud quod accipiunt, non esse à se, sed ab aliis recipi; & propterea non solidum esse, nec permanens. Quid putas, dixit Salomon: *Subtrahere pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.* Dum quod tibi commodat, venaris ab aliis; te periculo exponis, id cito perdis: Homo nunquam in eodem statu permanet: si te nunc recipit in domum suam, cras eiciet; diligat te nunc, mox oderit: tu ipse tibi malum creas, dum tui satiatarem tua importunitate in proximo generas; mundus ipse contemnit, qui te sequuntur. Bona ipsius, siue diuitiæ siue pax, siue delectationes siue sæcularis amicitia, transeuntia sunt. Lingua susurrionis non valet mox dissoluere amicitiam? *Cum defecerint ligna, extinguatur ignis: & susurrione subtracto, iurgia conquiescunt.* Potes ne à dolo impiorum te protegere: ut non laesus interdum sis ab eis? Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico. Et cum fuerit deprehensus, dicit: *Ludens feci.* Potes euitare, ne quis falsum testimonium dicat contra te? Et quanta hæc est læsio? Iaculum & gladius & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum falsum testimonium. Potes ne te ab iracundis hominibus elongare; ut non aliquando iacidas in flammam ab illis excitatam? *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitabit rixas.* Et unde tot mala tot pericula proficiuntur, inde arbitaris tu voluptatem tibi atque fœlicitatem haurire? Et hoc eò magis, quod & tu es vnus ex illis. Ergo *Subtrahere pedem tuum de domo proximi tui: ne quando satiatus oderit te.* Ad quid frequentas domum eius? Ad quid palpas proximorum ostia? Ad quid gradus ostiorum illorum exerit pes tuus? ut faceris de panibus illius? Vide, vide, ne quando satiatus ipse oderit te, improbiū te reputans, imprudentem, otiosum. Quid ergo? à te tua bona expiscare. Si ieiunas, hoc facito, ut peccata tua tibi dimittantur; ut Deo offeras, quæ ab illo tibi concessa sunt; ut te ipsum purifices, ut

Deum promeraris. *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui sedatur oliu, replebitur egestate.* Operans terram suam in sudore vultus sui, vescetur pane suo, non dicit aliis. Date de oleo vestros sibi ipsi sufficiens est. Quapropter illius delectatio perseverat & crescit. Audi Sapientem; *Vita sibi sufficientis operari condulcabitur: & in ea inuenies thesaurum.* Colit ipse terram, & terra præbet illi fructum suum. In laboribus ipse est in inuenture sua, & labores manuum suarum manducans beatus est. Hæc ergo via est repudianda firmæ voluptatis.

Tunc Deus iustus Iudex reddet mercedem operarijs. Nostrum non est accipere mercedem eam; venari, sed mereri. Esto tu fidelis seruus & prudens; age fideliter negotia Domini tui, & constituet ipse te super omnia bona sua. Quis verò magis terram suam operatur, quam qui ieiunat? qui fodit eam sarculo vigiliarum? qui arat vomere mortificationum? qui seminat operatione virtutum? qui mentis sedulitate custodit? qui vigil aduersus tentationes sæpè illam circumdat? Arat, ferit, fodit, plantat, rigat expectans à Deo incrementum ut non aliud inde recipiat, ac sperauit, ac meruit, & à Deo constitutum est à constitutione mundi. O quam stabilis voluptas sic operantis! *Vita sibi sufficientis operari condulcabitur.* Si vitam explores hominis rustici, qui viuit de labore manuum suarum operans terram suam, dulcem illam reperies & pretiosiorum omni thesauro: quanto magis qui seipso contentus, à quoquam nihil querit, eleuans oculos suos non ad aliū quemcunque quam ad Deum. Ideo populi in deserto Dominus solus dux fuit, ab alio quocunque noluit illum euitari, defendi, saluari, & duci in terram promissionis. Si quando in necessitatibus suis auxilium postulabat, siue ab Assyrijs, siue ab Egyptijs, hoc torum illi fuit in ruinam & confusionem. *Et ab Egypto confunderis sicut Ier. 2. 36. confusa es ab Assur: quia obrutus Dominus confidentiam tuam.* Confidebat populus in Deus suis, confidebat in regnis alienarum gentium, sed nihil inde habebat prosperum

perum, ne alium quam Deum protectorem agnoscerent: & tu insipiens quæris gloriam ab hominibus, felicitatem à mundo, à mendacibus veritatem. Imitare Davidem, qui dicebat: *In toto corde meo exquisiuit Nam qui in toto corde exquisiunt eum, verè beati sunt* Quod nobis cõcedat.

M O R A L E.

Quantum Deo debemus, qui tot vias nobis ad virtutem muniuit & ad salutem æternam! Quis inops operarius nõ cupiat inuenire, apud quem operã suã victum sibi quareret & familiã suã? Eriam partem illam corporis nostri Dominus voluit sanctificari, quam in principio iniquitas & inobediencia contaminauit. Ore se homo primus suamque progeniem omnem de statu illo nobilissimo deturbauit; ore comedens venenum aspidum in ventre recepit. Per os eius patens mors ingressa est vsq; ad animam, vt vxor eius nõ minus mater esset omnium morientium quã viuentium; vt non minus enixa mortuos pareret, quã viuentes. Os contaminatũ cibo ad vocem mulieris & serpentis, longè deterius infectum est verbo ad vocẽ Creatoris. Quod exhibitum est telam peccato comestionis, iaculum factum est peccato excusationis. O mala vniuersa! quæ mundum ingressa sunt per guttur patens hominis inobedientis. Ecce iam pius Dominus misericordiã motus antidotum profert contra venenum, tam mortiferum, tam pestiferum, tam perniciosum. Hoc est ieiunium & abstinentia salutaris. Contraria contrariis curantur. Comedisti? abstine. Esus qui deputatus est ad vitam, mortem asciuit. Iam abstinentia, quæ si perpetua esset, occideret, moderata vitam tribuit: quam comestio creauit, eam mortem pellic abstinencia. Os stulti ad mortem. Os iusti ad vitam. Pars illa, quã spirantes viuimus, cibo infecta morti aditum aperuerat. Nunc cibo identidem purificata & sanctificata, facta est porta vitæ. Quanta gratia ista est: quale priuilegium, vt ieiunio tot tantaque mala excludere possimus à nobis, euitare, ablegare?

Qui dedit inspirationem & vitam, an non videretur os nobis constituisse instrumentum ad vitam? an si comederet homo de ligno vitæ non viueret in æternum? An non dixit Dominus post peccatum illius. *Ne forte sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum?* Quod ergo datum erat ad vitam, factum est mihi mors? Ita profectò. Lata lege illa: *In quacunque die comederis, ex eo morte morieris.* Ori propterea interdictus est locus deliciarum, qui præambulum quoddam erat & signum vitæ æternæ. Ne comedat & viuat in æternum. Os in exilium eiecctum est terra: huius maledictæ. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Interdictus vitæ cibus, addictus mortis panis doloris & laboris. At verò labor & dolor, vt miseriæ sunt temporales huius vitæ, ita mortis sunt prænuncii, atq; ad eò sodales. Audi psallentem in cithara: *Dies annorum nostrorum septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & eorum amplius labor & dolor. Quod superest de vita ista, labor est & dolor.* Vis videre hæc duo ad mortem pertinere? Num comedentibus de ligno scientiæ boni & mali, non est à Deo intentata mors? *Si comederis, morieris.* Comederunt. Vbi mors? *In dolore paries filios. Maledicta terra in opere suo. In laboribus comedes ex ea:* Ergò qui comedit, sub lingua eius labor & dolor est, mors videlicet venenum aspidum sub labiis erus. Iustum ergò iuxta acpium fuit, vt os quod erat ad vitam, de morte ereptum, rursus deputaretur ad vitam. Incensum à Deo ordinatum fuit ad ipsum Deum placandum, quod notatur per odorem suauissimum Domino. Fuit aliquando ad iram, quando videlicet Core & socii eius obrulerunt illud, sed rursus illud offerente Aaron factum est ad reconciliationem. Hand secus de ore factum est, quò ad officium comestionis. Comendo viuatur, & si de ligno vitæ facta fuisset comestio, vita fuisset æterna: per vitæ comestionem accedit mors, eademq; recedit si de nudò iusta præceptum Dei comestio fiat, nempe si parcè comedatur, si ieiunantes comedamus. Propterea qui in captiuitate & afflictione Ægyptiaca sedebant super

super ollas carniū, dum ab ea liberantur, ad panem azimum & ad lactucas agrestes obligantur. Et si agnum comedunt, id festinanter iubentur facere, quasi fugientes persecutores suos. Ergo ieiunium extinctio est mortis, renouatio vitæ, à malis ereptio, ad bona reductio.

Psal. 116. 2 Eia ergo, surgite qui manducatis panem

Exod. 12. 6 doloris, panem laboris, panem mortis. Sedit populus manducare & bibere, quando derelicto Deo vero adhæsit vni ciuium habitantium super terram, immò rectorum tenebrarum harum. An non huic adhæsit Adam qui serpenti obtemperauit?

Gen. 3. 6 tunc ledit ad mensam Principis huius mudi, non attendens quæ illi apposta erant. Quapropter ne & nos decipiamur, monet

Prov. 23. 1 Salomon: *Quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposta sunt ante faciem tuam. Et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam. Ne desideres de cibo eius, in quo est panis mendacii.* An non panis est mendacii cibus appositus à serpente, qui mendax est

Ioan. 8. 44 & pater mendacii? Quis panis mendacii, si non ille est, quo promittitur similitudo Dei, & habetur iumentorum similitudo? qui proponitur ad vitam, & mortem inducit & panis, quem dedit muadus ad voluptatem, ad comestationes, & ebrietates prætextu vitæ felicitis & voluptuosæ, nunquid ad mortem non est? nunquid non vitæ aduersatur? Audiamus Sapientem aliū:

Ecl. 37. 32 *Ne si auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: In multo enim esus erit infirmitas, & auiditas appropinquabit usq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiciet vitam.* Ecce mors in ore comedentis: Ecce vita in ore ieiunantis. Ecce panis doloris, vnde cholera, mali humores, & infirmitas, & mors denique. Ecce panis vitæ, sanitatis & pacis. Ille sumptus cum auiditate, cum multitudine, cum varietate, cum voluptate: Ille sumptus, cum paritate, cum austeritate, & abstinentia, & obedientia. Quid ergo? propter modicam voluptatem, voluptate omni te priuabis? comedes, vt moriaris? statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate

animam tuam. O Salomon quid vis? Culter potius in gutture, quam cibus? tanta est abstinentiæ necessitas, vt si non aliter possis, cultro infixio in gutture, temperare te ipsum expediat. O viri ad vos clamito. Cur non hanc monitionem auditis & custoditis? *Serui enim estis eius cui obeditis* vt Rom. 6. ait Paulus. Carni obeditis, gutturi, ventri, concupiscentiæ, voluptati. O miseram hominum conditionem, qui gula indulgent, qui eam sibi dominam constituunt; qui mortem potius amplectuntur, quam à gula separentur. Heus! iam surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris & mortis. Satis sedistis: surgite. Satis comedistis: abstinete. *Qui abstinens est, adiciet vitam.* Vitam (inquam) corporalem, sed spirituales magis.

Mors quidem corporalis à cibo processit, sed spiritualis in primis. Prima inobedientia in cibo fuit; mors animæ in esca carnis. O Adam in morsu pomi deglutiens mortem, quos filios genuisti? ad imaginem & similitudinem tuam? in similitudinem præuicationis tuæ? filios genuisti, qui comedentes moriuntur. Non satis est illis, quòd te vnam acerbam comedente eorum dentes obstupescant, & ipsi comedere volunt non pomum vnum, sed escas multas, epulantes quotidie splendide, abstinentiam abhorrentes, ieiunium fugientes. De cibo erat sermo Domini (literaliter de cibo Sacramentali, moraliter tamen de ieiunio) quando aliqui dixerunt: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* Panem vitæ tunc Dominus proponebat, panis ieiunii, panis est vitæ; nam *qui abstinens est, adiciet ad vitam.* Sed dicunt insipientes: *Durus est hic sermo.* An non durus sermo mendacis, qui dicebat: *Dicite lapides isti panes fiant?* an non durior lapidibus, quos vult sermone molliri, vt panes fiant? quam durus panis ex lapidibus confectus, panis indigestibilis & mortiferus. At panis, qui de caelo descendit, caro est pro sæculi vita, mollis est, digestusq; vitam tuetur. Eiusmodi est panis ieiunii, cibus abstinentiæ, qui dat vitam mundo. Hoc scientes, etiamne indigetis, vt vos moneamini & ad ieiunium excitemini? Etiamne monitio quoque

quoque casta erit: etiamne morte corporali, spiritualemente quoque obibitis spontaneè? Etiamne tanta erit gula potestas, ut vos à potestate super vos ipsos longè ablegget? Core, Dathan & Abiron à terra deglutitis ob illorum scelus, ausus est populus culpam Moysen & Aaron, dicens: *Vos interfecistis populum Domini.* Vos quem aut quos culpabitis, dētibus & labiis mortem vobis accersentes? Terra deglutiuit illos. Tu ipse mortem deglutiuit, clama quantumuis Ventrem meum doleo: quis tibi dolorem hunc creauit? quis mortem infudit? *Mors in olla, mors in olla.* Sedes super ollas carniū, crapulam diligens & exerecens. Tu, tu ipse amans animam tuam, fouens carnem tuam, delectans gulam tuam, implens ventrem tuum, teipsum perdis, teipsum interficis. Non pigeat ergo ieiunare, ut viuatis. Amen.

proponitur, ut solis, hominis, etiam leonis, aliarumque huiusmodi rerum. Haud secus statuit de rebus spiritualibus atque cœlestibus, quas scire nos oportet. Nam ut non cadunt sub sensibus carnis nostræ, vestiuntur rerum materialium indumentis, quæ intuentes cœlestia ipsa perspiciunt. Hinc Salomon: *Est aurum & multitudo gemmarum, & vas preciosum labia scientia.* Ut per pretiosa nota, ad ignota pretiosissima ascendat mens & affectus noster. Ac proinde voluit Deus templum sibi ex rebus pretiosis ædificari & fabre fieri, ut ex illius pretiosa materia & nobili forma, surgerent intellectus fideles ad habenda in summo pretio cœlestia. Rectè ergo sub typo thesauri summum bonum, quod expectamus in Regno cœlorum, nobis hodiè proponit Christus, dicens. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Nostrum est igitur satagere, ut ea quantum licet probe dispiciamus, ut cognita solerter queramus adipisci. Vnde & Salomon sapientiam rem certò pretiosissimam & studio vult inquiri, quo pecuniam thesaurosque solent homines expetere & ardentè exoptare. *Si quaesieris (inquit) eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam.*

Duo igitur in verbis Domini nobis veniunt proposita, Præceptum videlicet thesaurizandi in cœlis; vbi audimus. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Et ratio ad hoc excitans; vbi subinfertur. *Vbi neque arugo, neque tinea demolitur.* A ratione incipientes, tripliciter à Domino illam videmus expositam. In eo enim, quod thesauros vocat, illorum innuit pretiositatem, dicens: *quod neque corrumpuntur, neque surripiuntur,* notat illorum perpetuitatem. Concludens autem. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum:* intimos nobis illos esse declarat. Primam itaque rationem considerantes, pretiositatem thesauri cœlestis conicere possumus ex laudibus, quas Scriptura in primisque libri Sapientiales illi tribuunt. Triplex est enim bonum, quo fruimur in hac vitâ. Temporale, Corporale, Spirituale: & perspicuum est bonum Spirituale carera antecellere. Nam homo ipse bonis omnibus huius mundi

FERIA IV. DOMINICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. *Matt. 6. 19.*

ARGUMENTVM.

Quàm pretiosum thesaurizare in Cœlis, quàm æternum, quàm inamissibile. Modus sic thesaurizandi non difficilis ostenditur.

QUONIAM aperta visio Dei creatoris in cœlis tantummodo expectatur, cuius tamen cognitio etiam in terris necessaria est, ut illum colamus & amemus, & quæ nobis præcipit sedulo exequamur: propterea per similitudines notas, se nobis tradidit cognoscendum. Vnde in Sacris literis frequenter nobis sub spectis rerum etiam corporalium, nobis

Tom. I. Belliniani.

mundi à Deo prælatus est atq; præpositus. Deus autem qui ordinatissime disponit omnia, non præponeret vnquam superioribus inferiora. Vnde ex hoc, quòd homo ab ipso super totum mundum locatus est, manifestum fit, hominem solum toti præstare mundo, nihilque huius mundi posse homini comparari sue æquiparari. In homine autem duo sunt, corpus videlicet & anima: & quoniam secundum animam factus est ad imaginem & similitudinem Dei; planum est ac persuasissimum, Animam corpore bonum esse præstantius:

Gen. 2. 7. Quod volens innuere Scriptura, dicit corpus hominis Deum ex limo terræ formasse, spiritum verò ex ore Altissimi proditisse: quia videlicet inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: spiritus autem oris est, quia ex ore procedit: præterquam quòd spiritus est, qui viuificat; caro autem, quæ viuificatur. Ex quo aperte conuincitur, animam carne superiorē esse. Cum igitur homo excellat omnia exteriora sibi, & pars in eo spiritalis superemineat corporali, consequens est; vt bonum spirituale cæteris omnibus præferatur. Habent autem hæc tria bona vnumquodq; suam perfectionē, vt perfectio vniuscuiusq; aliorū perfectionem respiciēs, aut superior sit aut inferior. Ergò quælibet perfectio rerum temporalium inferior est corporis perfectione. Quæ autem inter temporalia perfectiora putantur, vt aurum, argentum, gemmæ, & si quid aliud est huiusmodi, hæc omnia minus valent quàm corpus humanum, & multò minus quàm anima.

Perfectio autem corporis ad duo reducit, ad interiorē vigorem quem salutem id est sanitatem appellat Sapiens, & ad exteriorē decorem quem idem Sapiens speciem nominat. Animæ autem perfectio vno nomine sæpè in Sacris litteris Sapientia nuncupatur. Ergò Sapientia, quæ est bonum spirituale respiciens spiritum nostrum, pretiosior est cunctis opibus & bonis omnibus corporalibus. Rectè igitur

1. Cor. 2. 15 *Sap. 7. 7.* *Spiritualis, qui iudicat omnia* narrat. Optauit, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus Sapientia; & præposui illam Regnis & sedibus; & diuitias nihil

esse duxi in cōparatione illius. Nec comparauit illi lapidem pretiosum; quoniam omne aurum in cōparatione illius arena est exigua; & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Non factis fuit Sapienti præponere sapientiam rebus pretiosissimis, sed quàm longè distet ab illis voluit demonstrare dicens; *nihil prorsus duci ab eo diuitias apud illam.* Et explicatius hoc exprimens, colligit omne aurum, non partem duntaxat, quamuis essent diuitiæ Salomonis, sed omne prorsus aurum; & de illo dicit, quòd ad Sapientia arena est exigua; arena, quæ flocci penditur, quæ etiam exigua sit: & lutum argentum æstimabitur, quòd pedibus calcamus. O vtinam clarius intelligeremus valorem Sapientia. Hinc & in libris Iob scriptum inuenitur: *Sapientia vbi inuenitur? Nescit homo pretium eius. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum pro ea. Non conferetur tincliu India coloribus, nec lapidi Sardonicho pretiosissimo vel Saphiro. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* Explicatio tot rerum pretiosarum, quæ omnes Sapientia supponuntur, mirum in modum illius extollunt pretiositatem. De bonis verò corporalibus addit Sapiens: *Super salutem & speciem dilaxi eam.* Quod est dicere, eam anteposui bonis omnibus corporalibus. Hæc est prima laus eius.

Secundam laudem exprimit Sapiens, dicens: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Et ignorabam, quoniam horum omnium mater est.* Amas tu adhuc temporalia atq; corporalia bona; quamuis illa illis excellentior atq; pretiosior? Per hanc laudem quoque ipsam præ illis debes perquirere; quoniam si illam fueris adeptus, hæc omnia adicientur tibi: Nam venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et ratio est, quia Sapientia ipsa parat etiam ista inferiora. Et *innumerabilis* (inquit) *honestas per manus illius: quoniam horum omnium mater est* Generat enim Sapientia hæc omnia. *Ipsa enim cum Deo erat omnia componens, & omnia ipse in Sapientia fecit.* Si ergò

Si ergo genitrix est omnium, num vbi est
 N. 103. 24 ipsa, non erunt illa? At dices.

Et 9. 11. Quomodo ergo sapiens dicit; *Quod in
 urbe inuentus est vir pauper, & sapiens, qui
 liberavit urbem per sapientiam suam: &
 nullus deinceps recordatus est hominis illius
 pauperis.* Si veniunt omnia bona cum sa-
 pientia, quomodo pauper inuentus est,
 qui erat sapiens? Ad quod dicendum, quo-
 modo pauper est, qui per sapientiam suam
 urbem liberauit? An non omnia bona cum
 illo erant, quando bono quo tunc opus
 erat prestò fuit, liberans ciuitatem? Diues,
 qui peregrè proficiscitur, non omnia bo-
 na sua secum portat, sed illa solum, quæ i-
 tineri conueniunt, cætera seruat pro aliis
 necessitatibus, & opportuno tempore in
 promptu habet omnia. Sic sapientia ad om-
 nia valet, sufficiens sibi in omnibus ne-
 cessitatibus, prompta etiã omnibus opi-
 tulari: Nam certissimè bona omnia deserui-
 unt sapienti, dimisso retro illorum on-
 nere, fructu solum sumpto, sicut granum
 excussa palea, immo panis absque labore.
 Da sapientem, & scit quæ dico. Hic enim
 scit, & abundare & penuriam pati, fructum
 capiens ex vtroque. Alioqui quomodo
 Mat 19. 29. verum dixit Dominus: *Omni, qui relinque-
 rit domum, &c. propter nomen meum, cen-
 tuplum accipiet, & vitam æternam possi-
 det?* Quomodo dixit Dominus discipulis
 suis: *Nolite portare sacculum, neque peram,
 neque pecuniam in zona vestra:* pondere
 diuitiarum exoneravit, sed honorauit fru-
 ctu. *Dignus est enim* (inquit) *operarius cibo
 suo.* Nunquid enim aliquando aliquid de-
 fuit illis? Esurientes impleuit bonis, quo-
 niam non est inopia timentibus eum. In-
 certa prouidentia nostræ, quibus de cra-
 stino cogitamus. Quis magis omnia possi-
 det, quam si sapienter ea negligit & spernit,
 ut dicere possit. *Eccc nos reliquimus omnia,
 & secuti sumus te?* Veraciter ergo sanctus
 Paulus & de se & de sociis suis scribit: *Ni-
 hil habentes, & omnia possidentes* Possiden-
 tes (inquam) quia actu & re ipsa illis deserui-
 unt Magnum obsequium præstant, si il-
 la spernis; magnum meritum, si illa sapien-
 ter impartiris; magnam gloriam, si illorum
 inopiam pro Christo fers. Multi multas o-

pes habent, sed pauca possident; quia fru-
 ctum non capiunt ex eis, nisi quòd cernit
 eas oculis suis. Sed qui omnia sunt relin-
 quentes, sunt omnia possidentes. *Est quasi* Pro 13. 7.
diues (inquit Salomò) *cum nihil habeat.* Et 12. 9.
est quasi pauper, cū in multis diuitiis sit. Hic E. 1. 8.
*est enim gloriosus, & indigēs pane. Gloriatur
 quidem in diuitiis, sed non saturatur oculus
 visu quamuis ea cernat: & si non satiatur,
 ergò indigens. At contra est quasi diues
 cum nihil habeat. Quid ni diuites sint, om-
 nia possidentes?*

At verò quomodo, si nihil habeant, sunt
 omnia possidentes? Non credis Apostolo
 hoc dicenti? Non credis Sapienti, hoc de-
 cernenti? Audi rationem. Sententia Salo-
 monis est: *Qui amat diuitias, fructum non* Ec. 5. 9.
capiet ex eis. Hanc docet etiã experien-
 tia: *Qui amat, seruat, custodit, parcat, ser-
 uat.* Nulla enim maior seruitus, quam a-
 moris. Hanc veritas confirmat: *Qui amat* Ioan. 12. 25
*(inquit) animam suam, perdet eam. Et qui
 odit animam suam in hoc mundo, in vitam
 æternam custodit eam.* Sicut amare & odif-
 se, contraria sunt; ita perdere & custodire.
 Quare ergò perdit in futuro? quia custodit
 in hoc sæculo; nunc autem custodit, quia
 nunc amat. Amator igitur custos est diui-
 tiarum in hoc sæculo. Qui autem custo-
 dit, non abiicit, non dispendit, non vitur,
 non diminuit, colit potius & veneratur.
 Vnde & ab Apostolo *Auaritia dicta est* Eph. 5. 5.
dolorū seruitus Hinc ergò sequitur, Quòd
 qui amat diuitias, fructum non capit ex ei-
 is. Ex hoc fit consequens, ut qui non amat,
 fructum capiat, & quo amat minus, eò
 multum fructum capiat. Quis verò non a-
 mat? qui spernit, qui distrahit, qui abiicit,
 qui relinquit omnia, qui spontè nihil ha-
 bet. Quæ verò maior, amplior, veriorque
 possessio, quam fructū capere: emolumen-
 ta sentire? commodis frui? nihilq; incom-
 modorum participare? Ergò nihil habentes,
 sunt omnia possidentes. Ergo etiã Deut. 14.
 22. 26.
 quali diues cum nihil habeat. De decimis
 præceperat Deus, ut illas deferrent ad tem-
 plum, ibique eas comederent in conspe-
 ctu Domini. At si adeò multæ essent, ut
 portari non possent, venderent eas, ut ex
 pretio cõpararēt alia comestibilia, & que-
 cunque

cunq̄ue (inquit) desiderat anima tua: quibus epularentur ante Deum. Non ipsis decimis fruebantur, quas distrahebant, sed earum fructum, eo (inquam) quod ex cis comparantur, quamuis non eadem essent in specie. Satis quippe erat, vt eadem essent in fructu, vt sic epularentur in emptis, & epulantes Deum colerent, sicut ex venditis fuissent epulaturi & Deum laudaturi. Hoc pacto cum Sapiētia veniunt omnia bona, non aliqua solummodò, sed omnia; quia docet Sapiētia, vt omnia relinquamus, vt nihil profus habeamus, ac proinde omnia possideamus. Quæ vniuersitas omnia comprehendens, quanta sit, innuit, adiciēs: *Et innumerabilis honestas per manus illius.* Honestatem vocat diuitiarum substantiam; quia diues gloriosus est, & à gentibus habetur in honore. Vadunt quippe pariter gloria & diuitiæ. Vnde alibi ipsa Sapiētia: *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Honestas autem hæc innumerabilis est, inestimabilis est, quia nihil deest. Modum verò, quem modo explicuimus, ipse declarat. *Et letatus sum in omnibus, quoniam antecedit me ista Sapiētia.* In omnibus letari, fructum est capere ex omnibus, omnia possidere, verè diuitem esse. Hoc euenit sequenti Sapiētia, quæ dicit. *In omnibus requiem quasi sui.* Audi vocem, requiem querentis in bonis suis. *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, epulare.* Sed requiem nō inuenit, qui omnia inuitus dereliquit. At Sapiētia querens requiem, illam inuenit. *Et in hereditate (inquit) Domini morabor; & usque ad futurum seculum non desinam. Et in ciuitate sanctificata similiter requiesci.* Tunc autem antecedit Sapiētia, quando sapiēter omnia disponuntur, & in iudicio; cum diligenda diligimus, vt diligenda sunt; cum vitmur vtendis, fruimur fruendis; vitmur hoc mundo quasi non vitamur, aliò spectantes & suspirantes. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et gaudia os nostrum replentes in spe, dicentes Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in demum Domini ibimus.* Sed heu! hæc sunt abscondita ab oculis insipientium, quos non antecedit ista Sapiētia sed re-

cedit. Sic Sapiens de se quando insipiens erat dicit: *Et ignorabam, quoniam horum omnium mater est.* Si ignorabat, non erat sapiens, & non antecedit lumen illi præbens ista Sapiētia. O quot ignorantēs! O infinitam stultorum multitudinem; qui videntes non vident; & audientes non intelligunt, qui his rebus præterfluentibus adherent, vt querentes requiem nunquam inueniant, qui dicentes: Anima mea requiesce, non introierunt in requiem; auulsi ab his, in quibus suam constituerant requiem & pacem.

Tertiam laudem subinfert Sapiens. Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui visi sunt, participes facti sunt amicitie Dei. Dixit in prima laude, quod Sapiētia sit pretiosior cunctis opibus, Dixit in secunda, quod cum illa sunt opes superbae, id est omnia bona. Nunc in tertia dicit, quod ipsa infinitus est thesaurus hominibus; cum adiuncta ratione, nempe quod qui visi sunt illa, participes facti sunt amicitie Dei. Si enim amicorū cōmunia sunt inter se omnia, Deus autem omne bonum fit, quia amicus Dei constituitur, securus illi dicit: *Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.* Quæ est conclusio illa Domini Iesu: *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Quæ Filius audiuit à Patre, accepit à Patre. Ergo quæ ostendit ipse discipulis, illa communicat eisdem. Sed omnia accipit à Patre, qui dedit illi, quod maius omnibus est. Quomodo non ergo omnia illis donauit? Si itaque Sapiētia præditus particeps est amicitie Dei, aperte conuincitur, quod Sapiētia infinitus thesaurus est hominibus. Estò, Sapiētia nihil in se valeret; estò, nullum bonū secum ferret. Hoc solo, infinitus thesaurus est, quod amicos Dei constituit. Sed tanti valoris est in se, vt omnia quæ desiderantur, illi non valeant comparari; tanti valoris est, vt omnium sit artifex, omnia prospiciens hominibus id est protidens, vt veniat illis omnia bona pariter cum illa. Sed postremò attingit vsque ad finem omnium, amicitia cūiungens cum illo, qui est omne bonū. O igitur verissima Sapiētie verba: *In viuisustitia ambulo, & in medio semi-*

Sap. 7. 11.

Sap. 7. 12.

Ec. 2. 4. 11.

Luc. 12. 1.

Ec. 2. 4. 11.

Psal. 119. 5.

Psal. 121. 1.

Sap. 7. 11.

Sap. 4. 14.

Ionn. 17. 11.

Ionn. 17. 11.

Ionn. 17. 11.

Sap. 7. 17.

Pro. 8. 11.

Sap. 7. 11.

Pro. 8. 10.

Semi-

feminarum iudicij, ut ditem diligentes me, thesauros eorum repleam. O cur non auditur ab omnibus Sapia, que foris clamat, que in plateis dat vocem suam, que clara est, vt ab omnibus inspicit valeat, ab omnibus intelligi, ab omnibus percipi? En prima ratio.

Ad alias duas rationes accedere volentes, consideramus, quod de his thesauris caelestibus, qui sunt thesauri Sapientiae, duo decernit Dominus Iesus qui est Sapia Dei. Alterum quod inamissibiles sunt, *Vbi neque arugo, neque rinea demolitur* (inquit) *neque fures effodiunt nec furantur.* Alterum quod intra nos sunt. *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.* Et vnum sequitur ad aliud. Nam si intra nos sunt, ad nullum nisi ad Deum pertinent. Quis ergo nos separabit ab illis, aut quis auferet a nobis Regnum Dei, quod intra nos est?

Hoc igitur primum consideremus, videlicet quod thesaurus iste, est bonus thesaurus cordis nostri, nobis videlicet intimus & coniunctus. Probat hoc Christus experimento hominum, qui thesaurizantes cor apponunt thesauro abscondito: non enim thesaurizarent nisi diligenter. Est verò cor nostrum in re, quam amat; quoniam amor est vis vnitiva, tendens in rem dilectam, illique amantem vinculo coniungens perfectionis, id est perfecte stringente. Hoc apertum experto est, qui ante mentis oculos iugiter tenet quod diligit, in quod toto tendit mentis affectu. Vnde qui thesaurum suum deputauerat legem Dei, suauiter canebat. *Quomodo dilexi legem tuam Domine tota die meditatio mea est. In corda mea abscondi eloquia tua.* Sed speciali modo. Vbi est thesaurus Sapientiae, ibi est & cor nostrum: quia Sapientia nostra non est quid per se stans, sed est animi nostri cordisque perfectio. Ea enim est cor sapiens & intelligens; ac proinde Sapientia facit animum pretiosorem, quam prius esset.

Vilis quippe anima est, quae concupiscentiae subiecta est. Mulier enim per concupiscentiam animam viri pretiosam capit; dum illam exiit sua pretiositate ac vilem reddit. O quam vilis facta est nimis anima imprudens & stulta, facta sterco &

vermis. *Quam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, qua animas suas profuderunt pro Domino, illas Deo offerentes?* Quando Sapiens dixit: *Super salutem & speciem dilexi eam; & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.* Ostendit, quid proprie Sapientia sit. *Est enim lux vera, qua illuminat hominem venientem in hunc mundum:* qui mundus Deum non cognouit.

Hac luce oculus mentis videt, quod quae fecit Deus, sunt omnia bona valde. Et quod, quae sine ipso facta sunt, mala sunt & mala valde. Et bona omnia facta, idem & in tantum bona sunt, quod ad Factorem referuntur & ordinata sunt: quo ordine sublato, in mala conuertuntur. *Hec omnia sanctis sunt bona* (inquit Sapiens) *impis autem & peccatoribus in mala conuertuntur.* Non malum aurum quo confectus est vitulus in deserto, sed populo malus vitulus cui dicebant: *Hi sunt dii Israel qui e duxerunt te de terra Aegypti.* Non mala arbores, quas plantabant gigantes; non mala domus, quas aedificabant; non mala filiae hominum quoad substantiam, quas sibi accipiebant vxores; non mali cibi, quos comedebant: At haec omnia illis in mala conuersa sunt: quia mali ipsi & impii facti sunt his abutentes. Idem delicti sunt cetera: Idem vitulum Moyses combussit & proiecit in flumem. Haec est ratio, cur Deus haec temporalia quoque tollit & exterminat. Ita & lex praecipiebat, vt si quando habitatores urbis alicuius recessissent a Deo, & seruiret diis alienis, simul omnia destruerentur. *Statim* (inquit) *percuties habitatores illius in ore gladij, & delebis eam, ac omnia, quae in illa sunt usque ad pecora, quidquid etiam suppellectilis fuerit, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo.* Sic vbi cum iumento peccabatur, illud etiam interfici iubebatur. Quis sapiens & intelliget haec? vt non obliuiscatur operum Domini; vt intelligat, quae faciunt homines; vt separet pretiosum a vili; vt sciat reprobare malum & eligere bonum; vt nouerit quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione recipitur. Illud, quod est muscipula pedibus

- Exod. 22. 8.** bus insipientium, quod infirmis est scandalum, quod est mors in olla, abiicienda omnia: nam ne quidem tangere licet aliquid de furto. Inter bona quoque lux antecedit Sapientia, ut ordine congruo diligantur & assumantur. Solam virginem poterat Summus Pontifex uxorem accipere; repudiata Sacerdotibus alijs prohibebatur. *a* Quaedam oblata, licebat offerentibus manducare. *b* Quaedam Sacerdoti tantum. *c* Quaedam vniuersa ignis consumebat. Quaedam mundis tantum. *c* **Leuit. 1.** Quaedam etiam immundis in escam concedebantur. Sapiens decernit, quae licet, quae non licent; quae expediunt, quae non expediunt. Denique erigit animam ad caelestia, ut ea speretis ceteris omnibus summo expectamus studio, summo exoptemus desiderio, labore etiam summo quaramus. Haec est vera Sapientia, cuius initium id est caput & summa est timor Domini, pietas erga Deum, verus cultus, sancta religio, charitas perfecta, perfectaque obedientia. Thesaurus iste replet cordis intima verorum fidelium, perficit mentem, exornat animam; ut omnia quae desiderantur, ipsi non valeant comparari, sed demum etiam diuinae confortes reddit naturae, ut sit plena Spiritu Sancto, ut ad eam Pater & Filius veniant, & apud eam faciat caelestem mansionem. Ergo thesaurus infinitus.
- 6.** Quidquid aliud est, nostra perfectio non est. Temporalia, corporalia sunt: neque nisi cibi aut aer corpus ingrediuntur. Extra nos sunt, videri possunt, audiri possunt, tangi possunt, sed in sanctuarium cordis intrare non possunt. Mittunt intra nos similitudines quasdam, phantasmata, non veram substantiam: si tu cor apponas, contra naturam & ipsorum & tuam facis. Chaos enim magnum firmatum est inter hoc & illa, ut non sibi valeant propinquare neque commisceri. *a* Immundum nolite tangere; *b* fugite fornicationem; *c* separamini a tabernaculis impiorum, dextere de Babylone, et nihil adhuc: *vobis de anathemate*; exteriora omnia ad seruitutem nostram creata sunt, *c* **Deut. 13.** non ad concilianam nostram dilectionem. **17.** Cibus ipse, qui intrat per os, in ventrem

vadit & per fecellum emittitur, & qualis sterco vilissimum & fatens. Hec homo, hanc accipe documentum; quae recipis & non deseruunt, in sterco rediguntur; quidquid appetis, quae quæris, omnia tibi non proficiunt, deficiunt & egeruntur. Paulus de his, quae videbantur vtilia sed non erant illa decernit. *Hac omnia arbitratus sum ut sterco, ut Christum lucrifaciam.* Quid de his vilibus terrenis? luto histeralecuntibus? Si sapiens fueris, dices cum Apostolo: *Hac omnia arbitratus sum ut sterco, ut Christum lucrifaciam.* Quid putas precipiebat Deus, ut ad requisita naturae exirent extra castra? *Dominus enim Deus tuus* *inquit* *ambulat per medium castrorum tuorum. Ne forte derelinquat te.* Si sterco sint apud te, Deus derelinquet te. Si adhaeres mundo: factor mundi recedet a te. Ergo illa omnia sperne, abiice, reice, separa, elonga a te, arbitrare ut sterco; ut Dominus sit in corde tuo: ut Christum lucrifacias; ne ipse elongetur a te. O lucem Sapientiae! o thesaurum pietatis!

Quoniam extinguiibile est lumen illius. *Vbi neque arugo, neque tineae demolitur, ubi fures non effodiunt, nec furantur.* Haec est alia conditio Sapientiae & bonorum eius, quod inamissibile est: qua ad illa acquirenda accendimur. Lumen hoc est in templo, in laterna latens, quod non irruit venti, oleum non deficit vnaquam, etiam si de saxo durissimo profluat, imò quia est de saxo durissimo & infrangibili, ideo non deficit, quoniam videlicet origo illius firma est stabilis & permanens. Lumen ergo perpetuum, neque exterioribus impulsis patens, inextinguiibile est. *Sapientia de iur.* *sum est, descendens à Patre luminum apud quem non est transmutatio neque visus mutatio obumbratio;* ex parte suae originis deficere non potest. *Omnis enim Sapientia à Domino Deo est,* qui non mutatur, ut modo luceat, modo obtenebrascat. Est enim lux, & tenebrae in eo non sunt vlla. Neque flantes venti ad hoc interius bonum, possunt pertingere, ut illius possint extinguere claritatem. Ergo vnde quaque inextinguiibile est lumen illius. Sic thesaurus in se incorruptibilis est, quem neque arugo neque

neque tinea demolitur; neque a quoquam potest exteriori exterminari aut diripi. neque fures effodiunt nec furantur. Quia qui illam colligit in abscondito ponit & in tuto, confortans seras portarum suarum. Ergo iustitia perpetua est, & immortalis: ut dicit Sapiens. Ergo ut dicit Spiritus Sanctus per os David: *Iustitia manet in seculum seculi.* Ratio huius suae permanentiae & immortalitatis est, quia est perfectio partis immortalis, portio superioris animae immortalis, quam penetrat, & fit unum cum illa: & quia mentem coniungit Regi saeculorum immortalis, qui suas illi communicat proprietates, atque adeo permanentiam & immortalitatem: ac denique quia nullum habens illi praevaleans. Confortat enim & confirmat libertatem nostram, ut nisi ipsa sponte cedat, non accedat illi malum. Velit ergo mens, stabile est cor, spiritus promptus, voluntas deliberata, & inextinguibile est lumen illius.

Provi. 18. 18 Superueniat nox tenebrarum & caliginis, non extinguetur in nocte lucerna eius: nam lux eius ut splendor firmamenti: quod non accedunt aëreae potestates. At exteriora bona thesaurus terrestris, & corrumpitur & surripitur. *Omnis gloria eius, quasi flos & i Pet. 1. 1.* sicut iortio iam Sole mox decidit; Et semina omnia auari, animas possidentium rapiunt. *Erugo* argentum & aurum, tinea vestimenta demoliuntur, & utraque furantur fures, effodientes & inuenientes thesauros absconditos in agro, larentes in terra, positos sub petra in perditionem. Si *Eccl. 10. 8.* Regnum est, de gente in gentem transfertur. Si diuitiae, fallacia diuitiarum diuites fallit. Ideo *Iacobus: Agite nunc diuites, plorate in miseris vestris. Diuitiae vestrae putrefactae sunt: aurum & argentum aruginavit.* Si est fructus terrae: *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.* Omnia quae generantur in terra, fugiunt velut umbra. *Terra quidem in aeternum stat; sed generatio praeterit, generatio aduenit; & certum est nihil permanere sub Sole, quin & ipse Sol oritur & occidit, & fit quotidie vespere & mane.* Etcum illis diebus terra semetu: frigus & aestus: aestas & hyems nox & dies non requiescunt. Quomodo ergo tu

dicis: *In pace in id ipsum dormiam, & requiescam?* Vbi nullam requiem habet caro nostra; ibi sensus multa cogitans, diuersa & peruersa machinatur; & somnia ipsa extollunt, perturbant, inquietant insipienter. Ergo *Nolite thesaurizare thesauros in terra, sed in caelo.*

SECVNDA PARS.

Praeceptum Domini, quo iubemur thesaurizare, habet duo, facilitatem & modum, qui consistit in diligendo & querendo. Magna nimirum facilitas est in illo. Tanta huius thesauri pretiositas atque praestantia, iure merito ad eius sanctam concupiscentiam animum nostrum accendit. Sed forte labor & diuina generat, sicut populum coepit tradere iunctis, quamuis ad praemissam terram suspiraret. Verum & hoc nobis tollitur offendiculum a Sapiente, qui duo simul necit, videlicet utilitatem & facilitatem. *Clara* (inquit) est, & quia nunquam marcescit Sapiencia; & facile inuenitur ab his, qui diligunt illam; & videtur ab his, qui querunt illam. Multi patres laborant, ut filij thesaurizent, & plurimum in caelum laborauerunt, manducantes panem doloris: At thesaurus iste ut durans est, & immarcescibilis; ut pretiosus est, & permanens: facilitatem exaggerat pluribus verbis Sapiens: *Praoccupat, qui se concupiscunt; ut illis se prior ostendat.* *Qui de luce vigilauerit ad illam; non laborabit, assident enim illam foribus suis inueniet.* Quoniam dignos se ipsa circuit quarens; & in visu ostendit se illis hilariter, & in omni providentia occurrit illis. Per prosopopoeiam inducit Sapientiam quasi personam, quam alius Sapiens matrem vocat honorificatam. De qua primum dicit, quod facile inuenitur. Secundo, quod ipsa praenit quarens: ut illis se prior ostendat. Tertio, quod assidet foribus, ut exeuntes de domo ad illam querendam mox illam inueniamus. Quarto, quod ipsa nedum assidet foribus nostris, sed circuit quarens dignos se. Quinto, quod si inuenit, ostendet se illis hilariter. Sexto, quod in omni providentia, id est nullum non mouet la-

Nu. 21. 4.

Sap. 6. 13.

Sap. 6. 14.

17.

Eccl. 15. 2.

uetla-

uet lapidem, vt illi occurrat. Quæ omnia ostendunt, quam liberalis sit Deus erga homines, quam promptus illis benefacere, quam diligens atq; industrius. Quod si quid à nobis postulat, non ob aliud est, quam vt locum in nobis faciat donis suis & repleat bonis. Nec alia est difficultas nisi illa, quam nobis ipsi creamus & comparamus. Clara est demonstratio.

- Data lege in deserto, populum accingit ad introitum terræ, ipsi & suis patribus promissæ: sed populus exterritus ab exploratoribus ingredi detrectat, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem pertinaciter resistentes. Inde tempus & iter longum, in quo rebelles omnes interierunt, vt filij eorum demum introirent in requiem ante promissam: Mittò, quod in constitutione mundi, viam parauerat nobis planam, latam, impollutam, id est sine impedimentis, atq; iucundam; à qua homo declinans, se in vepres, in saxa, in denia deduxit atque laboriosa. De nobis loquor, qui ad malum sumus ab ipsa nostra adolescentia proni & inclinati. Estò in nobis ex peccato protoparentis sint exortæ spinæ concupiscentiarum ac tribuli necessitatum, vt nō nisi in sudore vultus nostri pane vescamur, tum corporis tum animæ, vt verè sit panis doloris atque laboris. Tamen *quantum miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum* Onera enim leuia imponit, quasi paruulus suis Iacob, quos in itinere laborare non permittit, ne deficient in via. Si quem laborem imponit, vires illius sustinendi antea impertitur. Languenti & iacenti in lectulo suo iussit: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula*. Sed dedit, quod iussit. Sanitatem contulit, & facultatem surgendi, tollendi, ambulandi.
- Exo. 14. 13.** Si mare obstabat populo egredienti de Ægypto, ipse virga virtutis suæ aperuit mare, qua hostes submersi sunt in aquis multus, ipsi autem securi mare transierunt. Si panis defuit, pluit illis manna ad manducandum, vt neque terram colere, neq; aut ferere aut metere, aut panem ipsum vel con-

ficere vel coquere opus haberent. Sed legem audiamus, vt appareat quam facilis sit via Domini. Facto de decimis præcepto, quæ portarentur & manducarentur in conspectu Domini adiicit. *Cum autem longior fuerit via & locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, tibiq; benedixerit, nec posueris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges, portabis quo manu tua, & proficietis ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; & emes ex eadem pecunia, quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoque & ficeram, & omne quod desiderat anima tua; & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis.* Ex hac lege manifestum est, quod vbi maior difficultas, ibi maior conceditur facilitas. Ista concessio non fit, vbi breuis est via, vbi pauca sunt quæ portantur. Attamen non nullus est labor, hæc quoq; ad templum deserere. Neque tunc licet in alia commutare, sed ea ipsa delata comedenda, quamuis non prorsus grata. At si prolixum sit iter, si onus graue, quia multa sint deserenda, venduntur, pretium portatur, quod facile est, ex eo emitur quicquid placet & desideratur; iucundiora & gratiora possunt comparari; quod per amplificationem expressum, Deus voluit probe cognosci.

Attendè, considera, quidquid tibi plaueverit (inquit) siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoque & ficeram, & omne quod desiderat anima tua. *Quis putasset his declarari facilitatem in mandatis Domini? Quod erat ad pondus, ad leuitatem facit ad iucunditatem.* Si, qui erat languens ad piscinam, languens non fuisset, sed imbecillis modò, egre forsan grabbarum detulisset, sed sic infirmus, vt neq; exoneratus ambulare, neque se mittere posset in piscinam, visitatur à Domino, sanatur, conualidatur, confortatur, vt leuiter pondus asportaret. *Quin totum hominem sanum fecit.* Si totum, vires omnes restituit; & virtus ex infirmitate perfecta est. Si non tanta fuisset multitudo sequentium Dominum in solitudine, non tanta fuisset difficultas subueniendi illi. *Ducento denariorum panes non sufficiunt eis, vt 9.*

11. *unusquisq; modicum quid accipiat*, inquit Philippus. Andreas vero: *Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces; sed hac quid sunt inter tantos?* En magna difficultas. Et ecce maior quoq; facilitas & fecunditas. Comederunt, & impleti sunt; & impleuerunt duodecim Cophinos fragmentorum ex quinque panibus, quæ superferunt. Recordare etiam, quod quando satiavit quatuor millia, tulerunt septem sportas plenas de fragmentis. Vbi enim abundavit inopia, abundavit & copia. Sicut *vbi abundavit delectum, abundavit & gratia*. Mundus in profundum venerat peccatorum, abierat in regionem longinquam, recedens à Deo: tunc Pater misericordia motus est super gentes, quæ erant sicut oves non habentes pastorem, & misit illis pastorem ovium; qui bonus pastor, animam suam pro ovibus posuit. Et nos igitur causamur difficultatem exhibendi Deo obsequium virtutis, & dicimus: *Non possum surgere, & dare tibi*. Sciat ergo plebs vniuersa, quod *mandata eius gratia non sunt; quod omnis eius leue est, quod iugum est suauis*.

30. Rectè ergè Sapiens de Sapiencia: *Facile inuenitur ab his, qui diligunt illam: & videtur ab his, qui quarunt eam*. Duo peruntur à nobis, in quibus stat acquirendi modus, ut illius compotes esse possimus. Dilectio & quæsitio; motus animi diligendo, motus corporis quærendo: qui diligunt illam, qui quærunt eam. Sub nomine thesauri, vtrumque Dominus sub ostendit. Thesaurus diligitur, quia *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*. Thesaurus colligitur *Theaurizate vobis thesauros*. Ideo simile est Regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

9. Hoc primum est, ut diligamus, ut appetamus, ut concupiscentia Sapiencie quasi ignis exardescat in nobis. Hic est ignis missus in terram a Domino, quem accendi vult & ardere. Ignis est de cælo, ut calore cælesti nos inflammet. Et rejicit ignem alienum, qui non de altari sumptus est sed de focus dæmonum, quo inflammavit inimicos eius. Ignis verò cælestis super

Tom. 1. Bellintani.

amicos copiosè descendit, ut baptizaret eos Spiritu Sancto & igni, quo totum incenderent mundum. Ut sicut aquis aliquando perijt mundus ipse, ita nunc igne restitatur. Ignis iste in spinis illas consumens est. Spinas diximus esse concupiscentias, quæ ex carne oriuntur, sicut terra maledicta spinas protulit & tribulos. Ardens quippe virtutis & cælestium amor consumit concupiscentias & spinas. Nō facile singulas spinas aut euellis aut pccidis; non facile singulis concupiscentiis, obsistis aut dominaris, hoc enim est opus immensum propter multitudinem illarum, propter diuersitatem, propter obscuritatē, propter importunitatem, propter interinitatem: ignis deuorans, absumens, propè eradicans aptum remedium est. Concupiscentia Sapiencie ad cælestia conuertens animum, quæ retrò sunt obliuiscens, ad anteriora extendens animum, concupiscentias extenuat, exterminat, earum insurgentes motus inanes reddit, quin & impedit ne surgant & se exerant: caro enim, nisi aduertat cor, inanis est & vacua: Nisi spiritus feratur super aquas, mare non surgit, fluctus eius non concutiunt; & inde facta est tranquillitas magna; ac proinde si cor & caro quoque exultat in Deum viuum, facile itaque inuenitur Sapiencia ab his, qui diligunt illam.

Tota quippe difficultas nos premens prodit ex carnis corruptione, quæ spinas & tribulos germinat motuum atq; passionum peccatorum. Inde sudor vultus pro pane vitæ & intellectus, qui mortificat membra ista peccatorum, viuunt spiritu, Spiritu Dei agitur, Dei gratia liberatur a corpore mortis huius. Sensit Apostolus pugnam hanc, qua gemens dicit: *Sic, quod non habuit in me, hoc est in carne mea, bonum*. Vnde non, *quod volo bonum, hoc facio. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortu huius? Gratia Dei per Iesum Christum*. Dum dicit: *Quod volo bonum, bonam in se profiteretur voluntatem, qua bonum vult, cui caro resistit, in qua bonum non est Assumit igitur personam hominis iusti, in quo corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuunt*

Luc. 3. 16.

Gen. 7. 17.

Gen. 3. 18.

Rom. 7. 18.

24.

Rom. 8. 1K

virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inuenerit.*

1. Cor. 15.
26.

virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inuenerit.*
Esse, esse vanum surgere ante lucem. Tu de luce vigila; mane surgens, diluculo vadens quærere illam, egrediens de domo, illam assidentem foribus tuis inuenies. Quantum terrena despicias, tantum cœlestia inspicias; quantum illa derelinquis, tantum ista consequeris. Non datur medium, nullum est interuallum. *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum. Relinque munus tuum, quod erat in obsequio vxoris, filiorum, diuitiarum mundi & sapientia ostendit se tibi hilariter, & delectabitur in crassitudine anima tua: preoccupat enim; qui se concupiscunt, ut se illis prior ostendat. Num laborauit Adam quærens locum desiderium? num fatigatus ex itinere indiguit requie & cibo recreari? Tulit, tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Nullus labor, nullus dolor. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? Iuste cecit, quem iniecerat misericorditer. Sed nunquid continebit in ira sua misericordias suas: Irasci, cecere, flagellare, alienum est opus ab eo: illi proprium est misereri. O vitiam conuerteremur ad cor! id vitiam dignos per penitentiam nos redderemus, quos iniuideret Sapientia! nam dignos se ipsa circueit quærens. Nihil dimittit intactum, ut sit nobis donet. Et in omni prouidentia occurrit illis: omnia molitur Deus, ut nobis sua dona largitur. Quid est quod debuit ultra facere, & non fecit? Nescit homo vias eius. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ait Apostolus, ut refert sanctus Lucas. Creditum erat illi Euangelium: Ministerium tamen suum honorificabat, ea etiam faciens, ad quæ non erat ex sua dispensatione legatus. Apostolus erat gentium: Verum & optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, pro iis videlicet qui erant ex circuncisione. Poterat ex Euangelio viuere, *Tamen mihi* (inquit) *qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* O Paule! signum & argumentum Diuine prouidentie*

Deut. 14.
21.

virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inuenerit.*
Esse, esse vanum surgere ante lucem. Tu de luce vigila; mane surgens, diluculo vadens quærere illam, egrediens de domo, illam assidentem foribus tuis inuenies. Quantum terrena despicias, tantum cœlestia inspicias; quantum illa derelinquis, tantum ista consequeris. Non datur medium, nullum est interuallum. *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum. Relinque munus tuum, quod erat in obsequio vxoris, filiorum, diuitiarum mundi & sapientia ostendit se tibi hilariter, & delectabitur in crassitudine anima tua: preoccupat enim; qui se concupiscunt, ut se illis prior ostendat. Num laborauit Adam quærens locum desiderium? num fatigatus ex itinere indiguit requie & cibo recreari? Tulit, tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Nullus labor, nullus dolor. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? Iuste cecit, quem iniecerat misericorditer. Sed nunquid continebit in ira sua misericordias suas: Irasci, cecere, flagellare, alienum est opus ab eo: illi proprium est misereri. O vitiam conuerteremur ad cor! id vitiam dignos per penitentiam nos redderemus, quos iniuideret Sapientia! nam dignos se ipsa circueit quærens. Nihil dimittit intactum, ut sit nobis donet. Et in omni prouidentia occurrit illis: omnia molitur Deus, ut nobis sua dona largitur. Quid est quod debuit ultra facere, & non fecit? Nescit homo vias eius. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ait Apostolus, ut refert sanctus Lucas. Creditum erat illi Euangelium: Ministerium tamen suum honorificabat, ea etiam faciens, ad quæ non erat ex sua dispensatione legatus. Apostolus erat gentium: Verum & optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, pro iis videlicet qui erant ex circuncisione. Poterat ex Euangelio viuere, *Tamen mihi* (inquit) *qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* O Paule! signum & argumentum Diuine prouidentie*

Prou. 12.
23.

virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inuenerit.*
Esse, esse vanum surgere ante lucem. Tu de luce vigila; mane surgens, diluculo vadens quærere illam, egrediens de domo, illam assidentem foribus tuis inuenies. Quantum terrena despicias, tantum cœlestia inspicias; quantum illa derelinquis, tantum ista consequeris. Non datur medium, nullum est interuallum. *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum. Relinque munus tuum, quod erat in obsequio vxoris, filiorum, diuitiarum mundi & sapientia ostendit se tibi hilariter, & delectabitur in crassitudine anima tua: preoccupat enim; qui se concupiscunt, ut se illis prior ostendat. Num laborauit Adam quærens locum desiderium? num fatigatus ex itinere indiguit requie & cibo recreari? Tulit, tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Nullus labor, nullus dolor. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? Iuste cecit, quem iniecerat misericorditer. Sed nunquid continebit in ira sua misericordias suas: Irasci, cecere, flagellare, alienum est opus ab eo: illi proprium est misereri. O vitiam conuerteremur ad cor! id vitiam dignos per penitentiam nos redderemus, quos iniuideret Sapientia! nam dignos se ipsa circueit quærens. Nihil dimittit intactum, ut sit nobis donet. Et in omni prouidentia occurrit illis: omnia molitur Deus, ut nobis sua dona largitur. Quid est quod debuit ultra facere, & non fecit? Nescit homo vias eius. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ait Apostolus, ut refert sanctus Lucas. Creditum erat illi Euangelium: Ministerium tamen suum honorificabat, ea etiam faciens, ad quæ non erat ex sua dispensatione legatus. Apostolus erat gentium: Verum & optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, pro iis videlicet qui erant ex circuncisione. Poterat ex Euangelio viuere, *Tamen mihi* (inquit) *qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* O Paule! signum & argumentum Diuine prouidentie*

10.
Cant. 3. 2.

virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inuenerit.*
Esse, esse vanum surgere ante lucem. Tu de luce vigila; mane surgens, diluculo vadens quærere illam, egrediens de domo, illam assidentem foribus tuis inuenies. Quantum terrena despicias, tantum cœlestia inspicias; quantum illa derelinquis, tantum ista consequeris. Non datur medium, nullum est interuallum. *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum. Relinque munus tuum, quod erat in obsequio vxoris, filiorum, diuitiarum mundi & sapientia ostendit se tibi hilariter, & delectabitur in crassitudine anima tua: preoccupat enim; qui se concupiscunt, ut se illis prior ostendat. Num laborauit Adam quærens locum desiderium? num fatigatus ex itinere indiguit requie & cibo recreari? Tulit, tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Nullus labor, nullus dolor. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? Iuste cecit, quem iniecerat misericorditer. Sed nunquid continebit in ira sua misericordias suas: Irasci, cecere, flagellare, alienum est opus ab eo: illi proprium est misereri. O vitiam conuerteremur ad cor! id vitiam dignos per penitentiam nos redderemus, quos iniuideret Sapientia! nam dignos se ipsa circueit quærens. Nihil dimittit intactum, ut sit nobis donet. Et in omni prouidentia occurrit illis: omnia molitur Deus, ut nobis sua dona largitur. Quid est quod debuit ultra facere, & non fecit? Nescit homo vias eius. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ait Apostolus, ut refert sanctus Lucas. Creditum erat illi Euangelium: Ministerium tamen suum honorificabat, ea etiam faciens, ad quæ non erat ex sua dispensatione legatus. Apostolus erat gentium: Verum & optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, pro iis videlicet qui erant ex circuncisione. Poterat ex Euangelio viuere, *Tamen mihi* (inquit) *qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* O Paule! signum & argumentum Diuine prouidentie*

Prou. 16.
21.

virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inuenerit.*
Esse, esse vanum surgere ante lucem. Tu de luce vigila; mane surgens, diluculo vadens quærere illam, egrediens de domo, illam assidentem foribus tuis inuenies. Quantum terrena despicias, tantum cœlestia inspicias; quantum illa derelinquis, tantum ista consequeris. Non datur medium, nullum est interuallum. *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum. Relinque munus tuum, quod erat in obsequio vxoris, filiorum, diuitiarum mundi & sapientia ostendit se tibi hilariter, & delectabitur in crassitudine anima tua: preoccupat enim; qui se concupiscunt, ut se illis prior ostendat. Num laborauit Adam quærens locum desiderium? num fatigatus ex itinere indiguit requie & cibo recreari? Tulit, tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Nullus labor, nullus dolor. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? Iuste cecit, quem iniecerat misericorditer. Sed nunquid continebit in ira sua misericordias suas: Irasci, cecere, flagellare, alienum est opus ab eo: illi proprium est misereri. O vitiam conuerteremur ad cor! id vitiam dignos per penitentiam nos redderemus, quos iniuideret Sapientia! nam dignos se ipsa circueit quærens. Nihil dimittit intactum, ut sit nobis donet. Et in omni prouidentia occurrit illis: omnia molitur Deus, ut nobis sua dona largitur. Quid est quod debuit ultra facere, & non fecit? Nescit homo vias eius. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ait Apostolus, ut refert sanctus Lucas. Creditum erat illi Euangelium: Ministerium tamen suum honorificabat, ea etiam faciens, ad quæ non erat ex sua dispensatione legatus. Apostolus erat gentium: Verum & optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, pro iis videlicet qui erant ex circuncisione. Poterat ex Euangelio viuere, *Tamen mihi* (inquit) *qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* O Paule! signum & argumentum Diuine prouidentie*

1. ad. 37

providentia. In omni providentia occur-
ret illis: cui timorem, timorem; cui amo-
rem, amorem; cui minas, minas; cui pro-
missa, promissa; cui virgam, virgam; cui
spiritum lenitatis, spiritum lenitatis. No-
uit Dominus figmentum nostrum, intue-
tur cor, pertingens vsq; ad interiora vela-
minis, scit omnia quae sciunt homines, o-
culi eius lucidiores sunt sole. Scit omnia,
quibus indigemus, quae vitia, quae com-
modiora; & occurrit nobis in omni provi-
dentia. Heu ergo cur amantē despiciamus?
cur quarentem contemnimus? cur anhe-
lantem illudimus? cur fugimus insequen-
tem? *Quaerit* cum dolore, inuentam cum
labore portat quem in humeros suos, gau-
dens non viget eam ante se; non virga cad-
dit; non pede impellit; non obiurgatione
confundit; non indignans proicit intra
gregem aut interficit, vt comedat, ne rursus
erret; bonus pastor animam suam posuit
pro ouibus suis, & factus est pastoratus
eius super humerum eius. Tantum ergo
bonum, quod tam facile comparatur, no-
bis thesaurizemus, secundum diuitias gra-
tiae eius, quae superabundauit in nobis, vt
in aeternum viuat anima nostra. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

*Theaurizatio ista a nobis a Christo suade-
tur. Modus theaurizandi assignatur.
Additur ratio, quare hunc modum
obseruare debeamus. In Morali, inue-
ctio contra auaros, qui thesaurizare
in caelis suadentur.*

CVM haec duo nobis data sint à
conditionis nostrae principio,
Lumen & Desiderium; lumen
veri scilicet, & desiderium bo-
ni: Quibus duobus quasi pe-
dibus viam vitae perambulemus, vtilius ni-
hil nobis potest contingere, quam vt haec
nobis in corrupta sint atq; perfecta. Contra

verò noxium nihil magis, quam corrupta
illa esse atque obliqua. Quod malū tum est
maximum, quando errantes putamus vir-
tute pollere atq; sapientiā. Quapropter di-
cit Salomon: *Vidisti hominem sapientē sibi* *Prou. 26*
videri? magis illo spem habebit insipiens *Er. 12.*
rans, qui se errare vel nouit vel timet ad-
minus, aut dubitat, nō proflus lucis ac ve-
ritatis expers est. At qui errorē suū laudat
veluti opus sapientis, hic desperata languet
infirmirate. Nam si insipiens ita sit vt non
se sapientem arbitretur, iam spes est aliqua
quod ad lumen redeat. Error ille tum ma-
ximē perniciosus est, quando circa prima
versatur & optima; & quae meritō maximi
à sapientibus fiunt. Paulus Apostolus scri-
bens Corinthijs, *Scitu gratiā Domini no-* *2. Cor. 8. 9.*
stri Iesu Christi, quoniam propter vos genus
factus est cum esset diues, vt illius inopia vos
diuites essetis: Ostendit veras diuitias re-
bus omnibus praefertī, quando Dominus
Iesus ad hoc venit in mundum, vt suis nos
ditaret diuitus repleretq; thesauris, quod
vt perficeret, se vacuum bonis omnibus
huius mundi proflus constituit, egenus
factus cum esset diues. Sicut enim semet-
ipsum exinaniuit veluti scriptum vacans,
non aliter se bonis suis omnibus expolia-
uit, vt cum omnibus bonis suis noster es-
set. Error itaque circa diuitias, quae tanti
sunt & fiunt, pessimus iuxta est & pernicio-
sus. Quem vt a nobis excludat Christus
Dominus, hodie sic hortatur & iubet. *No-*
lite thesaurizare vobis thesauros in terra,
vbi arugo & tinea demolitur. Thesaurizare
autem vobis thesauros in caelo.

Vbi tria facit. Primum est, quod non
modo thesaurizare non verat, sed hortatur
magis aut iubet. Secundum, est modus, se-
cundū quem nos docet thesaurizare. Ter-
tium, est ratio, quare eiusmodi sit a nobis
obseruandus modus. Hortatio in illis ver-
bis apparet: *Nolite thesaurizare. Thesauri-*
zate autem vobis thesauros. Modus in illis:
In terra, in caelo. Ratio autem in illis *Vbi a-*
rugio & tinea demolitur, & fures effodiunt &
furantur. Et, *vbi neq; arugo neq; tinea demo-*
litur, neq; fures effodiunt, neq; furantur. Quā
rationem consequitur alia principalis. *Vbi*
est enim thesaurus tuus, ibi est & corrumpit.

Quæ ratio addita, potest & ad thesaurum ipsum referri, & ad modum quo ille cogendus sit, sicut mox videbimus.

2 Circa primum, quod thesaurizandum sit ex verbis Domini, inde trahitur, quod *vbi est thesaurus, ibi est et cor.* Cor verò alicubi esse, est rem illam amare; vbi esse dicitur, amore tamen non vulgari sed admodum vehementi, qui quidem animum secum portet in rem amatam, & propterea totum hominem. Quæ res sic supremè amata, thesaurus merito dicitur, quando quidem in illa, maximum suū homo bonū constituit atq; in illa requiescit. Naturale verò est homini, summum bonum suum maximè diligere. In quo etiam a Diuina gratia summi operè adiuuatur. Si autem opera nostra sit necessaria, vt thesaurum istum congregemus bonumque istud maximum consequamur; nulli dubiū, quod quemadmodum in nobis illius desiderium accendit tum natura tum gratia, modo eodem & a natura prouocamur & a gratia ad opus thesaurizandi. Et docet experientia quam quisq; naturali instinctu diuitiarum fit auarus, & quam vehementer incendat gratia ad diuitias gratia nobis comparandas.

Duas ex verbis Apostoli rationes ad hoc probandum haurimus. Altera est, quod Christus diues est. Altera, quod negotium magnum subiit, vt & nos diuites esse mus. De prima dixit: *Cum esset diues.* De secunda: *Pro nobis factus est pauper, vt illius inopia nos diuites esse mus.* Ratio profectò & euidentis est & efficax, quæ ad thesaurizandum vigeat, quod Christus ipse, cui nos quantum possumus conuenit conformari, diues sit, locuples, bonis omnibus plenus: Et quod ista sit eius perfectio singularissima: Perfectus enim est, cui nihil deest: nam vbi defectus est, ille perfectus non est. Sic itaq; diues est Christus, quod in eo omnis boni ipsiusque diuinitatis plenitudo habitat excellenter. Quis ergo ad hanc diuitiarum abundantiam aspirare non studeat? Quis non plenus esse desideret, quando ab eo, cuius est perfectissima bonorum omnium plenitudo, deriuamus oportet? Cherubim, super quos sedebat

Deus, erant ex auro purissimo; vt intelligeres Deo nihil ultra posse perfectionis accedere. Si aurea sedes eius est, qui sedens & quietus fruatur omni bono, quod per aurum inter metalla eminentissimum designatur: Nunquid, qui approximare Deo volunt, non illam summam plenitudinem ac perfectionem debent desiderare?

Arca propterea scabellum pedum erat sedentis super Cherubim. Arca locus est, vbi bonum aliquod recondendum est: hoc enim arca proprium est munus, vt sit locus vbi custodienda reponantur. Vnde & in arca ista quædam sunt reposita, quæ erant in posterum conseruanda. Erat autem lignea; vt ea sciamus non esse perfectæ, quæ Deo subduntur; non esse perfecte pretiosam creaturam, sed capere posse quod perfectum est atq; pretiosum; atque propterea fabricatam esse. Inaurata verò erat, vt intelligamus non vilem arcam esse, non ignobile lignum, ad quauis recipienda atque custodienda destinatum, sed ad pretiosa quæq; ad excellentia, ad sublimia atq; perfectæ, ne pretiosior esset locus quam locatum. Plus æstimatur Dominus domus, quæ domus ipsa; plus Deus, quam domus Dei; plus Sanctus Deus, quam Sanctuarium eius; plus homo, quam mundus; plus anima, quam corpus; plus cælestes ciues, quam cæli celorum. Hinc & vna, vbi erat manna absconditò, aurea erat; nam aurum de terra est, manna de celo. Quicumq; ergo ad arcam pertinebat, ac Deo coniuncta erat, quantum in terra licet, quæ terra scabellum pedum Dei est, ad perfectionem feramur, plenitudinem exoptemus, & pro viribus nostris aspiremus ad summum bonum; vt Deo, qui solus est verè diues, non loco duntaxat sed reali similitudine appropinquemus.

Id autem (vt secundam rationem expendamus) à nobis Deus prærendit. Vasa constituit in quibus thesauros suos reconderet. *Habemus* (inquit Apostolus) *thesaurum istum in vasis fictilibus*; vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Nos vasa sumus lutea, qui secundum spiritum luteas domos habitamus. Nunquid ex luteo thesau-

thesaurus conflat? Sublimitas atq; ideò pretiositas huius thesauri, non ex nobis est sed ex virtute Dei; qui vt nos bonis suis implet, finxit corda & corpora nostra, vasa nos fictilia fabricauit. Arcam locauit sub pedibus suis, non solidum, quid ac in se plenum, vt lapidem, vt lignum, vt metallum, sed quid vacuum & ad recipiendū capax. Sic docens nos esse vasa apta ad influxum bonorum, non ex nobis proficiscientium sed aliunde. Neq; hoc solum fecit, alioqui essemus vasa vacua: Sed replet quoque, si per nos non stet. Paret mulier vasa vacua non pauca, offerat illa filius, & oleo lætitiæ illa replebit diuina potentia atq; clementia. Non prius stat oleum definens fluere, quam cessent vasa. Id quod eleganter Scriptura significauit dicens: Cumque plena fuissent vasa, dixit mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Ecce ad vasorum defectus, sistit oleum. Christus ergò, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, vt similes ei simus, nos vult de plenitudine eius accipere. Atq; ita vult, vt cum esset diues, pro nobis factus pauper, vt illius inopia nos diuites essemus. Debent quidē parentes filius thesaurizare: vt ait Apostolus; sed quis vnquam pater tanto negotio tantāq; abundantia filius thesaurizauit, vt Christus? Cum esset diues, factus est pro nobis pauper, non rapinam arbitratus est facere, non furtum, non fraudem, non aliunde colligit thesaurum, quo nos ditauit, ex visceribus suis haustit illum, venalem habuit animam, vt de illius pretio ager emeretur in subuentionem peregrinorum: vberes fructus attulit ager iste; vnde collectus est thesaurus absconditus, quo thesauro abscondito in agro diuites facti sumus in ipso. De Achab impio illo Rege scriptum est: *Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini* An non multò verius dicere nos possumus. Igitur non fuit alter talis, sicut Christus, qui venundatus est, vt pateretur malum in conspectu Altissimi, & in conspectu filiorum hominum? Num plus potuit in Rege illo Peccatum, vt venundatus esset

sub peccato, seruus peccati, ad obediendum peccato, quam in Christo Charitas, vt sub illa venundatus esset, captiuus, ligatus, ad operiendum magnitudinem dolorum suorum, multitudinem peccatorum nostrorum?

De avaro scribit Sapiens: *Hic enim & Eccl. 10. 10 animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua.* Sed quis tam auri cupidus vnquam fuit, quam Christus salutis nostræ? Auarus & corpus impendit & animam pro pecunia, se laboribus exponens, periculis, incommòdis, vt perinde se habeat, ac si animam iam efflaret, viscera proiiceret; vt verè fecit Iudas, omnium auarorum princeps, qui crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius. At Christus num verè non dedit semetipsum pro nobis? Non dedit dilectam animam suam in manus inimicorum suorum? Non dedit de carnibus suis, quā totam carnem suam & totum sanguinem suum, vt ex illis saturarentur, qui famem patiebantur vt canes? de quibus in Psalmo ipse conqueritur: *Circumdederunt me canes multi.* Etiam in vita sua non proiecit intima sua, propter nimiam charitatem suam, quā nos dilexit, quam ostendit nobis, quasi esset in manibus eius, & diceret ipse: *Anima mea in manibus meū. Videte manus meas; palpate & videte: Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?* Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei. Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua? Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum. Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua?

Viuens, viuēs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum.

Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quantum licuit, expoliavit, sic se exmanuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopia nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factus est

Eccl. 10. 10

Ab. 1. 18.

Gal. 6. 4.

Psal. 21. 17.

Eph. 2. 4.

Psal. 118.

119.

Luc. 24. 39

Thren. 1. 12

Psal. 68. 10

Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium stecum, miseri ordie viscera, & intimum diligentis cordis affectum?

Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his qua feci intelligite, qua sunt abundantia cordis mei.

It pau er; vt e sent plena horrea nostra; vt haberemus multa bona reposita in annos pluri nes vt nunquam deficeremus omni bono. Quid pusilliano animo, estis misera forte ac paupere vita contenti, in terra quies-

Num. 13. 31 centes, qua donorat habitatores suos? *A. Ti. 6. 20.*

scēdamus ad terram lacte & melle manātem; vbi auri est plurimū, vbi fruamur bonis, quæ sunt & quæ ventura sunt. Nō sint filij huius sæculi filij lucis prudentiores, auidiores, sollicitiores. Non sit cupiditas, quæ radix omnium malorum est, cupiditate ardentior, quæ bonoū omnium mater est. Define esse auri thesauri falsi, vt

Pro. 8. 8. verum thesaurum congregetis. *Nam qui conuertat diuitias vsurus & fenore liberali; in pauperes congregat eas.* Nō mansuræ sunt diuitiæ male paratæ. Nō tibi congreges illas, quia ad manus tandem deuenient hominis liberalis, qui disperget & dabit pauperibus. Natura enim diuitiarum conditio fluentis est aquæ, quæ locū mutat continuè. Ergo veras diuitias atque permanentes amemus & congregemus, vt mox instruemur.

SECUNDA PARS.

MODVS colligendi thesaurum, qui multa complectitur, in colligenda re illa totus restringitur, quæ pro thesauro nobis congregando proponitur. Quæ res, vbi & quæ sit, hac vna proprietate sua manifestatur, quæ proprietate in primis a thesaurizante spectatur. Quod ita declaramus. Intentio thesaurizantis, præsens non respicit sed futurum, cogitans videlicet de crastino, & in multos prospiciens annos, vt omnibus diebus vitæ suæ utque filiorum vel nepotum quoque, quæ necessaria sunt, quæ commoda, quæ utilia, semper suppeditentur. Ac propterea in thesaurizando hæc duo maxime attenduntur, videlicet vt sufficientes abundantisque diuitiæ vna cogantur, & loco securo conseruentur: Vtrumque ad sufficientem pro futuro tempore provisionem videntur requiri. Ergo præcipua quæ in thesauro desideratur proprietate est, vt duret in longum tempus, ne tempore necessitatis deficiat

quæ proprietate si deficiat, frustra thesaurizatur. Hanc considerat Christus, & thesaurizare vetans, & thesaurizare præcipiens: vetans, si fiat sine hac proprietate: iubens, si cum illa fiat. Nam proprie thesaurizare, non est corruptibilia & defecibilia congregare, quæ in necessitatibus hisque veris & maximis non præstō sint: sed permanentia iuuantia semper, & in omni opportunitate subuenientia colligere. Hoc est verè thesaurizare, quod ideo Christus iubet, vetans oppositum.

Quia verò locus maxime obseruatur in condendis thesauris, qui plurimum debet esse occultus, vt sit tutus; adeo vt loca occulta thesauri dicantur, sicut in Psalmo. *Ps. 134. 7.* Qui educit ventos de thesauris suis. Propterea a locorum conditione Dominus verum falsumque thesaurum designauit, id est indeficientem & deficientem, dicens. *Nolite thesaurizare in terra. Thesaurizate autem in caelo.* Quibus in locis ipsa indeficientia vel ad est vel abest. Ad est in terra, vbi arugo & rinea demolitur, & vbi fures infodunt & furantur. Neque propterea solū specialis designatur locus, vbi sit thesaurus reponendus, verum etiam vnde sumendus. Terra quippe, eò quod corruptibilis sit, nihil potest incorruptibile vel seruare vel dare: & ideo thesaurus tum illi commendatus tum ab ea cōcreditus, corruptibilis sit necesse est. At e contra cœlum eò quod incorruptibile sit, corruptionem non admittit intra se, vt quæ illis sunt ab eo sicut data siue accepta, prorsus corrupti non possint aut vlla ratione deficere. Mannam plures dies seruata in domibus Hebræorum, vermibus scaturiebat; locata in arca Domini, erat incorruptibilis. Sic habetur ratio, quam obrem modus iste thesaurizandi ostensus sit, nempe in caelo, non autem in terra. Quæ ratio est, quæ valde est, rei quæ in qua modus iste seruandus est impense appositus. Et enim in principio creans Deus cœlum & terram, scire nos voluit, creata omnia tempore siue successione mensurari, vt quanta in hac dimensione sint, fiat ex hac mensura manifestum; secundum quam eorum quantitatem æstimantur vel minoris vel plus. Propte-

Gen. 1. Propterea in principio temporis, quod primos sex dies continet, creavit omnia, ut sic ea tempore ostenderet mensurari; ut sicut corruptibilia esse omnia, quae ante tempus non erant, ita pretiosiora viderentur, quae diutius in esse perfecto permanerent. Vnde ut magni aestimetur sapientia, dicitur, quod longitudo dierum in dextera eius est: ut, quam vilis sit vita praesens, dignoscatur, vapor esse dicitur ad modicum patens. Ergo quae duos dies manet, duplum plus valet, quam si vno tantum die permaneret; cuius valor semper crescit, quantum sua duratio crescit. Ergo quae sine fine manet, in infinitum illa excedit, quae finiunt aliquando. Hoc quotidie docet humanus conuictus, ubi maius exigitur rei locatae pretium, quo ad productus tempus fuerit locata; temporis enim non parua consideratio est atque aestimatio. Ex quo apparet, sicut prudentia in caelo thesaurizantium, non secus in terra thesaurizantium imprudentia. Hac ratione populus ad obseruandam legem excitabatur, dicente Moysse. *Testes inuoco hodie caelum & terram, cito perituros vos esse de terra, quam transiit Iordane possessurus estis; non habitabit in ea longo tempore.* Vnde & propter eorum perfidiam, ubi post tres menses ab exitu de Aegypto, in promissionis terram ingressuri erant, dilata est commoratio in deserto in annos quadraginta, ita ut & commoda citius perderent, & incommoda diutius sustinerent. Et quid ultra dicendum est, quando impiis deputatur supplicium aeternum, iustus autem vita aeterna? Magna itaque ratio modi huius thesaurizandi nobis proponitur a Domino ostendete, vel longam atque aede aeternam veri thesauri durationem, & e contrario falsi breuissimam extensionem atque aede nullam.

7. Quis sapiens & custodierit haec? At quisquisque est inter fideles, qui non studeat auaritia: Qui omnem sollicitudinem non inferat in fallacibus diuitiis congregandis? In his coaceruandis, quae vix acquirita perduntur? Temporalia ista diu non valent consistere. Si male diuitias paratis, in poenam tuae iniquitatis tibi subtra-

huntur; si bene paratae fuerint, non eas, qui bene acquisiuit aut possidet, sibi retinebit auarè. Nunquid non audistis? Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Si iniustus, eas perdit iniustus; si iustus, eas volens dissipat. Qui auarè congregat, qui retinet auarè, qui in illis acquiescit, in ipsis ponens cor suum, iste eatenus iniustus est, eatenus derelinquit eas & iniustus & irascens. Certa est sententia illa: *Diuitias, quas deuorauit, euomet.* An diues qui epulabatur quotidie splendide, aliquid secum tulit vel guram aquae, quae cruciatus in flammis refrigerarentur? Nedum de cibo eius aliquid non remansit ad refocillandum pauperem ac mendicum; sed neque illi dabatur de micis, quae cadebant de mensa domus illius. Quid ergo? Ecce Sopherameus Iob: *Non remansit de cibo eius.* Et propterea nihil permanebit de bonis eius. Communis est omnibus auaris ista sententia, propterea quod quilibet nudus egressus est de utero matris suae, & illuc nudus pariter reuertetur: quod reuersus auarus, nihil inueniet in manibus suis; nihil in manibus pauperum, qui nihil ab eo dum viuerent acceperunt; nihil in manibus Dei ad retribuendum sibi; quoniam quamdiu pauperibus non fecit, sed nec Christo fecit Creatori suo. Atramen quam saepe transeunt diuitiae ex hoc in hoc? quanta mutatio in vniuerso? Quid labilius atque fugacius bonis his temporalibus? Aquae fluminum quod affluunt magis, magis fluunt: velocius transit fluuius, quod plus in aquas plurimas abundauit.

In Iordane quae ad Deum recedebant Aream relinquentes, illae aquae in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt quocumque deficerent: superiores verò, quae ad Aream accedebant, descenderunt in locum vnum, & ad instar montis intumescerent apparuerunt procul. Sic est profectò: Diuitiae, quae Deo non offeruntur, quae ventri deseruiunt, quae in vanitates & iniquitates expenduntur, quae in perditionem absconduntur, istae descendent in mare mortuum. Ibi que submerguntur, ut non appareant ultra; euanescent ad ni-

Pro. 23. B.

Iob. 20. 17. Luc. 16. 19.

Iob. 20. 27. Iob. 1. 21.

Mat. 25. 45.

Ios. 3. 16.

1ac. 5. 3.

ad nihilum rediguntur, ad mortem proficiunt & ultionem. *Theſauriſtaſtu enim* (inquit Iacobus) *vobis iram in nouiſſimis diebus.* Interim tamen alieus ſiccatur, diuitiæ putrefiunt, & animam eſurientem derelinquunt. At que Dei Arcæ appropinquant, vt ex his nihil fiat aliud quam volũtas Dei, iſtæ ſubſiſtunt in loco vno, non ſic præterfluunt ab hoc ad illum locum, augeſcunt, eleuantur vt appareant.

8 Sed ſtultitia hominum eos vrget, vt non propterea ceſſent à diuitiis coaceruandis, quòd ſæpè illos derelinquant; quin magis hinc argumētum ſumunt illas auidius exquirendi, quò plus diuitiæ fugiunt, eas magis ac magis cupidi perſequuntur, ſiciterantes atq; continuantes ſtultitias ſuas; in quos benè quadrat Prouerbiũ illud:

Pro. 26. 11. Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum ſuũ: ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam. Stultè egifti, quòd vt ditareris laboraſti: iam experimēto didiſti, quam ſtultè egeris confidens in nihilo, in vanitate, in iniquitate, neque propter hoc ſtultitiam dereliquiſti, ſed ad eum vt canis ad vomitum ſuum accedis iterum. Dictum eſt ex

Iob. 20. 15. libro Iob! Diuitias, quas deuorauit, euomet. Si ad eas poſtquam illas euomit, iterum cupidè rapitur homo, non eſt æquè ac canis reuertens ad vomitum ſuum. O rem horroſis & abominationis plenam, quam tamen frequentant filij huius ſæculi, qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

Rom. 1. 12. Sapientes ergò monet Chriſtus: N licet theſaurizare vobis in terra, vbi arugo & tineæ demolitur, & vbi ſures ſſodiunt & furantur. Quod eſt dicere, vt ait ſapientis. *Noli*

Et 5. 10. anxius eſſe in diuitiis inuolu: Non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Id eſt, ne animum adicias ad diuitias, acquirendas, quæ verè ſunt mammona iniquitatis, theſauri impietatis propter iniquitatem ex qua oriuntur; & quæ oritur ab illis, eaſdemque plurimum comitantur. Cur verò anxietatem hanc pellere debeamus, docet inquitens: *Non enim proderunt*

Et 5. 10. tibi in die obductionis & vindictæ. Obductio hic ex Græco intelligitur omne malum, cui inferitur. Fortè quia nebula inſtarmenſura obnubilat. Non ergò diuitiæ in

die mala liberabunt, non quòd malum quodeunque tibi contigerit, ex illo eripiant. Quoniam non ſtant, ſed fugiunt & derelinquunt.

Theſaurizemus itaque in cœlis, faciamus nobis theſaurum non deficientem in cœlis, quòd ſur no appropriat, neque tineæ corrumpit. Bona permanentia congregemus. Sicut enim peccatores theſaurizant ſibi iram; itaque gratiam & gloriam dabit Dominus iis, qui cœleſtia meditantur, quorum iuſtitia manet in ſæculum ſeculi: Qui ſibi Sacerdotium rapere atque uſurpare voluerunt, ne ab eo ſolummodo reſpuſi ſunt, verum etiam miſerè perierunt. Qui verò à Deo aſſumptus eſt Aaron, in illo confirmatus eſt, vt eſſet illi & ſemini eius Sacordotij dignitas in æternum. Diuitias mundi, quas communes fecit Deus, ne velis uſurpare, ne tu pariter percas. Ad illas aſpira, ad quas te vocat Dominus: ad virtutes, ad ſancitatem, ad meritum, ad diuitias gratiæ eius, quibus fit homo diues in fide, in virtute, in omni verbo, & omni ſcientia; vt ait Apoſtolus.

Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum. Nihil à nobis poteſt excellentius proficiſci, quam amor; hic tantus eſt tantæque virtutis, vt dicere debeamus: *Amor meus, pondus meum. Ed feror, quocunq; feror* Ponderi aſſimulatur amor, quod rem grauem portat ad ima atque trahit. Amor pondus eſt, non ad ima deferens modo, ſed quaqua verſum; imò ad ſublimia potius nos eleuat. Ergò vbi amor eſt, ibi homo eſt. Et quis eſt, qui velit in luto magis eſſe, quam in luce? domos luteas habitare, quam domum non manufactam & æternam in cœlis? Veteres etiam ſancti, dicebant morituri, ſe deſcendere ad inferos: At ſancti noſtri vident cœlum apertum: *Mecum eris in paradiso.* Rationem taceo, quòd verè ad inferora loca deſcenderent nondum apertis cœlis: Hoc nunc dico: illis promittebantur temporalia, nobis æterna. Temporalia ſunt inferiores partes terre, vel tota ipſa terra ceteris creatis omnibus inferior. Cœlum autem ſuſum, vbi eſt promiſſio Dei, vbi eſt ſanctorum etiam nunc cõuerſatio. Si theſaurum

nostrum terrena computamus, descendimus ad inferos; si caelestia, & quæ sursum sunt querimus, iam amor noster nos erigit ad sublimia, facit nos non iam hospites & aduenas, sed ciues sanctorum & domesticos Dei; vt simus in domo Dei, stantes in conspectu eius. Num oculos quisque libenter ad faculenta conuertit atque factentia? & cor tu, & mentem, & oculum quo Deus videri potest, & vilia ista despectes, ad turpia, ad horribilia? & tenebras amabis magis, quam lucem? Thesaurizemus itaque in caelis, vt ibi existente corde nostro, ex quo vita procedit, viuamus in æternum. Amen.

M O R A L E.

9 **R**es ista tam per se clara atque euidentis est, vt de illa superuacanea videatur esse monitio aut hortatio. Sed ò vtinam etiam monitione audirent homines, hortationi obtemperarent. Docet Salomon: *Pr. 26. 10* *Iudicium determinat causas, & quod imponit stulto silentium, iras mitigat.* Dum causa agitatur, manet quaestio, quæ pars rationi adhaereat atque iustitiæ; lata sententia & per eam iam cognita veritate dubium soluitur, quaestio quiescit. Ità iudicium partibus altercantibus silentium imponens quietem creat, quo modo, & qui stulto interdicit ne loquatur, iras mitigat, quæ ex hominum altercatione suscitantur & accenduntur: qui non ratione ducti, sed ignorantia & libidine mentum exaccantibus mouentur, agitantur & exardescunt. O vtinam iudicium causas terminaret. O vtinam silentium iras mitigaret, ò vtinam ratio vanitates excluderet, iniquitates exterminaret. Iam lata sententia est; iam factum iudicium. Quòd non sit in terra thesaurizandum sed in caelo, alioqui frustra laboratur in thesaurizando. Quid stulti faciunt, quid loquuntur? manibus loquuntur, operibus clamant, sceleribus vocem suam vsque ad caelorum exaltant sublimia. An non clamor Sodomorum, qui ad Deum ascendit, erat eorum summa scelerum? cumulus facinorum? nefandorum peccatorum plenitudo? Ecce vox Domini

Tom. I. Bellinsani.

ad Abraham: *Clamor Sodomorum & Gommorra multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Descendam & videbo, vtrum elaiorem qui venit ad me, opere compleuerint. Vides per clamorem & peccatum idem intelligi: clamor multiplicatur, peccatum aggrauatur. Hoc vt sciret Deus & videret, num audiuit quemquam loquentem? an non potius eorum scelera, quasi in Angelis Deum representantibus expertus est? Vtrum (inquit) opere compleuerint clamorem. Quapropter silentium stulto imponere, est illum compescere ne inique agat. Qui clamor magis multiplicatus? Quod opus atque peccatum magis commune, quam illud, de quo Salomon ait. *Pecunia obediunt omnia?* hic est clamor; hæc est vox; hoc tonitru potius quam sonus, quòd omnes auaritiæ student, argentum thesaurizant & aurum, in quo cõfidunt homines. En diuina Sapiëntia, cuius thronus est in columna nubis, vt sedens super thronum iudicij sui iudicet omnem terram & omnes habitantes in ea, & silentium imponat stultorum numero qui infinitus est, ferens sententiam & dicens. *No. Luc. 12. 15.* *lite thesaurizare vobis in terra; Cauete ab omni auaritia.* Sed heu Deus iste iudicij descendit aliquando, vt videret, si clamor iste completus esset, si verum esset, quòd à maiori vsque ad minorem omnes auaritiæ student, si à Sacerdote vsque ad Prophetam cuncti faciunt dolum. Et quid euenit illi? Angelos appetierunt Sodomite à maiore vsque ad minorem; sic enim scriptum est: *Gen. 19. 4.* *Viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsque ad senem, omnis populus simul, uocaueruntque Loth, & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoscamus eos.* Hoc conati sunt, sed percussi cæcitate in vanum laborauerunt, neque aditum ad nefanda atque sacrilega eorum facinora inuenerunt. Heu Domine, Sapiëntia Dei Patris, Iudex ab eo omnium constitutus, non satis audisti clamorem hunc multiplicatum & aggrauatum nimis peccatum auaritiæ? Num & descendere vis vt videas, si clamorem hunc opere compleuerint?

Vidisti, sensisti, experientia didicisti, En

T t opus

opus auaritiæ. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? En dolus sanctus à Sacerdote vsq; ad Prophetam: ab Episcopo, cuius postea Episcoporum alter accepit, à Iuda, à Principibus Sacerdotum vsq; ad Scribas & legis Doctores. Percussi quidem sunt cæcitate, sed tamen manus iniecerunt in Iesum, ligauerunt eum, duxerunt, traxerunt, ac morti adiudicauerunt ac tradiderunt. Angeli erant illi in Sodomis. Homo tu es in Ierosolymis. Spiritus carnem & ossa non habent, quibus teneri possent, sicut eum videmus habere, qui propterea funib. ligatus est clavis crucifixus. Quid putamus, quod vox Domini ad hos Princeps & ad hunc populum Iudeorum facta est per Isaiam ad hunc modum? *Audite Principes Sodomorum & percipite auribus populus Gomorraha?* Quia iustificata est ab eis Sodoma, quia si appenderentur in statera iniquitates Sodomorum & Ierosolymorum, quasi arena maris hæc grauior appareret. Dicit Moyses in cantico: De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorraha; Propter aliquam similitudinem iniquitatum & cupiditatum. Certum est tamen, quod horum iniquitas maior est illa. Et propterea terra Sodomorum in die iudicij remissius erit quam illi ciuitati, in qua Dominus eorum crucifixus est. Videtis nunc factum iudicium? Iam sententiam? determinatam causam? sed adhuc tamen stulto nõ est impositum silentium, clamor adhuc auarorum ascendit in aures Domini Sabaoth, intentis hominibus ad congregandum sibi auaritiæ malam, quæ nihil illis proderit, quia verus est cantus ille. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Abundantes paupertate, diuites in felle amaritudinis, onerati peccatis, & thesauro pleni indignationis Altissimi.

Eia ergo clamor iste quemadmodum ascendit in aures Domini Sabaoth, ita quoque repleat auditum nostrum, vt discamus à Villico iniquitatis. Cur hæc communis omnium pronitas ad thesaurizandum, nostrum quoque cor non inclinatur? Cur flamma totum incendens Orbem, interiora quoque nostra non inflamat? Si

filii huius sæculi ad sunt sæcularia desideria, quare filios lucis non adurunt desideria lucis? veritatis cupido? amores veri thesauri, qui nunquam deficiet? Desiderium impiorum quid est? vanitas, mendacium, honor, potestas, atque iubilatio, bonum huc & bonum illuc, ferax fundus, Domus fegia, pecunia copiosa, splendendum conuiuium, gloria magnificentia. At vero desiderium iustorum omne bonum est. Non hoc aut illud bonum, omne bonum est. Infinitus thesaurus, innumerabilis honestas; desiderium, quod complebitur. Quoniam desiderium suum iustus dabitur. Heu quare non huiusmodi est desiderium nostrum? Voluit Deus in templo illo suo materiali thesauros reponi materiales. Sic enim scriptum est: *Perfecit omnes opus, quod faciebat Salomon in domo Domini, & inuis, quæ sanctificauerat David pater suus: argentum, & aurum & vasa, repositusque in thesauro domus Domini. An non Ecclesia Christi domus Domini est & templum Spiritus Sancti? An non magna gloria domus istius nouissima, plus quam prima? Ergo non in illa quoque erunt thesauri pretiosiores? abundantiores? securiores? gloriosiores? Domus spiritualis, spirituales continet thesauros, diuitias gratiæ, charismata meliora, abundantiam charitatis, pacis multitudinem, plenitudinem veritatis, omniumque donorum atque bonorum complementum. Moyses de Zabulon & Issachar sic prophetauit: *Letari Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculo tuo. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Quis inundationem maris, quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.* Per terram Zabulon, vbi Christus Euangelium prædicauit, scimus ex Isaiâ & Euangelista intelligi gentes, quæ fidem receperunt. Per Principes Zabulon & Nephthalim, scimus Apostolos designari, qui ex terra illa orti sunt. Annunciat ergo à Moysæ abundantia diuitiarum Ecclesiæ Dei per Euangelium. Vocauerunt Apostoli gentes ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, vbi inundationem maris sugent quasi lac. O dulcedo verbi Dei. O lac sub lingua Christi & Apolto-*

Apostolorum eius. O mel afficiens corda credentium. Abundantia hæc est internæ consolationis, quæ fruuntur qui delectantur in Domino. Hæc eadem thesaurus noster est infinitus, & thesaurus (inquit) absconditus arenarum. Magna est velut mare consolatio nostra; abundant thesauri nostri, sicut arena maris; simul implentes, & latificantes: non sicut terreni onerantes & molestantes. Sed hi nostri absconditi sunt ab oculis insipientium. Et thesauros (inquit) absconditos arenarum. Sed nunquid non aperientur aliquando oculi nostri, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis? magna videlicet & pretiosa dono. O thesaurus absconditus, repositus in domo Domini!

FERIA V. DOMINICÆ
DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMÆ.

Lucerna corporis tui est oculus
tuus. *Matt. 6. 22.*

ARGUMENTVM.

*Cur intentio nostra in operibus à Christo
appelletur oculus. Effectus intentionis
istius est illuminare. Præui effectus nimia
solicitudinis & auaritiæ sunt
manifesti.*

MAGNA ratio, quamobrem Christo credere debeamus, illiusque Sapientiæ nostras cogitationes nostrasque operationes accommodare, vna est hæc, quæ momenti est maximi, quam ipsemet innuebat, dicens de Patre suo: *Ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Si enim, qui misit illum, verax est, ut Filius ipse missus, & stabatur, verax oportet sit Filius, qui nõ alia, quam quæ audiuit ab eo, loquitur in mundo. Magna quidem, & quæ multum certitudinis habet, est experientia, sed quid illa ad infinitam Sapiëntiam, quam non acquisiuit Christus, sed cum essentia, quæ eadem est Sapiëntia, accepit in æterna sua generatione? Quod eni dicit: *Sicut docuit me Pater, sic loquor,* idem est ac sic diceret: *Quæ loquor, sunt verba Sapiëntiæ, quam mihi me generando contulit Pater.* Verum ut maiorem illi fidem præbeamus feruentiori; affectu illius excipiamus doctrinam, etiam ad experientiam nos mittit Sciebat à Sapiente dictum esse: *Qui nõ est tentus, quid scit? Vir in multo expertus, cogitabit multa: Et qui multa didicit, enarrabit intellectu.* Tentatù vocat expertù, qui multa per experientiam doctus, potest ea ceteris exponere deceter atq; veraciter. Ided & ipse quasi expertus dicit. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus*

T: 2 *tuus*

11 Nominè Sapiëntiæ nuncupantur à Sapiente thesauri isti: propterea quod simul utrumque coniunxit dicens: *Thesaurus inuisus, & Sapiëntia abscondita.* Tantus est thesaurus iste Sapiëntiæ, ut omnia quæ desiderantur, huic non valeant comparari. Heu saltem diligentia illa & labor huic adhiberetur, quem subeunt homines pro pecunia materiali & thesauro corruptibili! *Si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Maius quid meritò flagigaretur, sed humanum dico propter infirmitatem carnis vestra. Sicut exhibetis diligentiam vestram ad quærendum pecuniam, ita eandem saltem exhibete sedulitatem ad quærendum gratiam. Sicut laboratis in effodiendis thesauris latentibus in visceribus terre; Idem, idem quæso labor impendatur, ut abundantiam gratiæ accipiatis. Heu vox Domini; *Veni in virtute, veni in magnificentia, ut confringas Cedros Libani, ut concutias desertum, ut moueantur vestigia hominum, & exeant de deserto Libani, de monte pingui rerum temporalium, ut veniant in domum Domini, ubi videant voluptatem Domini, & delicias assument atque diuitias, quæ eorum replent thesauros in loco pascuæ collocent eos; ubi nihil illis desit in vlla gratia, sed sempiterna fruatur gloria. Amen.*

Corpus intellige actionem quam operaris, vt Ieiunium, Orationem, Eleemosynam. Si recta intentione horum vel similibus quidquam feceris, totum rectum erit, totum bonum: quia cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Si distortum habeas oculum, si non rectam intentionem, si aliud destinas opus quam praeferbat lex, totum opus obliquum est, totum malum; quia cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. Ecce quantum valet intentio operantis! Quanta est illius efficacitas super opus, vt bona bonum perficiat, mala malum. Ideo Paulus tam magnificat, vt dicat: *Oramus Deum, vt nihil malefaciat: non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciat: nos autem ut reprobi simus.* Cupit fideles a malo abstinere. Absq; dubio si id fecerint, inde erit Apostolus commendatus, qui filios sic bonos genuerit, sic sapientes, sic eruditos. Nam gloria patris est filius sapiens. Sed gloriam hanc suam non spectabat Apostolus; nam quod in se erat, potius ab hominibus reprobari exoptat, vt reprobis videlicet reputari; sed fidelium intendebat utilitate. Recte intentionis virtute Moyses furentem Deum placauit, qui totum populum illum pernicem de terra tollere meditabatur. *Ne quos orat Moyses dicant Aegyptij; callide eduxit eos, vt deleterent in montibus. Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus est eis, & oderat eas. Idcirco eduxit; vt interficeret eos in solitudine.* Diuinum allegauit honorem, quem spectabat oculo simplici, recta intentione, proinde tantum valuit oratio iusti, vt tantam gentem a tanta strage vnica eximeret oratione. O si opera nostra talem haberent oculum simplicem, quam lucida essent, quam splendentia, quam vigoris ac potestatis plena! Pessima e contra est & obliqua intentio, quae totum corpus tenebrosum facit, quae etiam domum Dei facit speluncam latronum, vt eius prauitate etiam oratio fiat in peccato, vt incensum & sacrificium sit abominatio ante Deum, vt per seruos Dei nomen eius blasphemetur inter gentes. Hac pater mendacij aulus est etiam Deum ipsum notare,

qui idem phibuerit primos homines, edere de ligno illo, ne fierent illi similes: *Scit enim Deus, quod in quocumq; die comederis, eris sicut dii, scientes bonum, & malum;* pessima ipse Satan actus intentione, vt morti addiceret patrem & matrem omnium viuentium. Quod & fecit primus & pessimus homicida.

Effectum autem istum intentionis penitus considerantes attendimus, quod merito Dominus *lucidum* nuncupat bonum opus, malum autem *tenebrosum*, vt iter in metaphora: sed maxime *quoniam Deus lux est, & tenebra in eo non sunt ulla*, ac proinde omnia quae Dei sunt, luci comparata sunt: tenebris vero, quae Deo aduersantur. Sic Filius Dei dicebat de se: *Ego sum lux mundi*: de Apostolis: *Vos estis lux mundi*: de eorum operibus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Contra vero quae Deo displicent, nomine tenebrarum significari solent. Hinc de demonijs: *Refores mundi tenebrarum harum.* *Hac est hora vestra & potestas tenebrarum.* Hinc homines mali: *Eratis aliquando tenebra.* Hinc opera peccatorum: *Abiciamus opera tenebrarum.* Sic & mala eorum intentio: *Si lumen quod in te est, tenebra sunt, ipsa tenebra quantae erunt?* Lux res est spectabilis, delectabilis, desiderabilis. Tenebrae e contra despicabiles, inuisae, odiosae, molestae. Vnde Tobias: *Quale mihi gaudium est, qui in tenebris sedeo & lumen caeli non video.*

Hac ratione atque nuncupatione Paulus monet, hortaturq; fideles ad opera lucis atq; virtutis. *Eratis (inquit) aliquando tenebra; nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate.* Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iusticia, & veritate. Quae lucis sunt, bona sunt, iusta sunt, vera sunt: Quae tenebrarum, mala, iniusta, falsa. Tanta est autem obliqua intentionis peruersitas, vt bona in mala conuertat, iusta iniusta faciat esse; & vera obruat falsitate. Fructus autem lucis, qui est opus bonum, est in omni bonitate & iusticia, & veritate. Filius lucis est homo illuminatus, sicut filius huius saeculi est homo saecularis; & filius perditionis est homo perditus.

Ergo filius lucis est arbor bona, bonos faciens fructus; in quibus est bonitas omnis, iustitia, veritas. Bonitas est in rectitudine intentionis; Iustitia in opere bono de natura sua; veritas in vera existētia vniuersae; ut non appareant solum, sed verē ita sint. Bonitati autem tribuitur recta intentio: quia bonum omne creatum non ob aliud bonum est, nisi quia refertur ad increatum & ad summum bonum. Bonitas enim eius stat in hoc, quod sit res appetibilis; non autem propter se, quia hoc est solius boni infiniti. Et quoniam nihil est appetibile, quod non sit propter aliquid appetibile est, necesse est, ex eo quod appetibile est, habeat talem appetibilitatem, quae est rei bonitas; quae appetitum ad se trahat, vel propter seipsum, vel propter aliud, quae pluris pendatur. Ergo quoniam bonitas rerum creatarum non propter se appetibilis est, sed propter summam bonitatem, quae omnium est prima bonorum causa: Hinc est, quod bonum in creatura ordinem dicitur ad Deum, qui solus est bonus ex se. Ex quo sequitur, quod res creatae semper de natura sua bonae sunt, quia sic appetibiles sunt in ordine ad eum, qui fecit illas. Si autem aliud quam ad Deum referantur, mala fiunt; quia relatio ista actualis distorta, mala est; & malitiam suam in rem illam, ut sic relatum effundit. Si autem res, quae de sui natura propter Deum appetibilis est, etiam actu propter Deum appetatur; tunc res illa, quae de se bona est, etiam volenti & recte ordinanti & referenti bona est; ut verē dici possit bona valde. Vides nunc, quam obrem vidit Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona. Visio illa Dei est gloriatio Dei & complacentia (ut more hominum loquamur, sicut loquitur Scriptura) de qua in

Gen. 1. 31.

Prou. 8. 30.

Sapientis libro. *Et delectabat per singulos dies ludens in orbe terrarum.* Delectatio autem ista notat quietem animi, qui propter seipsum amabat bona sua. Nam in ipsis videbat bonitatem suam infinitam, in creatura diffusam. Et videns complacentur sibi, & letabatur in operibus suis. Ergo & nos si dispiciamus quod fecimus, & videamus quod bonum sit; &

complaceamus nobis in illo, eod quod bonum sit, id ad infinitam referimus bonitatem, qua bonum est; quia per ordinem illum bonum sit. Haec fructus est lucis, quae videmus, & quam videmus, & propter quam videmus, quod opus nostrum & vniuersa quae fecimus, bona sunt & bona valde: quia in se iusta sunt, atque ad eum bona; & quia propter Deum facta, ideo bona valde. Vbi verò lux non est, qui etiam bona fecit, is non videt quod bonum sit quod fecit; quia quod non est, non videtur. Non est autem bonum; quia lux non est in eo: quia non ordo ad Deum, non relatio ad summam bonitatem. Ergo qui fecit quod fecit, non videt quod sit bonum.

Quaeso attendamus, si forsitan hic sit, mysterium quod primū, quod verbum exprimitur distincte factum, sit lux, de qua scribit primus scriptor. *Et vidit lucem, quod esset bona.* Deus quidem lux est, & alia à se luce non indiget, ut videat, quae facit. Sed propter nos haec scripta sunt, ut creata luce nobisq; donata, cetera videamus quae bona sunt, ut simus filij lucis; & tunc luce ad lucem videntes, videmus in bono opere Diuinam bonitatem, ut videntes illam letemur & gloriemur in illa, quod est in Domino gloriari; quia bonitas Dei Deus est. Vides autem in bono opere tuo Diuinam bonitatem, quando illud ad ipsam relatum est. Fructus ergo lucis est in omni bonitate: quia quod a luce procedit, omne bonum est. Est verò fructus hic etiam in iustitia: quoniam opus, quod iustum non est, in Deum referri non potest, quia damnantur dicentes: *Faciamus mala, ut veniant bona.* Non patitur Deus, ut panis pollutus ponatur super mensam suam, ut super altare suum offeratur caecus aut claudus. Ita enim despicitur Deus, non honoratur, prophanatur altare, & mensa non sanctificatur. Audi illum in Malachia: *Ad vos o Sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis: In quo despicimus nomen tuum? Offeritis super altare meum panem pollutum. Et dicitis. In quo polluumus te? In eo quod dicitis. Mensa Domini despecta est. Si offeratis caecum ad immolandum.*

*molandum, nonne malum est? Et si offerat
 claudum, & languidum, nonne malum
 est? Quomodo potest videri bonum, quod
 malum est; Malum est offerre cæcū, clau-
 dum, languidum, panem pollutum. Qui
 lucem videns videt hæc, videt non quod
 sit bonum, sed quod sit malum. Qui autē
 hoc Deo offert, ille est, qui malè agens &
 odians lucem, vult blasphemis honorare
 Deum; legis suæ transgressione quasi Deo
 blandiri; quasi in gratiam Dei facere, quod
 repugnat gratiæ eius; quasi iusto qui est
 ipsa iustitia, possit, quod iniustum est, aliqua
 ratione placere. Panis pollutus, animal ma-
 culatum & defectuosum, iniusta sunt ope-
 ra, quæ qui Deo offert, despiciunt nomē eius,
 illum exhonorat. Nam, ut dicit Apostolus,
 per transgressionem legis Deus inhonoratur.
 Non ergo fructus est lucis, nisi quod iustum est.
 Additur tertio loco, & veritate; quoniam
 tam bonitas quæ iustitia, ut sint fructus lucis,
 vera sint oportet, non ficta, non vana, non
 falsa, non apparentia solum. Sint verè iusta
 opera, sint verè propter Deum facta. Con-
 tra primū peccabant sacerdotes, offerentes
 quæ erant prohibita secundum legem. Et
 huiusmodi sunt omnes, qui malè agunt;
 qui faciunt de rapina elcemosynā, qui mi-
 serentur viduæ & pupillæ quam violant; qui
 tuentur pupillos, quos deuorant; qui vili-
 tant Ecclesiam, quam pollutunt; qui filios
 enutriunt, quos scandalizant; qui blandiū-
 tur amico, cui insidiantur; qui Sacramenta
 suscipiunt, quæ conculcant; qui Deum ro-
 gant, quem blasphemant; qui in fide glo-
 riantur, quam mortificant; qui Christo di-
 cunt: Domine, Domine, & non faciunt, qua
 dicit; qui iudicant secundum faciem; qui
 persequentes iustū, arbitrantur obsequium
 se præstare Deo; qui dicentes: Da gloriam
 Deo: De illo dicunt: Quia peccator est.
 Summa, huiusmodi sunt omnes mala a-
 gentes. Contra secundum peccabat Pha-
 risæus orans; Deus, gratias ago tibi, quia
 non sum sicut ceteri hominum; raptores,
 adulteri. Populus item, cui per Zachariam
 obiicit Dominus: Cum ieiunaretis, &
 plangeretis; nunquid ieiunium ieiunastis
 mihi? Et cum comedistis, & bibistis; nun-
 quid non vobis comedistis, & vobis ipsis bibi-*

*stis? Deo comedebant, qui in honorem
 Domini in festiuitatibus coram illo latan-
 tes epulabantur: Sibi autem comedebant,
 quando immundi & scelesti, & Deo odi-*

Malac. 2. 3.

*biles celebrabant festiuitates, quas vocat
 idē Dominus stercus. Ita huiusmodi
 sunt, qui bona quidem aliqua operantur
 in carū fidelium; sed pleni sceleribus sunt,
 & mundo deseruiunt; cuiusmodi plurimi
 sunt.*

*O quantæ tenebræ sunt in regione lu-
 cis? Si lumen, quod in te est, tenebra sunt;
 ipsa tenebra quanta erunt? Si ex defectu
 bonæ intentionis etiam bona opera luce
 carent, quid de malis operibus dicendum
 est? O tenebræ operientes terram! O tene-
 bræ insidentes super faciem abyssi! O ini-
 quitates grauatae super homines, & super-
 gressæ etiam super caput eorum. Omnes
 declinauerunt. Nemo ex eis facit legem.*

*Sed quæso fiat lux, & diuidat Deus lu-
 cem à tenebris. Nemo potest duobus Dominis
 seruire: aut enim unum odio habebit, & al-
 terum diliget: aut unum sustinebit, & al-
 terū contēnet. Hic Dominus occasione mō-
 strandi has duas intentiones sic sibi inuicē
 aduersari, ut in vnū conuenire non possint,
 transiit ad aliam illarū effectum, qui est ser-
 uitus, quam intentio causat. Vbi prius dat
 regulam generalem, postmodum verò ad
 nos conuertens sermonē, ab ea ad seruitu-
 tem descendit specialē, dicens. Non potestis
 Deo seruire & Mammona. Circa primū in-
 dagemus in primis, quomodò intētio ge-
 neret seruitutē, pro quo tria consideramus.
 Primum, quod intentionem facit dilectio. Se-
 cundum, quod dilectio amantē facit seruum.
 Vnde tertium sequitur, quod seruus hono-
 rat Dominum suum. Itaque primo loco di-
 cimus, quod intentionem facit dilectio.
 Quod diligitur propter seipsum; istud est
 finis operis nostri; Huc intētio dirigitur.
 Quod propter aliud diligitur, in hoc non
 firmatur intentio, veluti per viam transit
 ultra progrediens. Hæc est ratio potissima,
 cur totæ tantæ tenebræ operiunt terram,
 & caligo populos: quia omnes quarunt
 quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, & so-
 la charitas non quarit quæ sua sunt. Ho-
 mines autem seiplos amantes, quarunt
 quæ*

Luc. 11. 35.

Gen. 1. 2.

Psal. 37. 5.

Psal. 13. 3.

Ioan. 7. 24.

Gen. 1. 3.

Isai. 60. 2.

Phil. 2. 12.

1. Cor. 13. 5.

Rom. 1. 2.

Gen. 1. 4.

Iob. 1. 1.

Eph. 5. 9.

Mat. 7. 22.

Rom. 3. 1.

Luc. 18. 11.

Zach. 7. 5.

1. Cor. 13. 5.

quæ sua sunt. Quomodo ergo est charitas Dei in ipsis? statue hoc apud te, quantus est amor tuimet, tantæ tenebræ sunt in te. Amor tuus pondus est horologii, quo omnes circumaguntur rotæ tuarum operationum, etiam si fortè in conspectu hominum & fortè etiam in oculis tuis directæ videantur in Deum. Abner Dei decretum præterevidetur, sed si penitus consideretur, non rectè ad Deum ambulare perspicietur. Princeps militia Regis Isboseth filii Saul pugnavit contra David, sed occasione quadam indignatus contra Isboseth dicit ad seniores Israël: *Tam heri, quam nudius tertius quarebatis David, ut regnaret super vos. Nunc ergo facite. Quoniam Dominus locutus est ad David, dicens. In manu servi mei David saluabo populum meum.* Quis non putasset rectam hunc habuisse intentionem, quando verè Dei statutum erat, ut regnaret David? attamen historia declarat, unde motus esset. Heu cum venerit ille, cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, quantas inueniet paleas? quantum puluerem? & in operibus bonis quam modicum triticum? quam pauca pura grana? ut interim taceam de zizaniis iniquitatum permistis frumento. Quam multi sunt fallentes semetipsos, lucis expertes, qui ambulant per vias tenebrosas, derelinquentes iter rectum, quò itur ad ciuitatem habitationis; qui putant & volunt Deo appropinquare, cum longè admodum sint? Heu! in morte aperientur oculi nunc clausi.

1. Reg 3.17

Tam heri, quam nudius tertius quarebatis David, ut regnaret super vos. Nunc ergo facite. Quoniam Dominus locutus est ad David, dicens. In manu servi mei David saluabo populum meum. Quis non putasset rectam hunc habuisse intentionem, quando verè Dei statutum erat, ut regnaret David? attamen historia declarat, unde motus esset. Heu cum venerit ille, cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, quantas inueniet paleas? quantum puluerem? & in operibus bonis quam modicum triticum? quam pauca pura grana? ut interim taceam de zizaniis iniquitatum permistis frumento. Quam multi sunt fallentes semetipsos, lucis expertes, qui ambulant per vias tenebrosas, derelinquentes iter rectum, quò itur ad ciuitatem habitationis; qui putant & volunt Deo appropinquare, cum longè admodum sint? Heu! in morte aperientur oculi nunc clausi.

Matt 3.12 & Luc 3.16

Secundum hic considerandum est, quòd dilectio seruorum facit diligentem eius rei, quam propter seipsam diligit. *Aut enim unum Dominum odio habebis, & alterum diliges.* Et ita quem diligit, Dominum habebit. Intentio ergo sequens dilectionem, subicit amantem & tendentem dominationi illius, in quem ut prædilectum tendit, tanquam in finem vltimum. Hoc prænoscens David rogabat: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.* Quasi dicat. Si non rectè incedam via, seruus seruorum ero iniustitiæ, ad quam declinauero. Ut ergò non dominetur mei iniustitia, gressus

Pf. 118. 133

meos dirige secundum legem tuam, ut ambulem per viam mandatorum tuorum, & proinde tibi soli seruiam, cuius præcepta amans seruiabo. O seruitutem felicem, filialem, liberam, & nobilem! At si te ipsum diligis, tui ipsius seruus efficiaris, seruus peccati, seruus Principis huius mundi. Sed pondera seruitutem tuimet. Non seruus tibi libero, sed tibi seruituti addicto. Dum enim exhibes membra & animam seruire iniustitiæ & iniquitati, seruus es peccati, & ita tui dominatur iniustitia, quam quia tu operaris, seruus es tui ipsius iniqui & iniusti. Ergò seruus seruus factus es. Et quid vilius? quid durius? quid laboriosius? Expedias te, si vales ab hac misera seruitute. Seruitus quòd maior est, eò magis premit, strictius vincitur, ligatius dissolubilis. Seruus seruorum ille est, qui ad extremum seruitutis deiectus est. Tu, tu huiusmodi es. Qui quòd diligis te, amoris vinculo teneris ligatus; quod quia amor est, dissoluere aut disrumpere non curas. Et quæ merces tam misera seruitutis?

meos dirige secundum legem tuam, ut ambulem per viam mandatorum tuorum, & proinde tibi soli seruiam, cuius præcepta amans seruiabo. O seruitutem felicem, filialem, liberam, & nobilem! At si te ipsum diligis, tui ipsius seruus efficiaris, seruus peccati, seruus Principis huius mundi. Sed pondera seruitutem tuimet. Non seruus tibi libero, sed tibi seruituti addicto. Dum enim exhibes membra & animam seruire iniustitiæ & iniquitati, seruus es peccati, & ita tui dominatur iniustitia, quam quia tu operaris, seruus es tui ipsius iniqui & iniusti. Ergò seruus seruus factus es. Et quid vilius? quid durius? quid laboriosius? Expedias te, si vales ab hac misera seruitute. Seruitus quòd maior est, eò magis premit, strictius vincitur, ligatius dissolubilis. Seruus seruorum ille est, qui ad extremum seruitutis deiectus est. Tu, tu huiusmodi es. Qui quòd diligis te, amoris vinculo teneris ligatus; quod quia amor est, dissoluere aut disrumpere non curas. Et quæ merces tam misera seruitutis?

Non te extollas in cogitatione anima tua velut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per sultitiam: Et sola tua comedat, & fructus suos perdat, & relinquantur velut lignum aridum in Eremo. Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducet in sortem impiorum. Attende quomodo sapiens in his verbis suis diuidit hominem in duos, quorum vnus sit velut agens, alter velut patiens. *Non te extollas* Extollit agens, patiens extollitur. Si extollis te, tu ipse agis, & pateris. Item, anima nequam disperdit, qui se habet, quis est habens animam? quæ est anima habita? tu ipse solus, qui habes te, & à te habetis. Anima ista habita disperdet habentem illam, dat illum in gaudium inimicis, & deducit in sortem id est hereditatem impiorum. Qui illum dat? qui illum deducit? certè tu ipse te disperdis, tu ipse te das, tu ipse te deducis. Sic ergò tibi seruiens, tibi ipsi das præmium seruitutis. Quomodo seruus? te Dominum tuimet constituit, extollens te super te, velut taurus indomitus, domitus & dominatur tu o subiectus. Dum liberè, licenter, ac petulantè

lanti r

lanter excurris, nullum timens, alios terrens, quid tu facis? Elidis virtutem tuam, quam subdis dominatui serui seruatorum, & hoc per stultitiam, reputans te Deum, qui seruus seruatorum es. Perdis folia & fructus; neque habes neque pares: existentiam & apparentiam destruis. Et velut lignum aridum relinqueris. Hoc est perdere, & bona apparentia, ut folia; & bona existentia, ut fructus; & bona huius vitæ, & bona futuræ: te ipsum perdis, te ipsum spoliâs, te ipsum damnas. Hæc fors & hæreditas impiorum. Hæc merces tantæ virtutis, tanti laboris. O Domine seruus seruatorum! Hi sunt, qui ambulant in magnis & mirabilibus super se; qui ventri suo deferunt; qui appetitui obsequuntur.

8 Hinc tertium habemus, quod est honor qui debetur Domino. *Aut enim unum* (inquit) *sustinebit, & alterum contemnet.* Sic ut contraria sunt diligere & odio habere; sic sustinere & contemnere. Contemnit qui spernit, qui despicit, qui deprimat, qui ad nihilum deducit in conspectu suo, id est, qui pro nihilo habet. Ergo sustinet, qui tenet supra, qui leuat, qui eleuat, qui extollit. Qui se ipsum diligit, se extollit. *Pro. 3. 35.* Sed quid demum? quod dictum est: *Et folia perdit, & honorem, & apparentiam: Et hoc per stultitiam suam.* Scriptum est autem: *Stultorum exaltatio, ignominia.* Cedit enim gloria eorum in confusione ipsorum. At contra. *Sapiens cor & intelligibile, abstinere se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.* Hic videlicet intendit prosperè, procedit, & regnat. Si stultus extollit se, sapiens humiliat se. Qui autem verè se humiliat, non sub alio se humiliat, quam sub potenti manu Dei, quæ cum potens sit, de stercore erigit pauperem; ut colloquet eum cum Principibus; de stercore (inquam) in quod ille ipse se deiecerat, omnia sua, in quibus poterat gloriari, ut stercorea arbitratus. Ab his exaltat illum Deus in die visitationis, quando venit mercedem retribuere. Sic se humilians, abstinet à peccatis: nil enim magis præualet peccatis, quam vera humilitas. Et idè bene illi succedunt omnia ac prosperè, & in operibus iustitiæ successus habebit, per-

Tom. I. Beilmani.

transiens atque progrediens bene faciendo, & retributionem in dies accipiens exaltatus dextera Dei. Ut meritò dicat Sa- *Pro. 3. 35.* *Gloriam sapientes possidebunt: Stultorum exaltatio, ignominia.*

Ecce jam contrarietas intentionum, rectæ & obliquæ, quando *nemo potest duobus Dominis seruire:* quia etiam secundum Philosophos in vna prima causa statur, siue illa efficiens sit siue finalis. Et idè duo primi fines esse non possunt. Et quia finis operantem mouet, ut amatus: amor verò seruum rei amatæ facit amantem; duos Dominos simul habere nemo potest: sicut duabus vijs, quæ ad diuersa, & eò magis si ad contraria tendunt, nemo pariter potest *Exhorta- tio.* *incedere.* Quanta igitur sedulitas adhibenda, ut rectè incedamus ad Deum? *Appre- P/sal. 2. 12.* *hendite itaque, apprehendite disciplinam, ne quando pereatis de via iusta.* Quod quãdo fit, indignatur Deus. Nam quid est hoc aliud, quam Deum priuare sua dominatione? Quam illum deturbare velle de suo Principatu? Quam quæ sua sunt, quæque illi subiecta sunt, omnia surripere atque distrahere velle? Quam hominem se supra Deum velle extollere & eleuare? Quam Diabolum ipsum superbiâ & extollentiâ *I/sai. 14. 14.* *velle superare? Dixit ille: Similis ero Altissimo.* Tu verò cū homo sis, facis te ipsum Deum; neque alium Deum esse vis, quam te ipsum, quem summum finem constituis. Causa verò finalis prima est omnium; ergo dum propter te ipsum facis quidquid facis, Altissimum te constituis, cui omnia, & Deum ipsum vis esse subiectum. Vide quantum malum, quantum scelus, quantum facinus ille committit, qui non dirigit gressus suos in viam rectam; qui relinquit iter rectum; cuius viæ peruersæ sunt; cuius oculus nequam est. Num iste non mittetur in tenebras exteriores, qui tantas patitur interiores? *Totum eius corpus tenebrosus erit* proculdubid. Si intra tenebrosus est, & extra tenebrosus sit oportet, ut sit totum tenebrosus; si oculus nequam, si mens cæca, si ratio errans, si deceptus intellectus, si anima interius versatur in tenebris, non aliò quam in tenebras exteriores exterior est pars quoque detru-

Vu da, vt

da, vt totus sit homo tenebrosus & in tenebris conticescat.

SECUNDA PARS.

9 **N**on potestis Deo seruire & Mammona. *Ideo dico vobis. Ne solliciti sitis* A regula generali ad particularia descendit, vt perspicue illa intelligatur quasi exemplificans, in casu particulari veritatem ostendens regulæ generalis. Huic casui & enunciato particulari, exhortationem adiicit siue iussionem dicens: *Ideo dico vobis. Ne solliciti sitis* Ad hanc verò specialem regulam doctrinam descendit Dominus, propter vniuersalem corruptionem & transgressionem; Quoniam omnes auaritia student, omnes auaritiam sequuntur. Vnusquisq; declinauit ad auaritiam suam à summo usque ad nouissimum; inquit Propheta. Quo fit, vt auaritia sit in capite omnium, tanquam Regina mundi & Princeps vniuersæ terre; vt verè dicat Sapiens. *Pecunia obediunt omnia.* Eleganter itaq; à doctrina comuni, qua docet ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus, paulatim gradatimque nos duxit ad tantum nefas dignoscendum, quo mundus totus in maligno positus, relicto Deo viuo, Idolum sibi fabricauit, quod vt Deum colit, atq; in eo suam spem collocat omnem. Vt sicut oculus nequam totum corpus reddit tenebrosus; ita concupiscentia oculorum facit, vt tenebræ sint super faciem abyssi, omnisq; huius mundi moles tenebrosa sit. Non enim frustra Angelos tenebrarum, vocauit Apostolus Rectores mundi tenebrarum harum. Sic exponens, quod per mundum intelligat, nempe tenebras istas, quibus totus, sicut pannis infantia, obuolutus est mundus. Dicit ergo propterea Dominus. *Non potestis Deo seruire & Mammona.* Puto autem, quod etiam hac ratione descenderit ad tractatum de auaritia, cuius seruitus maximè Diuinæ opponitur seruituti: Quoniam quauis omnis, qui à Deo recedit, seipsum finem supremum & extremum præstituat, tamen seruire diuitiis videatur etiam hominem ipsum, qui illas diligit propter seipsum, illis se subicere, vt sui oblitus, eas

supra se quoque erigere & constituere videatur. Quod fit, vt homo laborans in illis acquirendis & colligendis, non audeat tamen in suis etiam necessitatibus illas contingere aut imminuere, ne fortè Dagon suus remaneat truncus. Ita quod nihil apparens, ab homine colitur euentius, quàm diuitiæ: quas colens, & pro Deo habens, cultum abiicit veri Dei; & propterea apertè decernit Dominus. *Non potestis Deo seruire & Mammona.* Vbi & hoc nota, quod etiam in abstracto dixisset; *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Nunc veluti in concreto ad homines conuersus, dicit. *Non potestis.* Sic notans, hac in falsa & iniqua religione potissimum delinquere.

Tanto facinori obuians, prodit hoc saluberrimum documentum. *Ideo dico vobis. Ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* Vt destruat Templum istud Baal, fundamentum euerit; vt succidat lucum vbi erat altare Baal, securim ponit ad radices; vt molem hanc demoliat & atrium, vbi fortis regnat armatus, ab ipso primario lapide incipit solutionem. Claudit apertas cataractas cœli, obstruit fontes abyssi magnos, ne diluuii aquæ inundent, & operiant terram vniuersam. Prima radix, origo & fons auaritiæ est sollicitudo rei necessariæ, à qua gradatim ascendendo tandem peruenitur ad simulachrorum seruitutem, quæ ipsius veri Dei tollit seruitutem. Quod vt efficacius perficiat, addit rationes quoque, cur à nobis sit abiicienda sollicitudo. Subdens. *Nonne anima plus est, quàm esca; & corpus, plus quàm vestimentum?*

Incipientes à primo gradu, consideramus progressum hunc, quod ad apicem auaritiæ deuenitur, quæ est Idolorum seruitus. Culpa minima, quæ erga facultates committitur, est sollicitudo eorum, quæ nobis necessaria sunt. Hæc ad duo reducuntur, de quibus Apostolus. *Habentes alimētum, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Indumentum Dominus tribuit corpori. Nam corpus illo operitur, quia corpus est, siue viuens sit siue nō viuens. Vnde & Idola vestiebantur, quod obseruari præcepit Ieremias, ne ornamentis Idolorum de-

1er 6. 13.
E. 8. 10.
Isa. 6. 11.

Ecl. 10. 19
Matt. 6. 1.

1. Ioan. 5.
19.

Eph. 6. 12.

1. Reg. 14.

1. Cr.
1. Ti.

4. Reg. 11.
4. Reg. 11.

4. Reg. 11.
4. Reg. 11.

Gen. 11.
Ma.

1. P.

1. Tim. 4.

Bar. 6. 8.

cepti,

cepei, illa quasi Deos venerarentur. Cibus anima tribuit, quia viutorum tantum est. Hæc quamvis necessaria sint ad communem vitam peragendam, illorum tamen sollicitudo merito reprehenditur, per rationes quas Dominus subiicit. *Nonne anima plus est, quàm esca; & corpus, plus quàm vestimentum?* Est hæc necessaria sint: Nos erga illa non plus facere debemus, quàm quod necessarium est animæ & corpori. Sollicitudo non est necessaria, quoniam sine illa nobis prospicitur. Si laborandum sit, si arandum, si serendum, si metendum, aliaque huiusmodi sint perficienda; Bene: Hæc fiant. *Sed volo vos, sine sollicitudine esse;* Inquit Apostolus. Vtere creatura, quia hoc tibi conceditur: *omnia enim creatura Dei bona est;* quæ ad nostros versus a Creatore deputata est. *Sed qui vultur hoc mundo, sint quasi non utantur,* videlicet absq; sollicitudine atq; affectione; vt ne pars vel minima cordis his tradatur; vt toto corde ad Deum conuertamur, illumq; toto corde diligamus. Huius sollicitudinis expertem se Dominus declarauit, Sathana illi suggerente: *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Respondens: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Facile est Deo, qui verbo fecit omnia, verbo filios suos enutrire; omni (inquã) verbo, vel minimo. Semel loquitur: non opus est replicare. Dicat. Fiat. Et factum erit. Vbi ergo tanta facilitas apud Patrem, quid sollicitamur? omnem ergo sollicitudinem proiciamus in eum, quia ipsi cura est de nobis. Culpabilis ergo sollicitudo, quæ modicæ fidei argumentum est.

II Primus iste gradus habet latitudinem, & quod ad intensionem, & quod ad extensionem; quando videlicet cor vehementius inclinatur & apponitur rei necessariæ, illam amando, curando, cogitando feruentius atq; diligentius; Vbi curam omnem, omnem sollicitudinem in Deum proicere iubemur, vt nihil illius profus rei necessariæ tribuatur. Ideo enim monet Sapiens. *Habe fiduciam in Domino extoto corde tuo; & ne innitaris prudentiæ tuæ.* Quod profectò non facit, qui vel minimam curam

in se retinet, & non omnem in Deum proicit, vt in toto corde illi soli fidat; qui autem multam per se retinet, peius peccat, at pessimè qui omnem. Hic enim maledictus est ille, de quo scriptum est: *Maledictus est homo, qui confisit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Carnem (inquam) quæ iafirma est, & seipsam sustentare non potest, si non osse fulciatur. Omnes enim homines infirmi sunt & imbecilles. Solus Deus fortis, Beatus, & solus potens, qui propterea solus habet immortalitatem, quia solus deficere non potest. Omnes autem nos quasi aqua dilabimur in terram, & nulla est fortitudo. *Quandò minus in diuitiis, quæ vt Idola indigent portari, abstergi, defendi, vt scripsit Ieremias. Extensionem habet sollicitudo, quando in tempus futurum extenditur; & quo in longius eò damnabilior. Ideo ille, qui dicebat: Habes multa bona posita in annos plurimos: Repentè sublatu est, vt apertius videretur, quàm vana esset spes eius.*

Secundus gradus est sollicitudo de superfluis; quando videlicet ea quoque quæ necessaria nõ sunt, curamus, procuramus, cogitam⁹, cogimur, habere sollicitamur. Et in hoc dupliciter peccatur: videlicet quãdo vehementior est mentis sollicitudo, & quando in ampliora superflua distenditur, sicut est omnis qui sibi thesaurizat. O quã vanum laborare de re, à qua non aliud, quàm laborem licet haurire! Sic sunt superflua omnia, quæ ad nihilũ valent vltra, nisi vt mittantur foras. Vas aquam nõ continet superfluam, plenum mittit foras, quã capere non potest. Tu õ homo solum necessaria capis. Quod superest, da alteri, nõ cõtinere non potes; nisi per magnos labores: nam superflua superfluunt, & per se fluunt & effluunt. *Quantus labor niti contra fluxum? tenere fluentem? labenti resistere? precipiti obistere?* Sed quid, quando labor iste superfluus & inutilis est? qui certè huiusmodi est, quando de rebus superfluis est. Quia tunc diuitiæ conseruantur in malum domini sui. Quare sal ad seruandas res adhibetur, nisi quia humor superfluus eas corrumpit? sic diuitiæ superflue corrumpunt,

rumpunt, qui ipsas habent: & propterea in malum domini sui conseruatae sunt. Quārum damnū attulerunt Anania & Saphira diuitiā seruatae?

13 Tertius gradus est de vanis, quando non necessitatem vel superfluitatem intendit homo, sed vanitatem; vt gloriosus appareat; vt ceteris emineat; vt alios despiciat; vt inferiores deprimat & conculcet. Sic Salomon in vanum laborauit querens, & diligens vanitatem. Vnde ipsemet de se dicit. *Magnificauit opera mea, adificauit mihi domos, & plantauit vineas, & feci hortos, & pomaria, &c.* Et hæc, quanta stultitia? quæ magis enitet in tam sapiente viro, qui sapientiam suam applicauit ad vana inuestiganda & perficienda; vt ex eo discerent homines veram sapientiam; & attenderent quod vir tanta sapientia præditus, experientia edoctus nouit ea, quæ tanti vt sapiens faciebat, vana fuisse ac prorsus inutilia, & aliud nihil præter laborem illi creasse atq; animi afflictionem.

Eccl. 2. 4.

Quartus gradus est, huic sollicitudini nullum modum statuere, sed in immensum curas extendere, vt in hoc solo finis sollicitudinis videatur statui, vt sine fine laboretur, & finis vllus nunquam statuatur. De his Baruch Propheta: *Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum.* Infinitas porro pessima, vilissima, & abiectissima seruitus. Vbi incipit damnabilis sollicitudo, ibi & seruitus initium sumit; & progressus vnus, aliam quoque perficit: vt cum ventum fuerit ad summā sollicitudinem, ibi inueniat homo extremam seruitutem, qua fit, vt totus Mammonæ deditus, dominium Domini penitus abiiciat, quia *Nemo potest duobus Dominis seruire; Deo, & Mammonæ.* Hinc Ieremia non satis fuit dicere. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Sed addidit quoque. *Et à Domino recedit cor eius.*

Baruch. 3. 18.

Ier. 17. 5.

Rationes apposuit ad primum gradum, quibus exueret animum nostrum sollicitudine. *Nonne anima plus est quam esca? & corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neq;*

*metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluri estis illi? Inutilem sic ostendens esse sollicitudinem nostram, cum Patrem habeamus, in omnibus quæ necessaria sunt nobis, prospicientem. Sed id quod caput est, summopere nobis attendendum est, quod sollicitudo incipit nos in seruitutem generare, nec cessat donec nos faciat extremè seruos, seruos (inquam) seruorum. Scriptura volens, Regionis circa Iordanem pinguedinem ac fertilitatem declarare, dicit. *Sicut Paradisus Dei, & sicut Ægyptus.* Agar in seruitutem generans erat Ægyptia. Pinguedo abundantia, diuitiarū copia in seruitutem generat. Eā verò quæ nos de domo patris eicit. *Seruus non manet in domo in æternū. Filius manet in æternū.* Eūce ancillam & filium eius, quæ eū in seruitutem generet, seruu generat, seruum (inquam) qui eicitur de domo, vt à Domino recedat cor eius. Quoniam *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ.* Si seruus factus es Mammonæ, si pecuniæ obedias, Deo seruire non potes. Domine Domine, licet ore perstrepas, tamen à Domino recedit cor tuum. Licet ore confitearis Dominum Iesum, factis tamen negas, si Mammonæ obsequaris.*

Cur quædā Mammonæ seruiunt homines? dixit Baruch. In quo confidunt homines; quoniam qui habent pecuniā, omnia habent. Quoniam omnia, quæ desiderantur, per illam valent comparari. Sed heu quantus error! O Paule reuella errorem hunc. *Diuitibus huius saculi præcipio, non sublimis sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuere, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum.* Diuitiæ si tibi Deus sunt; Deus certè mortuus sunt; quæ non profunt in necessitatibus, quarū sunt incertæ prouidentia: ne igitur speres in incerto diuitiarum, sed in Deo viuere. Deus noster viuens est & immortalis, qui author vitæ præstat necessaria vitæ, præstat nobis omnia abundè ad fruendum. Deus solus, Deus solus est, qui dat vitam & inspirationem; & omnia. Ipse liberator atque saluator. Spiritus timentium Deum queritur (inquit Sapiens) & in respectu illius benedice-

nedicetur. Quid est spiritus timentium Deum, nisi vita illorum? Hæc quaeritur a Deo. Quia ab illo custoditur & seruetur. Hæc vita in conspectu Dei benedicetur: quia oculi Domini super iustos. Respicit enim in seruos suos, vt repleat benedictione, dans omnia abundanter ad fruendum. Sicut enim iustus intentos habet oculos ad Deum; Vnde ait: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos*. Ita oculi Domini nō palpitant, aperti iugiter sunt super timentes, ac diligentes se, vt de necessitatibus eorum eripiat eos. Propterea subdit Sapiens: *Qui timet Dominum nihil trucidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius*. At contra, Amos 6.14. *Amos Propheta. Latamini in nihilo. Qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostrā assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos gentem, & conteret vos*. Heu qui facitis vobis cornua, sicut Sedechus pseudopropheta; qui confidit in fortitudine vestra; qui speratis in multitudine diuitiarum vestrarum: Latamini in nihilo; Pro. 11. 28. *speratis in incerto; adhæretis cadenti. Qui confidit in diuitiis suis, corruet*; inquit Salomon. Non est in eis firmitas, non fortitudo, non certitudo. Fallacia est diuitiarum fallentium quoscunque sibi fidentes, quæ derelinquunt se diligentes. Cornua sibi ipse fabricauerat Sedechus, actus spiritu mædaci; dicens Regi Achab. His ventilabis Syriam. Sed euentus mendacium declarauit; nam occisus fuit Achab, & Propheta perit. Non sunt ista cornua salutis; sunt cornua peccatorum constringenda; sunt dormientium somnia, quæ apertis oculis euanescent: qui his lætatur, lætatur in nihilo. Dominus iste, Princeps iste Mammō dignam suis subiectis tribuit mercedem, vt veniant extranei, qui conterant eos. Ecce suscitabo super vos gentem, & conteret vos. Infortunia, infirmitates, aduersitates persecutiones, lites, & huiusmodi multa superuenientia ad nihilum deducunt confidentes in diuitiis suis. O verba. *Qui confidit in diuitiis suis corruet*, si confides in ruinis Regum, quomodo non ruēs? quomodo non corrues? Rachel furata est idola patris sui Laban. Quomodo non se salua-

runt, non se defenderunt Idola? Dij illi cur dereliquerunt illum, qui ea sibi fecerat, qui eos colebat? cum illa ambulauerunt, quæ abscondit illos sub stramento camelorum, quæ sedit super eos. Hi, hi sunt, quibuscum diuitiæ vadunt: qui illas spernunt; qui non iactant illas; qui arbitrantur vt stercora; & ponūt subter stramenta iumentorum; qui nihil illas reputant. *Qui confidit in diuitiis suis, corruet: Iusti autem quasi viri, solum germinabunt*. Semper proficient; semper crescent; semper fient validiores: qui verum suscipiunt Dominum, qui sperant in Deum viuum; qui dicunt. *In Domino confido, quomodo dicitis anima mea: Transmigrā in mortem. sicut passer? Non necesse habeo fugere à conspectu hominum, non timebo millia populi circumdantia me; quia Domini est salus, & requies*. Seruiamus igitur Domino sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

In operibus nostris honor Dei spectandus est. Multipliciter probatur quā vilis & indigna sit seruitus quæ diuitiis exhibetur. In Morali, suasio, vt homines se abstineant à vanitatibus seculi huius.

PROVERBIUM illud Salomonis. *Quomodo pulchras habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola*. Aptè conuenit doctrinæ Domini Iesu; quam nobis ex bono thesauro cordis sui profert sapientissimè; dicens: *Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebra sint*. Ita ostendens quod non satis est oculos habere, nisi & rectè videatur; sicut non satis est pulchras habere tibias, nisi vt rectè ambuletur; & os aptum ad loquendum, nisi & rectus sit & appositus sermo. Ex quo tandem sequitur, quod Dominus intendit; quod satis non

Vu 3 sit ope-

fit operari, nisi rectū sit opus; & illud maximē, quod, cum quasi oculus sit, ex eo, quod bonum moraliter est, in primis debet esse clarum & lucidum, per rectam intentionem ad Deum. Alioqui gressus eius, ut pulchræ essent tibiar, obliqui essent ac deuij, ad interitum progredientes. Doctrinam ergo, quam nobis profert Dominus audiamus; qui ut habet pulchras tibias, & eloquentem linguam, ita rectē incedens loquitur sapientissimē.

Duo nobis enuntiata proponit Dominus, quasi præmissas, ex quarum utraque educit aptas & congruas cōclusiones, quibus mores nostri admodum congruenter possunt componi & ordinari. Primum est illud. *Lucerna corpori tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuū lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Conclusio inde collecta ab alio Euangelista Luca sic habetur. Vide ergo hē lumen, quod in te est, tenebrę sint. Secundū enun-

Luc. II. 35.

tiatū illud est. *Nemo potest duobus Dominis seruire. Non potestis Deo seruire & Mammonæ.* Conclusio inde consequens est. *Idē dico vobis: Ne solliciti sitis anima vestra, quid manducetis; neq; corpori vestro quid induamini.* Vtrumq; ex natura ductum est. Naturā quippe per oculum totū corpus illuminatur, ut videat; & ipsa docet experientia, quod nemo duorū potest, ut duo sunt, seruus esse. Sed primum per similitudinem proposito coaptatur; secundū per immediatam apertamque veritatem. In primo enim per similitudinem illam oculi intelligitur, quod oculus mentis finem spectās operū suorū, illa vel claritate illustrat, vel obscuritate offuscat. At verō quod duob. Dominis nemo seruire possit, atque propterea Domino simul & Mammonæ seruire impossibile sit, per se manifestum est. *Aut enim unum odio habebit & alterum diliget, aut unum sustinebit & alterum contemnet.*

Diuisio.

2.

His enim duobus modis potissimū a Deo docemur omnem veritatem, patenter videlicet per apertam veritatem, ut veritas omnibus obuia sit & cunctis clara; & latenter per similitudines, ut simul delectet docens; atque ita ad veritatem illam

contuendam mentem illiciat. Præterquam quod hac ratione clarior fit ipsa doctrina, & fortius imprimitur cordi. Id quod ut plurimum in lege Moyse Deus facit, id speciatim dum iubens Leuitis, quod ex decimis sumptis a populo, decimas ipsi etiam separarent Sacerdotibus; id in primis admonet illos. Omnia, quę offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, *Num. 18. 14.* optima & electa erunt. Idē enim & primitias instituerat, quę præcipuę esse debebant, & consueuerant. Iuxta quod ad Leuitas ait. Si præclara & meliora quę obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis, quasi de area & torculari dederitis primitias. Hoc quidem per se & aperte consonum est, ut Deo omnium bonorum largitori excellentiora offerantur; & eō magis quod Princeps noster est. Sicut & Principibus non quęquę vulgaria offeruntur, sed quę præclaritatem quandam habent & cetera. Vnde per Malachiam queritur se a Sacerdotibus esse despectum, quod indigna quęquę offerrent illi. Subdens: *Si Malach. offeratis claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperis faciem tuam, dicit Dominus exercituum.* Quapropter sicut Deo altissimo meliora offerebantur; haud secus ministris eius, iisque supremis, quasi domesticis Dei, & de illius familia, quę pretiosiora erant, congruē deputabantur. Hęc est aperta veritas. Quæ demum per similitudinem significabatur, ut actiones nostrę ad Deum veluti ad summum finem eleuantur atq; dirigerentur: alioqui perirent omnes, & vanæ essent & frustratorię. Ad quod facit, quod in lege eadem facta Leuitis adicitur. *Et non peccabitur super hoc, e-* *Num. 18. 17.* *gregia vobis & pingua reseruantur, ne polluatia oblationes sitorum Israel, & moriamini.* Peccatum quidem fuisset, sibi pretiosa retinere, Deo autem vilia, aut defectum patientia offerre. Sed quod lex spiritualiter intendebat.

Hoc est, quod in hac lectione primum considerandum est, nempe quod Dei honorem in primis spectarent; sed ad propriam ipsi utilitatem, eamq; temporalem, ipsamet Dei sacrificia & oblationes retorquebant,

quebant, quod multorum malorum ipsiusque mortis causa est. Duo intendebat lex, quod de facultatibus suis Deo facerent oblationes, soluerentque primitias ac decimas: Et quod in iis offerendis, optima darent Deo: Offerentes autem infirmiora & indigna: primum quidem implebant preceptum; ac secundum violabant: quæ violatio erat in causa, quod neque primi observatio esset Deo grata, quin magis molesta & displicens. Unde per Isaiam dicit de illorum sacrificiis. *Facta sunt mihi molesta*. Præterea si hoc fieret à Leuitis, polluta etiam populi oblationes redderentur. Nam populus Leuitis dabat decimas, quarum decimarum decimas Leuitæ Sacerdotibus tribuebant, quod erat perniciosa ac si Deo immediate traderentur. Itaque quasi per gradus ad Deum ascendebarur, ut ex his, quæ populus Leuitis, & Leuitæ Sacerdotibus, una quædam fieret oblatio: quæ si vel ab his, vel ab illis ad propriam retorqueretur utilitatem, esse Deo grata non poterat. Si populus ignobilia impartiret, non poterat nisi & Leuita, cum ex sibi datis daret, tradere ignobilia. Si nobilia populus, Leuita verò ex his, quæ minus excellentiora foret, sibi pinguioribus referuatis, daret oblationem ipsam totam, tam populi quam suam polluebat. Quapropter callæ fiebant populi oblationes. Hac offerendi ratione nos instrui-mur, quod si in operibus bonis non Deum constituimus finem, illius gloriam solummodo querentes, sed commodum nostrum spectamus, nos in ipsis non Deum querentes, ipsa opera quantumlibet bona polluimus, ut non Deo placeant, sed displiceant magis. In his enim Deus ipse despicitur, quando quidem querit homo gloriam suam magis ac commodum, quam Dei honorem; & quod ad Dei gloriam constitutum est, id homo conuertit in suam utilitatem. Claram de hoc habemus querimoniam. *Ad vos* (inquit) *o Sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis. In quo despeximus nomen tuum? offerimus super altare meum panem pollutum, & dicitis. In quo polluimus te? In eo quod dicitis. Mensa Domini despecta est.*

Ad Sacerdotes pertinebat ponere in mensa panes propositionis calidos. Si hos non ex legis præscripto offerrent, dolet se Deus esse despectum, dolet despectam mensam suam. O si scires, quam Deum inhonoras, quando opera nostra bona, quæ sunt sacrificia iustitiæ, non Dei honorem affectant, sed hominis operantis emolumentum temporale! Ille est oculus, qui totum corpus vel clarum reddit vel tenebrosum. Quod dicit lex de oblationibus populi, quod polluerentur per Leuitas, sibi egregia referuantes; & quod dicit Christus de toto corpore, quod fiat tenebrosum, si oculus fuerit nequam; tu dic de omnibus operibus, quæ non ad Deum eiusque gloriam subleuantur, quod sunt polluta, quod sunt tenebrosa, quod etiam perniciosa. Nam in his Deus despicitur, eiusque nomen blasphematur. Sed in lege non audistis additum in fine: *Et mortamini?* callæ erant oblationes quoad utilitatem; sed, quod longè nocentius est, necis erant causa. Mortiferum est enim, gloriam Dei nobis ipsis tribuere. Numquid non stultus est, qui sibi diuinos arrogat honores? Stulto autem ac insipienti quid deberur? Audi Sapientissimum: *Flagellum equo, & chamus asino, & virga in dorso imprudentium.* Homini sic imprudenti æquæ ac iumentis insipientibus virga congruit. Num satis sunt verba, cum sit similis iumentis insipientibus, quibus non est intellectus ad intelligenda verba prudentiæ, flagellis utendum est; ut sic respiscant, ut via recta procedant; & aliò non diuertant.

Audiamus ergò Dominicam conclusionem. *Vide ergò ne lumen quod in te est, tenebra sint.* Cum qua illam coniungemus, quæ in textu expressa est. *Si ergò lumen, quod in te est, tenebra sunt; ipsa tenebra quæta erunt?* Sicut omni diligentia cauendum est, ne perdamus lumē oculorum, quibus solis videre possumus: non aliter studium est adhibendum, ut opera nostra recta intentionis claritate illuminentur, ut sint opera lucis & Dei digna conspectu. Alioquin si bona obscura sunt, quid mala? certè tenebræ ipsæ erunt. Quasi oculus, est opus bonum, quod lucis capax est.

Num. 4. 72

Num. 18. 32.

Num. 18. 32.

Prou. 26. 3.

4.

Luc. 11. 33.

At

At opus iniquitatis nullum admittit splendorem, nullam claritatem, in tenebris est & tenebræ ipsæ. Si itaq; opera bona tenebrosa sunt, quantis sunt tenebris obruta opera mala? Sanctuarium oculus quidam erat totius populi, in quo propterea erant septem lucernæ semper lucentes, & omnia illius splendida erant, ornata, pretiosa. Opera quæ in illo fiebant, cum essent erga Deum & modo singulari fiebant ante Deum, erant præcipua inter cæteras omnes populi operationes, quæ omnia potissimum in Dei gloriam consummabantur: ita quod hic maximè Deus glorificabatur. Hinc Dauid profuga in desertis cupidus canit: *In terra deserta, & inuisa, & iniquosa. Sic in sancto apparuit tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.*

Num. 8. 2. Quasi dicat: Tamesti vivo in solitudine, cogitatione tamen me statuo in Sanctuario ante te, ut tibi videam maiestatem & gloriam tuam.

Num. 18. 1. Iubet autem lex Aaroni dicens: *Tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu, & filij tui simul sustinebitis peccata Sacerdotij vestri.* At quid est peccata portare Sanctuarij & Sacerdotij? Id videtur Scriptura significare, dum illic subdit, quomodo à Sacer-

Num. 18. 4. dotibus & à Levitis deberet in loco illo sancto ministrari, ut sic sanctus haberetur locus ille, ne quouis modo pollueretur. Ideo Sacerdotibus imperat. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia Sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israël. Ergo locus ubi peccata remittebantur, à peccatis maximè seruandus erat. Qui erat oculus populi, ubi videbatur & manifestabatur gloria Domini. Sic mundus seruari videbatur, ut nihil iniquitatum introiret in illum. Quid hoc est, nisi quod iubet Dominus: *Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint?* Corpus per se tenebrosus est, si abest oculus. Populus in peccatis est totus, nisi per diuinâ præsentia in sanctuario emundetur. Sicut itaq; custodienda est pupilla oculi, ut corpus illuminetur: Ita locus Sanctuarij sanctus seruandus erat, ut eius sanctitas, qua crimina purgabatur,

in totum effunderetur populū. Quapropter sicut iniquitas Sanctuarij erat hæc ratione portanda, ut prorsus ab illo ablegaretur: Ita oculus intentionis nostræ, simplex; mundus, & rectus esse debet, ad eodē nihil in illo sit aliud, quàm gloria Dei. Alioqui quid prodest homini, si bonum operetur, quando bonū illud suum, ex defectu intentionis rectæ conuertitur in malum? Vides quanto studio dirigenda sit intentio? quam cautè ambulandum, ut in via Dei non declinemus, neq; ad dexteram neq; ad sinistram; sed rectos faciamus gressus pedibus nostris?

Ad quod verbis illis Domini vehementius prouocamur: *Si ergo lumen, quod in te est; tenebræ sunt; ipsa tenebræ quanta erunt?* Si bonū malè facis, quid erit de malo ipso quod per se malum est? si ieiunas, si Sabbathum custodis, si facis eleemosynas, si preces fundis, & in his oculus tuus nequā est, & distorta intentio, & lumen euasit in tenebras; quid tenebræ ipsæ? Ad gloriam mundi diuitias paras. Ad gloriam mundi splendide coniuuiaris. Ad gloriam mundi magnificas tibi domos, hortos, pomaria, piscinas, familias seruatorum & ancillarum, vestium ornamenta pretiosa. Ad gloriam mundi, si hominum consilia prætercerent, magnam operum nostrorū partem videremus respicere. Hæc omnia tenebræ sunt. At quantæ? si opera etiam bona propter distortam intentionē obtenebrescent, quid de malis operibus dicendū erit, quæ per se ipsa tenebræ sunt. Lucis gratia nedum expertes sed hostes?

Ab his nos Dominus studuit euocare nominibus lucis & tenebrarum. Sicut enim dulce est lumen, ita tenebræ sunt molestæ. Lauat lux, offendunt tenebræ. Paulus ut pariter euocaret, infructuosa dixit esse opera tenebrarum. Vbi è vestigio lucis fructus exprimit, dicens: *Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, Eplos. 1. 12* probantes, quod sit beneplacitum Deo, & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Sed o vitiam non essent nocua opera tenebrarum. Tam malum est cuiquam nocere, ut qui id facit, semper, si facultas est, se excuset. Vnde

Vnde Salomon: *Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo. Et cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci.* Fraudulenter hic nocet, occultè, absconditè, vt non sciatur; & si fuerit deprehensus, vt opus negare non possit, excusat intentionem dicens. Ludens feci. Sed quam exculationem afferes, si tu ipse tibi noceras? Noces autem si insipiens sis; sonante Pro-

1. Tim. 2.6.

1. Tim. 2.6.9.

Luc. 8.14.

uercbio. *Quomodo si nascatur spina in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.*

Volens Dominus Iesus amoris diuitiarum in nobis ignem extinguere, spinas illas comparauit, ostendens quòd vbi placent, ibi pungunt: & ne pungatur homo, ab illis se studeat elongare. Sic opera omnia, quæ mundi sunt, spinosa sunt, manus lacerant. Sed in manu ebrii nascitur spina, qui vino sepultus prauarum affectionum, quidquam velit facere, nata inuenitur spina in manu illius, qui punctiorem ipsemet sibi facit, se cruciat, se lacerat, se affligit, interimit semetipsum. Parabola est dictum sapiens: quod si ab insipiente dicatur, illum redarguit, pungit, criminatur.

Tit. 1.11.

In hoc enim sensu Paulus dicit, quòd hæreticus proprio sit iudicio condemnatus. Habet enim in ore Scripturam veritatis, quæ arguit illius falsitatem, quæ mendacem illum indicat, iudicat & condemnat. Hæreticus si habeat in ore Scripturam, quæ illum suæ falsitatis condemnat, nonne seipsum veluti spina cruciat? Sic, sic

Psal. 7.10.

Exod. 2.2.

33.

Num. 21.6.

sunt mala omnia, peccata omnia. Vnde vbi habemus nos in Psalmo: Consumetur nequitia peccatorum: habent Hebræa: Consumet nequitia peccatores. Populus in deserto testis est, quem sæpè peccata sua flagellauerunt. Heu ergò lucem diligamus, & tenebras à cordibus excutamus, & ab operibus nostris.

SECUNDA PARS.

Secundum enunciatum duplex est, continens propositiones duas, alteram generalem, videlicet. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Alteram specialem. *Non potestis Deo seruire, & Mammona.* Et prima quidem satis per se aperta videtur. Se-

Tom. 1. Belliniani.

cuada non parua gignit illa considerantibus admiratione. Prima si ample accipiat, vt se ad hominum vniuersitatè extendit, duabus causis innititur atque fundamentis. Vnum ex conditione serui oritur, alterum ex conditione Domini seu dominorum. Illud quidem, quia non potis est homo vnus duobus seruire: Non enim facultas est illi, huic & illi operam nauare sufficienter: illum sequi in via, huic in domo ministrare. Ex parte dominorum hæc est causa, quia possunt contraria imperare, quæ nullo se pacto simul in eodem homine compatiuntur. Primum ponit difficultatem. Secundum impossibilitatem. Hoc secundum Dominus spectasse videtur, dicens: *Aut enim vnus odio habebit, & alterum diliget. Aut vnus sustinebit: & alterum contemnet.* Vbi apparet contrarietas eorum, quæ sunt dominis exhibenda, propter quæ impossibile est, eorum vtriq; eisdem pariter inservire.

Vbi traditur ex verbis istis Domini Iesu, quòd ipse loquitur de perfecta, atq; ex omni parte completa seruitute. Seruitus enim ista, non corpus tantum admouet in obsequium Domini sui, verum etiam animum, atque idè totum hominem; de qua seruitute loquebatur Paulus, dicens: *In 2. Cor. 10. 5.*

captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Non enim sola corporis seruitute Christus contentus est, rationale postulat obsequium, rationem petit, intellectum, mentem: quia totum hominem sicut creauit, ita addixit suæ seruituti. Hinc Moyses: *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo & in tota anima tua, custodiasque mandata Domini.* Si autem illi seruiatur in toto corde & anima, non aberit obsequium etiam corporale; atque ita seruus seruorum erit homo Domini Dei sui. Propterea Christus partes interiores exprimit. *Odio habebit, aut diliget. Sustinebit, aut contemnet.* Et in duas illarum distribuit rationale obsequium, sicut in Domino duo sunt, quæ perfecta seruitus respicit. Si Dominus est,

In 2. Cor. 10. 5.

Deut. 10.

12.

- Malac. 1. 6.* reuerentiam exigit. Hinc in Malachia: *Si ego Dominus, ubi est timor meus?* Seruitus autem in hoc stat, quod fiat voluntas Domini. Inde alibi Christus: *Quid autem dicitis mihi: Domine, Domine, & non facitis, quae dico?* Domine, Domine, forte dixit propter Maiestatem & voluntatē, cui propterea debetur & timor & amor: quae duo etiam Moyses hic supra tetigit: *Vi timeas, (inquit) Dominum Deum tuum ac diligas eum.* Quae duo, seruitus plena complectitur. Quod innuit addens: *Ac seruias Domino Deo tuo.* Et vide si non haec duo sunt illa, quibus Christus declarat seruitutem contineri. *Vnum diligit: Vnum sustinebit. Alterum odio habebit: Alterum contemnet.* Vbi nota, quod sicut contraria sunt amor & odium, ita sustinentia & contemptus. Quid autem proprie contemptui contrariatur, nisi reuerentia & existimatio? Ergo haec est sustinentia, de qua loquitur, nempe reuerentia, quae debetur Maiestati. Timor itaque & amor veram perficiunt seruitutem. Amor autem comitem habet obedientiam, dicente Domino: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Ergo plena seruitus atque perfecta, stat in reuerentia & obedientia ex charitate, quae toto corde exhibetur atque omnibus viribus; quam impossibile est duobus Dominis exhibere. Nam summus amor & timor vni soli conuenit: quia vnus solus Altissimus est, qui est super omnes & super omnia. Et ita vera est sententia Domini. *Nemo potest duobus Dominis seruire.*
7. Hae si ad speciale enunciatum applicentur & clariora fiunt, & vtilius considerantur. Quod est. *Nemo potest Deo seruire, & Mammonae.* Ad cuius considerationem maxime modus loquendi Dominus inuenit, quo ad nos sermonem suū conuertit: Non enim dicit: *Nemo potest seruire Deo & Mammonae*, quemadmodum dixerat: *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Sed praesentes cōpellans, nosque omnes ad intentam audientiam excitans, ait: *Nemo potest Deo seruire & Mammonae.* Vbi primum aduerte, quod duos inter se diuersos, sibi que aduersos proponit Dominos: Deum videlicet & Diuitias. Quod Do-

minus sit Deus confitentur omnes. Quod & Diuitiae dominentur, habet Salomon, dicens: *Pecunia obediunt omnia.* Secundō aduerte, quod duo illa, in quibus est seruitus, & quae in Deo seruitute existere demonstratam est, in diuitiis identidem inueniuntur. Primum est existimatio, vnde oritur reuerentia & confidentia; de qua sic Propheta: *Argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines.* Magnum quid reputantur diuitiae: quod multum valeant & possint; propter quod & adorantur: sicut Apostolus auaritiam vocat idolorum cultum, quae est Maiestas quaedam illarum, ob quam exhibetur illi & reuerentia & cultus, vnde oritur & confidentia; ut qui diuitijs pollet, se posse multum fidat. Hinc amor proficiscitur & obedientia, vnde sollicitē quaruntur, ac diligenter custodiuntur & asseruantur. Atque hoc pacto illis homo seruit, tanquam Domino suo. Quae seruitus sic diuinā seruituti contraria est, ut vna alteram excludat, & vera sit sententia. *Non potestis Deo seruire & Mammonae.*

Consona ergo hinc sequitur conclusio, s. ut à diuitiarum seruitute abstinemus, atque ab ea tantum elongemur, ut ne infimum minimumque gradum tam vili atque indignae seruitutis attingamus. De quo propterea gradu statuit Dominus istā conclusionem. *Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis anima vestra, quia manducatis; neque corpori vestro, quia induamini.* Quam denique conclusionem rationibus alijs confirmat, ita pergens. *Nōne anima plus est, quam esca? & corpus plus, quam vestimentum? Respicite volatilia caeli, &c.* Sollicitudo etiam necessarium, speciem habet quandam partemque vel minimam huius vilissimae seruitutis, quā se homo diuitiis subdit: à qua etiam parte, ut minima sit, decernit, ac iubet Dominus, ut longē recedamus. Quae iussio plena proculdubio est Diuinā Sapientiae. Quam Sapientiam ut intelligas, aduerte haec tria, dominorum differentiam; serui excellentiam; atque ipsius seruitutis miseriae omnis experientiam.

Et a primo exordiens, considera amabote, quam

te, quam longè distent, Deus & Diuitia. Ipse Altissimus, ista Inferiores, quæ pedibus proceruntur. Ipse viuens ac vita ipsa; ista quid mortuum vitæ carens. Ipse intelligens, ipsissimaque Sapientia; ista vt mortuæ sunt, ita intelligentia sunt vacuæ. Quæ duo mala Idolis tribuuntur, quæ non intelligunt, quia aures habent, & non audiunt; oculos, & non vident; nares, & non odorant, neque viuunt; quia manus habent, & non palpant; pedes & non ambulant, neque spiritus est in ore ipsarum. At viuo ego: Dicit Dominus. Si dicit, verbo dicit. Verbum autem est sapientia eius: ergò viuunt, & sapit viuens, & sapiens. Deus magnus est & immensus: Diuitiæ quid modicum sunt, & multò minus ab hominibus possidentur. Vnde vnus Deus, idemque prorsus bonum omnibus, et si infiniti essent, sufficientissimum est, cunctorum plenè desiderium satians. At illa vt angustæ in se sunt, per partes possidentur, & ne vnum quidem hominem, illas amantem, vim habent satians. Manet ille æternus; transeunt ista; fugiunt & euanescent. Et quid illa sint, quod sunt, à Deo sunt, in manu illius sunt, & cui vult datillas, & ab eo tollit. Et quid opus est cum Deo conferte terrenæ: cum immortalis caduca: cum manente pereuntia? cum saluatore perditionis? cum potente debilia? atque inania & vacua cum illo, qui est omne bonum? Non est similis eius in Diis, Domine; & non est secundum operatua. Dij non dilatantes; diuitiæ non locupletantes; statua, non statuantes; nunquid Deo componitur, qui dirat & subleuat? suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem?

Quantum laborat Ieremias, monens populum, ne cum captiuus fuerit in Babylonia, putet Idolagenticum Deos esse? annuntiat illis ex Dei præcepto futuram captiuitatem & monet, ne ab illa Deorum apparentia gloriosa seducantur, existimantes illos esse Deos. Videbitus (inquit) in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, obstantes: matum gentibus. Videte ergo, ne & vos similes effectamini factus alienus, &

metuatis. Visa itaque turba de retrò, & ab antè adorantes dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari, Domine. Et ad longum facta de illis mentione, sæpè concludit. Vnde vobis notum sit quod non sunt Diu, id plurimis demonstrans, apertisque rationibus. Hoc Christianis, qui Christo dicunt: Domine, Domine; vehementibus ac fortioribus rationibus ingerendum esset, ne diuitias venerarentur, ne in illis fiderent, ne diligenter illas, non sperarent in incerto illarum, non illis obedirent, sed dicerent in cordibus suis, idque operibus patefacerent: Te oportet adorari, Domine: & clamarent cum populo: Dominus ipse est; Reg. 18. Deus. Dominus ipse est Deus. Num igitur sic aurum Deo comparabimus, vt Deo anteponamus? vt Deum qui fecit nos, derelinquamus; vt adoremus opera manuum nostrarum? vt lutum factori suo, omniumque, quæ facta sunt, auctori præponamus? Ergò Deo viuo & vero derelicto, adorabimus vitulum, quod aureus sit? dicemus cum perfidis? Hi sunt Diu tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Egypti? Diuitijs diuinos tribuemus honores? quasi per illas viuamus, ab illis proregamur, ob illas honoremur, in illis beatificemur, cum illis iucudemur & consolemur? Vobis notum sit, quod non sunt Diu, non Domini, non dignæ quibus honor tribuatur aut amor.

Consideret iam homo suam excellentiam, si dignum aut iustum est, vt ea colat, quæ sensu carent & vita; vt ea diligat, quorum amor ea ipsi inutilia reddit; & iis seruiat, quarum seruitus præmium non accipit aliud, quàm labores, quàm molestias, quàm rixas, quàm ærumnas; vt lutum veneretur; vt quæ illi inferiora sunt, ea sibi eleuet supra caput, usque tanquam Domino suo vero subdatur. Qui facit hæc, non monebitur à Sapiente? Non cognoscat stultitiam suam? Non reuertetur ad mentem? Piger ab omnibus vituperatur, & sibi tamè cæteris sapientior esse videtur. Sapientior sibi piger videtur septem viris; loquentibus sententias. An nō sapientior sibi videtur & cæteris, qui congregat sibi diuitias? Nam & in laudibus mulieris fortis

Psalm. 115. 5.
Num. 14.
Bar. 6. 14.
Psalm. 115. 7.
Bar. 6. 3.
Psalm. 115. 8.
Psalm. 115. 9.

Reg. 18.
Exod. 32. 4.
Bar. 6. 14.
Pro. 26. 16.

Prov. 37.
29.

dicitur: *Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa est uniuersas*. Et tamen quoniam huiusmodi in vanum laborauerunt, stulti facti sunt, se infinitis raiſcentes quaestionibus. Vnde enim bella, lites, discordia, rixae, nisi ex diuitiis, quas volūt omnes, quas vt habeant ipsi ab aliis auferunt, vnde bella, & lites? stultus est piger, qui natus ad laborem otio marcescit; stultus est cupidus, qui bonis, factis ad commodum, vitur ad damnum. Mulier illa de sollicitudine rationabili laudatur, non de affectu erga diuitias.

Iam tandem de incongrua atque molesta hac seruitute dicamus, quod indecens est, quod nocens est. Num fiducia aut reuerentia diuitiis exhibenda est? quoniam etsi essent ad adiuvandū valentes, & praestō desiderantibus essent, fallaces sunt, incerta sunt, lutum sunt, cui si innitaris, cedit, & recedit. Cur putas monet Apostolus Timothaeum, vt diuitibus huius saeculi praecipiat, non sperare in incerto diuitiarum suarum? vana est spes in diuitiis sita; ergo indecenter quis fide in illis. At verō etiam cum detrimento id facit, multorum enim malorum radix est cupiditas. Arguit Salomon eum, qui videns inter se litigantes & rixantes, se illorum rixis immiscet, ita contra se illos prouocans, & hac similitudine illum Sapiens criminatur. *Sicut qui apprehendit auribus canem: sic qui transiit impatiens, & commiscetur rixa alterius*. Quomodo impatiens, aliorum te existimas impatientiā compeſcere? Vide, ne dum aliis pacem putas dari, illam tu ipse perdas. Sed o quam cupidus congruit ista similitudo? canis animal est irritabile, & maxime si auribus teneatur: quod faciens, molestia se tradit, magnoq; periculo: tenere non potes, sine molestia, cane se excutiente & conante liberari. Si laxas, num morsum illius poteris euitare, qui illius ori propinquas habes manus? Diuitia, diuitiz sunt canis iste; tenere non potes sine labore & molestia, relinquere sine miseria. Auribus tenes, quasi te sint auditura tibi; blanditura: Sed nō audient: laborabunt autem, vt se de manibus tuis excutiant, tibi ipsi laborem crean-

1. Tim. 6.
17.

1. Tim. 6.
10.

Prov. 26.
17.

tes: quas si dimiseris, perinde eris ac si a cane mortus sis. Dimissa igitur misera ista seruitute, Deo seruiamus, cui soli seruitus debetur, honor, & gloria. Amen.

MORALE.

O Veritas! quae tam potens es, cur te dimittis à vanitate luperari? vinci à fallitate? cur ibi obscuraris, vbi tu magis splendes? cur vbi dominaris, ibi fugaris? Quid clarius apparet, quam quod omnia *vanitas sunt, & vanitas vanitatum?* Mundus transiens per se se suam ostendit instabilitatem. Bona illius iugiter locum mutantia, atque hinc inde tranſeuntia, se transitoria esse clamant voce propria: rerum omnium temporalium incomprehensibilis confusio, alta veluti praconis voce loquitur, in his nullam quietem posse reperiri: veritas in vanitate se manifestat, dum vanitatem ipsam omnibus manifestat. Quando iussit Deus, vt ex vacca rufa fieret cinis, qui aqua lustrationis misceretur, id fieri praecipit palam & coram omnibus. *Elazar (inquit) educam extra castra, immolabis eam coram omnibus, comburetq; eam cinis videntibus.* Cinis quid notat, nisi finem rei, & illius consumptionem? Qui vaccam immolauerit, Sacerdos videlicet, qui combusserit eam, qui cineres effuderit in loco deputato, omnes isti erant, per hoc quod fecerant, immundi: qui autem ex aqua, in quam cineres immitebantur, lotus fuisset, mundabatur. Vt sint nempè cineres, multitudini (inquit) filiorum Israël in custodiam, & in aquam aspersionis, quia pro peccato vacca combusta est. Vnde cinis? vnde consumptio? vnde interitus? ex peccato. Quia peccauit homo, in puluerem mortis reductus est. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus: posuisti enim iniquitates nostras in conspectu tuo.* Propterea illi immundi omnes. At si aqua cum cineribus aspergamur, inde mundamur. Vnde rerū est vanitas, tranſitus, corruptio? ex iniquitate. Vanitatem hanc, corruptionem, cineres, applica tibi cum aqua ex fonte lacrymarum procedente, qui est

qui est oculus, & ecce omnia muuda sunt tibi. Quare ergo iacet Deus, ut hæc resolutio in cineres fiat, cunctis videntibus; quia ipsa est omnibus manifesta; nullum mortalium latet nos esse mortales; testatissima est omnibus rerum vanitas; exploratissima est omnium mundanarum rerum consumptio. Id restat, ut quod scimus, testemur; quod nouimus, consideremus; quod manibus iugiter atrectamus, oculis ac mente cautè attendamus. Ecce veritatis claritas, potestas, dominatio. Nihil enim manifestius in hac vita, sicut morte nihil est certius. Et in nulla tamen re alia sic aberrant homines, sicut à vanitate irriuntur, à falsitate decipiuntur, adeò ut totus sit mundus in maligno positus; ut sit omnis homo mendax, & deficiat sanctus, & diminuta sint veritates à filiis hominum. Non enim solum vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum, sed ipsi sibi diligunt vanitatem, ipsi sibi quaerunt mendacium, tenebras diligentes, veritatem odio habentes, neque illam in domum suam recipientes.

II Heu! curabi ipsa veritate non recepta excutiendus est puluis de pedibus? Pedes quid sunt, nisi finis vite, sicut vltima sunt corporis pars? quid ergo puluis iste est, nisi cinis & puluis mortis? Veritas dum reiicitur, ipsa mortem obicit se repellentibus, sciant se propter hoc morituros. Acceptet in hoc veritatem, quæ vnde reiicitur, illuc regreditur. Adam quia veritati assensus non est, veritatem expertus est, quæ ab oculis est fugata, ad manus reuerfa est, & ad totum hominem, qui quod fide non accepit, hoc re ipsa recipit. Vocem illam non audisti? *Morte morieris*; Rem sentis, quod morte moriaris. Vanitas & veritas obuierunt sibi, ut vbi vana est veritas, vera ibi sit vanitas. *Verè enim* (inquit Propheta) *mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.* Si verè mendacium, veritas mendacio coniuncta est, ut ostendat mendacium verè mendacium esse, atque vanitatem nihil prodesse. Ecce mendacium sine veritate. *Audite verbum Domini viri illusores, dixisti enim: Percus-*

simus fidem cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium, spem nostram, & mendacio protecti sumus. Putabant isti non tangi à tribulationibus, quas mortis & inferni nomine notat Propheta, quasi ipsi conuenerint cum illis, ut ab eis non tangerentur; Quod quia falsum erat: neq; enim, ut putabant ipsi; ab ipsis tribulationibus fuerunt immunes: Propterea dicit Propheta, quod in mendacio sperauerunt; quod ipsi tamen non mendacium reputabant. Intellige namq; quod sperabant in re, quæ mendacium erat, id est non erat eos saluatura & protectura. Sic est omnis, qui sperat in rebus vanis, quæ non profunt in tempore necessitatis. Et propterea dicuntur confidere in nihilo: sed tunc vanitas apparet cum veritate, quando in necessitate homo constitutus, ab iis, in quibus confidebat, derelinquitur. Quod Isaias notat, subdens: *Subuertet grando spem mendacii, & protectionem aqua inundabunt; & delebitur fides vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans, cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quando cunq; pertransierit tollet vos.* Hoc clarum est; hoc manifestat experientia; hic veritas radios suos effundit clarissime; nemo est, qui non experiatur, qui non confiteatur, se à mundo deceptum, delusum, confusum. Sed verius dicite, & viri illusores; Nos, nos ipsi sumus illusores nostri; ipsi nos nobis illudimus, decipimus nosmetipsos, nobis ipsis persuademus, quod falsum esse quotidie experimur. Si dicebant veteres illi: *Verè mendacium possederunt Patres nostri.* Dicite vos: Verè mendacium possedimus, vanitatem, quæ nobis non profuit. Hoc verè dixeritis.

Sed veritas ista quæ præualet, ut vanitatem cognoscatis, non præualebit, ut eam derelinquatis? & vltra eam spem mendacii non ponatis? Verba hæc Ieremia: *Verè mendacium possederunt Patres nostri; quæ diximus esse antiquorum, nostra magis sunt, de nobis prædicta sunt.* Postquam enim Iudæis illorum exterminium com-

Jer. 16. 19. *innatus est; subdit illico: Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terra; & dicent: Verè mendacium possederunt Patres nostri. Nos hæc dicimus, confitentes, quòd Patres nostri Idola adorantes & gentilitèr viuentes, longè erant à veritate, mendacio nitentur. Cur illuminatos habentes oculos cordis nostri ad cognoscendam vanitatem Patrum nostrorum, ad cognoscendam nostram cæci sumus? Si fides antiquorum errorem nobis reuelauit, quare fides, cum tibi coniuncta experientia, nostrum nobis non reuelat errorem? nos nostra non admonet vanitatis, deceptionis, illusionis, damnationis?*

Jer. 16. 20. *Nunquid factus sibi homo Deos, & non sunt Dii? Iam ultra quod fecerant Patres nostri, non facimus nos, vt adoremus Deos illos veteres; sed alii loco eorum surrexerunt. Quid verò aut qui? Id, quod colimus, quod diligimus, quod quærimus, in quo confidimus, congregantes nobis auaritiã malam, Mammona seruientes, quòd est Idolorum seruitus. Hos, hos Deos nobis facimus, & non sunt Dii tamen. Si Dii sunt; surgent, & opulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Sed neque dare diuitias possunt. Hominem à morte non liberant, neque firmum à potentiore Homine: cum ad usum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt. Vidua non miserabuntur, neque orphanis beneficient. Sicut enim vas hominis confectum inutile efficitur, ita sunt & Dii illorum. Clara est, & quæ nunquam marcescit veritas, ipsa de bonis istis temporalibus decernens ita clamat. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole: Et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Quod de lingua dicitur, & de ore, de manibus verum est, quia per verbum sæpè intelligitur opus in Scriptura.*

Deut. 32.

Bar. 6. 34.

Eccles. 1. 2.

Prou. 26.

28.

Pro 31. 30.

Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Fal-

lacia est diuitiarum, opus fallax omne illud est, quod fallacis intendit, & non sequitur veritatem. Quid igitur expectandum? operatur ruinas. Vnde tot tantæque ruinae in vniuerso, nisi ex eo, quod non amatur veritas, diligitur vanitas? Vnum opus fecit Achan, diuitias diligendo & furtim subtrahendo, & percussus est populus, pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est. Aduersitas, quam primum populus ingressus in terram promissionis passus est, ex auaritia processit. Vt sit signum quòd illa minus operatur. Cauete ergò ab omni auaritia, & in tantum ab ea recedite, vt ne sollicita sit tu anima vestra quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Tanta est Deo cura, vt auaritiã abiciãt, vt ipse se nostrum constituerit curatorem & tutorem, vt id velit nobis persuasissimum esse. Quapropter id ratione demonstrat, atque conuincit hoc argumento: quod qui maiora suppeditat, in minoribus non deerit, qui minora curat diligenter, maiora non deferet. O documentum nostrum, quod ex diuino argumento sumendum est. Tu cur minora tantum attendis? Non ob aliud Deus infima considerat, nisi vt superioribus prouideatur. Alimenta, & quibus tegamur, cur in mundo sunt? vt iis aliamur nos, tegamur nos. Tu insipiens, te neglecto, mente ac sollicitudine ad ima descendis? plus tua inferiora curas, quàm reipsum? quàm celestia? quàm Deum? Volucris prospicit Deus, vt tibi sint in obsequium, in exemplum, in stimulum: & tu tantum prouisorem tuum oblitus, tu tibi vis prouidere? Volucres sunt, volantes, veloces ii, quibus à Deo prospicitur de transeuntibus, & fugientibus, & tui, qui manes, qui immortalitati dedicatus es, obliuiscitur Deus? Tui recordatur ipse, ergò & tu in mente habeto Deum, qui p. l. i. te à iuuentute tua, pasturus in aeternum, modò non adhaereas terræ. Quod nobis concedat. Amen.

FERIA VI. DOMI-
NICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Ego sum qui loquor. &c. *Ioan. 4. 25.*

ARGUMENTUM.

Christus est verè Saluator. Salus nostra duo exegit in Christo; Videm, qua nobis veritatem & Euangelium fideliter annuntiaret; & Lenitatem, qua vt agnus mansuetus portaretur ad vitam.

QUANDO tam Solemnis confessio, tam manifesta prædicatio fit de Salvatore nostro, vt publicè dicatur in Cimitate Samaria. *Ipsi audiuimus; & scimus; quia hoc est verè Saluator Mundi.* Dignum & iustum est, vt tantum beneficium cõsideremus, gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit hac perfecta salute; *De qua salute (inquit Petrus) exquisierunt, atque scrutati sunt Propheta, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt.* Atque eò magis quod videmus, quam leniter ac suauius sit nobis propositum, reuelante illud Domino Iesu mulieri peccatrici, cum qua tam affabiliter loquitur, vt inde quoque discipuli admirati sint quod eum muliere loqueretur.

Dulcissima & clarissima ista verba; *Ipsi audiuimus & scimus quia est verè Saluator mundi;* profectò apertis auribus, cordeque intensissimo à nobis excipienda sunt. Quid enim dulcius esse potest? quid nobis gratius? quid vtilius quam quod adfit, qui verè saluare possit? cuius proprium munus sit saluare, adeò vt nomine sibi proprio rectè appelletur Saluator? Cuius sit tanta saluandi vis, vt terminis cuiuscunque regionis non determinetur aut claudatur, sed sit salus eius vsq; ad extremum terræ? qui per-

sonarum non sit acceptor? qui non sit Iudeorum tantum Saluator, quamuis olim dicebatur Saluator Israël, sed & gentium, & Saluator omnium hominum, vt aptè, & sanctè, & verè dicatur: *Saluator mundi?*

10. Qui præterea non habet munus tantum saluandi, verum & potestatem; neq; hanc quoque duntaxat, verum & voluntatem & promptitudinem præstandi, quod iustus est facere, munusque obeundi suum, quod illi mandatū est; adeò vt verè dicat: *Meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius:* Quod opus quoniam sit, expressit ipse dicens: *Veni filius hominis, querere, & saluum facere quod perierat.* Vt merito scripserit Apostolus: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Id denique, quod nos vehementius ad illum obuiis brachiis Spiritus excipiendum moueat, hoc est, quoniam cum sit *Saluator mundi*, plenè affert ab omnibus malis, miserisq; liberationem atque salutem. Si enim ab vno aut altero malo nos saluos faceret; si corpora curaret tantum; si rem perditam restitueret; si in throno gloriae huius mundi reponeret abiectos; si de stercore erigeret pauperes; si afflictos consolaretur; postremò si animam saluam faceret, neque totum hominem sanum faceret, non verè esset *Saluator mundi*: quia non ab omnibus malis, que in mundo sunt, eriperet homines huius mundi, atque adeò ipsum mundum. Nunc autem liberat in omni malo, replet omni bono. Ergo hic est verè *Saluator mundi*. Vt nemo sit, qui se abscōdat à calore eius, à splendore eius, à vigore eius, ab amore eius, ac demum à salute eius. Adde; quod verba ista prolata sunt ab hominibus, qui audientes mox crediderunt, mox prædicauerunt; & ad populum illū pertinent, de quo ipse iam olim dixerat in Psalmo: *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: In auditis auris obediuit mihi. Filij alieni mei tibi sunt mihi; Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à seminis suis.* Populus ille promptus ad audiendum est populus nouus, noua sponsa, sancta videlicet Ecclesia. Filij alieni sunt illi, de quibus dixit. *Filij Regni eiciētur in tenebras exteriores;*

Mat. 8. 12.

teriores; qui videlicet fuerant filij, sed alieni facti sunt, inueterati sunt, non sequentes vestigia patrum suorum, sed ab eis declinantes, & claudicantes. Ergo vox ista potissimum ad nos pertinet, vox Patrum nostrorum, vox matris nostre; vox mundi restituti, vox cœlorum, de quibus scriptum est. *Ecce ego creo cœlos novos, & terram nouam.*

2. Ut autem vocem istam intelligamus, verba ipsa diligentius expendamus. Cum maiorum omnium illuuiis prodierit peccato: nam *per peccatum mors in hunc mundum intrauit*; mortis autem nomē mala omnia comprehendit, vt tam perniciosus effectus tollatur de medio, os obstruatur fontis illius, vnde procedit, necesse est. Ergo salus vt sit, & ordinata & perfecta postulat; vt tollatur peccatum mundi, quod mundum corrupit, damnauit, destruxit. Solus autem tollere, ferre, atque auferre potest peccatum mundi, qui inter mortuos liber est, & inter peccatores sanctus, vt princeps huius mundi nihil sui in illo inueniat, neque mortis, cuius ille habet Imperium; neque peccati, per quod ille idem factus est princeps mundi huius, & Deus huius sæculi. At vbi iste est ita segregatus à peccatoribus, sic a mortuis elongatus, ad eum excellior cœlis factus, vt de hoc mundo non sit, cuius mundi, qui princeps est, homicida est; & propterea omnibus profusus hominibus valeat verè dicere: *Vos de mundo hoc estis; ego non sum de hoc mundo Vos de deo sum estis; ego de supernis sum: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccatum mundi!*

Agnes inquam Dei, non mundi; Agnus immaculatus, qui propterea aliena peccata sic ferre potest, vt ab eis non inquinetur, sed perseueret immaculatus, & Agnus Dei. Hic est, de quo dixi: *Hic est verè Saluator mundi.* Sanctus, innocens, impolutus.

Qui autem sanctificauit illum, & misit Saluatorem mundi, vt saluetur mundus per eum; In fide & lenitate ipsius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Quid quidem de Moyse scriptum est in figura Christi; Scripsit enim de magno illo Propheta Moyse Sapiens. Dilectus Deo &

hominibus, cuius memoria in benedictione est: similem illum fecit in gloria Sanctorum. In fide & lenitate ipsius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Proculdubio memoria Moyse in benedictione est, quando quidem de illo tam gloriosa scribantur atque dicantur: Et hæc maximè, quod fuerit dilectus Deo & hominibus, & in fide & lenitate ipsius Sanctum fecit illum. In his maximè factus est similis Sanctorum gloriæ, quin magis Sancti Sanctorum, qui est Christus Dominus; cuius fides & lenitas hodie potissimum toti mundo fit persuasissima. Paulus Apostolus Moyse considerauit secundum id, quod de eo scriptum est, quod *fidelis fuit in omni domo Dei*; & in hoc illum attendit, vt Christo similem, qui tanquam filius fidelissimus fuit in domo sua. Vbi Moyse tanquam seruus fidelis fuit in aliena. Rursus de Moyse scriptum est, quod *missimus fuit super omnes homines, qui morabantur in terra.* At Dominus Iesus dicebat: *Discete à me Quia sum mitis, & humilis corde.* Fidelitas fuit in obtemperando Deo, fideliterque referendo verba Dei ad populum. Quanta ergo fidelitas Christi, qui dicit: *Meus estus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt per ficiam opus eius.* Et quam fideliter exponat, quæ audiuit à Patre, hinc patet, quod dignatur de iis loqui cum muliere sola, quæ non erat de populo, & erat valde peccatrix, quæ post quinque viros, quos habuerat, tandem cum alio illicitè miscebatur: cum hac (inquam) sic loquitur de cœlestibus, vt tandem illi diceret manifestè. *Ego sum Christus.* Et nunquid non & lenitas ipsius in hoc fit manifesta, cum tali muliere longum suauissimumque miscere sermonem, quo ad altissimis Diuinæ Sapientiæ mysteriis illam instruxit? Postremò, & per eandem & per se ipsum ita gentem illius ciuitatis imbuuit sua doctrina, vt liberè confiterentur. *Audiuimus & scimus quia hic est verè Saluator mundi.* Meritò itaque dilectus est Deo & hominibus, Deo in fide, hominibus in lenitate. Deo quippe fideliter obsequens diuinam meruit dilectionem tanta verò cum hominibus mansuetudine ac leni-

Isa. 65. 17.

Rom. 5. 12.

Psal. 87. 6.

Ioan. 14. 30.

Heb. 1. 14.

Heb. 7. 26.

Ioan. 8. 44.

Ioan. 8. 22.

Ioan. 1. 29.

Heb. 7. 26.

Ec. 4. 5. 4.

Ec. 4. 5. 1.

lenitate, & ad infimos quosque se demit-
tens omnium hominum in se prouocauit
affectum.

3 Cum autem mulier illa Samaritana, fue-
rit & figura & praeambulum Gentilitatis
ac veluti mater nostra, merito nobis Chri-
stus debet esse dilectus. Vnde & sponsa i-
psa vera mater nostra suum illum dilectum
appellat electum ex millibus, nempe quia
elegit eum ex omni carne; sanctificatus a
Patre missus est in mundum, vt illum san-

ctificaret. *Hic solus Filius Dei unigenitus.*
Hic solus Deus & homo Hic solus Saluator
mundi. Hic solus Messias, qui est Christus,

*Rex, & Sacerdos secundum ordinem Melchi-
sedech, qui fecit redemptionem plebis suae, &*
*saluum facit populum suum a peccatis eo-
rum* Hic solus, verbum caro ex omni car-

ne, in quo solo, & non in alio aliquo *Salus ex*
ludaeis est. Non ab re igitur querit illum
sponsa tam diligenter, vt etiam adiuret fil-

ias Ierusalem, vt si illum inuenerint, illi
patefaciant amorem suum, quae se exhibet
socias ad illum queritandum. His aenig-

matibus innuit Salomon quod *Salus ex*
Iudaeis est, & quod Gentiles adiuti a Iudeis,
querunt, & inueniunt Christum, quod est

17 *mysterium hodiernae lectionis.* Nam &
Gentiles expectabant Christum, qui est
desideratus cunctis gentibus; quapropter
dicit mulier. *Scio quia Messias venit, qui*
dicitur Christus. Et venturum Iudeus scie-
bat, ided audito ab illo, cui dixerat ipsa.
Quomodo tu Iudaeus cum sis? Ego sum Chri-
stus: mox credidit, illumque praedicauit.

4 Nos ergo de illo consideremus, quod
fatigatus ex itinere, se omniu declarat Sal-
uatorem, quoniam sua fatigatione Salua-
tor factus est mundi. Ad hoc enim missus
est. Salus autem duo requirebat; Fidem &

Lenitatem Christi. Fidem, qua fideliter e-
uangelizans verbu Dei ac voluntatem Pa-

tris; Lenitatem, qua Agnus mansuetus por-
taretur ad victimam, tradens seipsum pro

nobis oblationem & hostiam Deo in odo-
rem suauitatis. Quae duo excellenter in
Moysen figurata sunt. Primu quidem, quia

lex per Moysen data est. Vnde Paulus: *Lex*
data est per Angelos in manu Mediatoru Si-
cut autem Moyses, verus illud testamentu

Tom. I. Bellinsani.

promulgauit. Ita Christus noui Testameti
mediator est, & missus est euangelizare
Regnum Dei. Vnde Sapiens hoc specialiter
ponit in laudibus Moysi. Et dedit illi

coram praecpta, & legem vitae, & discipli-
nae, docere Iacob testamentu suum, & iu-
dicia sua Israell. Videtur autem, quod lenitas
Moysi, labores, mansuetudo, sufferentia,

qua per quadraginta annos sustinuit duri-
tiam populi illius durae ceruicis, qua sem-
per contentiose egerunt, sufficiens sit figu-
ra patientiae & Passionis Domini nostri Ie-
su Christi. Attamen vt excellentius etiam
in hac parte Saluatorem nostru, qui factus
est obediens vsque ad mortem, figuraret

Moyses, ipse quoque per obedientiam mor-
tuus est. Sic enim de illo Scriptura loqui-
tur: *Locus est Dominus ad Moysen. Ascen-*
de in montem istum Abarim, & morere in
monte. Postmodum vero: *Mortuus est*
ibi Moyses, seruus Domini in terra Moab,
iubente Domino, & sepeliuit eum. Nemi-

nem certe inuenies, ita iubente Deo mor-
tuum esse, cui dixerit Deus: *Morere: vt*
esset figura insignis Domini nostri, qui
oblatus est, quia ipse voluit Patri obedire.

Vt (inquit) cognoscat mundus, quia sicut
mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Rati-
onem apposuit Deus cur Moyses more-

retur, ne ingrederetur terram promissio-
nis. E contra *videbis terram, & non ingre-*
dieris eam, quam ego dabo filiis Israel. Et
postmodum: *Vidisti eam oculis tuis, & non*
transibis ad illam. Mortuusque est ibi. Sed

quando transfiguratus est Iesus, apparuit
cum illo & Moyses in claritate. Ergo ante
mortem ingredi non potuit, terram prom-
issionis. Post mortem apparuit in illa
gloriosus: cur hoc: *Quia oportebat Chri-*
stum pati, & ita intrare in gloriam suam; vt

nedum mortem Domini sua morte praer-
ferret, sed & illius fructum premonstraret.
In fide ergo & lenitate Christi, Pater san-
ctum fecit Filium suum, vt sanctificaret
populu, tum per sermonem, tum per sangui-

nem suum. De sermone quippe dicebat i-
pse ad Patre: *Sanctifica eos in veritate. Ser-*
mo tuus veritas est. De sanguine Apосто-
lus: *Vt sanctificaret per suum sanguinem po-*
pulum suum, extra portam passus est.

Luc. 24. 26

Deut. 32. 52

Deut. 34. 4

Mat. 17. 6

Ioan. 17. 17

Heb. 13. 9

Ec. 45. 6.

Phil. 2. 8.

Deut. 32. 49

Deut. 34. 50

Isa. 53. 7.

Ioan. 14. 31

Deut. 32. 52

Deut. 34. 4

Luc. 24. 26

Ioan. 17. 17

Heb. 13. 9.

- Mat. 10. 38.** Vt autem hæc duo præstaret, vnxit eum Deus Spiritu Sancto. Vnde dicitur Christus, id est, vnctus. Quod prædixerat Isaias, cuius Prophetiam ipsemet voluit declarare, & hoc statim quando cepit prædicare Euangelium suum. Ingressus quippe in Synagogam surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ: & vt renouit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat: *Spiritus Domini super me: propter quod vnxit me: Euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corda: prædicare captiuis remissionem, & cæca visum: dimittere confractos in remissionem: prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Et cum pleuisset librum, cepit dicere ad illos. Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris. De se ergo factam Scripturam & Prophetiam illam voluit esse testatum, & hoc quando cepit mundo manifestari, & quæ in ea prædicta erant, facto implere; vt notum faceret quod sua prædicatio à Spiritu S. erat, à quo futura erat & Passio.
- Isa. 49. 6.** Vt igitur quomodo per prædicationem fidelissimam fuerit salus eius vsque ad extremum terræ, hanc Prophetiam attentius discutiamus; primum videamus, quomodo vnxit eum Spiritus Domini. Primo, fuit in Incarnatione. Si enim Spiritus vnxit illum, quando Deus Spiritus est, dum factus est homo, humanitati vnitus personaliter, ipsum hominem vel humanitatem vnxit mirabiliter & ineffabiliter. Secundo: Vnxit, secundum quod de eo prædictum fuit: *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientia, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Hæc est gratia personalis, quia homo ille & anima illius plena fuit, & secundum ipsam animam Verbum caro factum fuit, plenum gratiæ & veritatis. Tertio, fuit plenus gratia capitis, qua caput est omnium electorum, & Princeps super omnes Reges terræ. Ideo repletio supra dicta Spiritus timoris Domini ad regendum & iudicandum. *Egredietur (inquit) Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.* Ac deinde:
- Non secundum visionem oculorum iudicabit neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & in veritate arguet pro mansueti terra.*
- Eratautem lex & mos, vt Reges à Deo constituti vngerentur, quæ vnctione significabatur, dari autoritatem potestatis, quæ est Spiritus principalis ad eum regius, de quo Psalms. *Dauid: Et spiritu principali confirma me.* Sic vnctus est a Saul, sic & Dauid, sic & Salomon, sic & Hazael, sic & Iehu. Et ideo Rex etiam vocabatur Christus. Vnde Dauid: *Non dimittam manum meam in Christum Domini: ne loquebatur de Saul.* Denique & Sacerdotes vngentur, quæ vnctione sanctificationem, & potestatem, vt possent ministrare Deo. Vnctio Regum conferbat potestatem, Sacerdotum sanctitatem, quæ tamen sanctitate potestatem habebant, ad Pontificium Dei appropinquandi & seruiendi cultu specialis, quo ipsi tantumungebantur. Christus itaque vnctus est vt Rex, & Sacerdos. Et quoniam vnctio illa exterior, sicut erat signum, sic & aliquo modo causa potestatis, quæ Spiritus dicitur. Idcirco ait in Prophetia: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* Vnctio tamen eius non fuit materialis, sed sine vnctione externa constitutus fuit Rex, & Sacerdos. Sicut & Moyses non inuenitur vnctus materialiter, & fuit tamen Princeps in populo; & Sacerdos. Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius. Canit Propheta. Qui Aaron postmodum in Sacerdotem consecrauit. Sic Christus vnctus insufflauit in Apostolos, & dedit illis potestatem ligandi atque soluendi. *Et fecisti Apostoli: (inquiunt) nos Deo nostro Regem, & Sacerdotes: & regnabimus super terram.*
- Secundo, attendamus verba ista. *Euangelizare pauperibus misit me. Ego (inquit) constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Rex super Syon montem sanctum eius, vt Regnum eius sit Sacerdotale, prædictum non solum potestate, sed sanctitate: quoniam populus eius populus sanctus est, vt dicebatur de populo veteri. Hic est mons sanctus. Ideo Pater sanctificauit Filium, & misit in mundum, vt sanctificaret per suum sanguinem populum. Sanctificauit autem*

antem Pater Filium, instituens Sacerdotem, quia Christus non semetipsum glorificauit, vt Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Vt vngatur Sanctus Sanctorum. Scripsit Daniel. Sed prius dixit: *Vt consumetur prauaricatio, & si nem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia;*
 16. *& vngatur Sanctus Sanctorum.* Ac deinde: *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Vbi habes quod Christus sit Sanctus Sanctorum, & quod ideo sit ita Sanctus, quia vnctus. Ergo qui vnxit, sanctificauit. Sanctificauit autem mittens in mundum, vt ipse iam Sanctus mundum sanctificaret. Fiebat autem sanctificatio per
 Heb. 9. 22. sanguinem, vt patet in lege. Vt ergo Christus sanctificaret per suum sanguinem populum, occisus est.
 Tit. 3. 5. *Perficitur autem sanctificatio per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum.* Nam in baptismo per aquam & sanguinem datur Spiritus Sanctus. *Tria (inquit) dant testimonium in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis.* Aqua videlicet signum, sanguis virtus, spiritus fructus.
 Apoc. 1. 5. *Lauit enim nos in sanguine suo: quia sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato.* Emundat autem lauacro aquae, nempe baptizans in Spiritu Sancto per aquam. Sed vt baptizentur hi, qui sanctificandi sunt, cedant necesse est. *Nam qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quomodo vero credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante?* Ordo itaque iste est: *Euntes in mundum vniuersum predicate Euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ergo Spiritus, qui vnxit me. Euangelizare pauperibus, misit me.* Scribit autem
 Dan. 9. 27. *Daniel: Confirmabit pactum hebdomada vna. Et in medio hebdomadae deficiet hostia & sacrificium. Certum est autem tunc defecisse hostiam secundum Aaron, quando factum est sacrificium secundum ordinem Melchisedech, quod fuit in initio passionis, in qua Christus occisus est & negatus a*

populo suo. Ergo antequam occideretur Christus, Euangelizauit praedicans regnum Dei, spatio trium annorum cum dimidio, id est media hebdomada, quae erat septem annorum: quia haec est confirmatio pacti id est foederis, quod est testamentum nouum, quod confirmauit testimonio operum. Rursus alia dimidia hebdomada per Apostolos confirmatum est pactum, qui non obstantia persecutione, perseuerauerunt ibi praedicantes, & sermonem confirmantes sequentibus signis. Quae confirmatio Christo tribuitur a Daniele, quia illi quidem praedicauerunt vbique, vsq; ad vltimum terrae; sed ibi media hebdomada, antequam diuiderentur in terras, *Domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis.* Ita vt praedicatio sit quidem Christi & discipulorum; confirmatio autem solius Christi, qui fecit opera. Quid miramini in hoc (inquit Petrus) aut nos quid intuemini quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare: Deus patrum nostrorum suscitauit Filium suum Iesum, & in fide nominis eius, hunc, quem vidistis & nostis, confirmauit nomen eius; & fides, quae per eum est, dedit integram sanitatem istam. Obserua verbum confirmandi, quo vsi sunt Propheta, Euangelista, & Apostolus: vt miraculum primum, quod factum ab Apostolis narrant Acta Apostolorum, fuerit confirmatio corporis infirmi. Quam tribuit Petrus non virtuti propriae, sed nomini Christi ac fidei illius. Hinc & sanaturus idem Petrus Aeneam quendam, dixit illi, *Aenea sanet te Domine Iesu Christus Surge & sternet tibi.* Et surrexit. Similiter suscitaturus Thabitara viduam mortuam, orauit, vt intelligeretur, hoc esse opus Dei non hominum. Hoc dictum sit pro intelligentia verborum Prophetarum. *Euangelizare pauperibus misit.* Quod autem dicit, *pauperibus, intellige humilibus, mansuetis, paruulis, simplicibus.* Hinc superbi illi dicunt: *Nunquid ex principibus, aut ex Pharisaeis, aliquis credit in eum? sed turba haec, quae non nouit legem.* Hinc Apostolus Paulus: *Visite orationem vestram fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi poten-*

- potentes, non multi nobiles; sed qua stulti sunt mundi, elegit Deus, ut confundat Sapientes; & qua infirma sunt mundi, ut confundat fortia. Et Iacobus: *Noans Deus obligit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes Regni?* Hinc Dominus ipse: *Luc 6 20. Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* *24. Va vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram.* Sic etiam seruo dixit paterfamilias: *Pauperes, ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc.* Et Christus ait Patri: *Ab- Mat 21 25. condisti hac à prudentibus, & sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Sic & Regius Propheta: *Declaratio sermonum tuorum illuminat; & intellectum dat paruulis.*
7. *Quod sequitur in Propheta: sanare contritos corde, predicare captiuis remissionem, Luc 4 18. & cæcis visum, dimittere contritos in remissionem:* notat beneficia, & corporalia & spiritualia, quæ Christus mundo attulit. Nam contriti & constriati intelliguntur poenitentes, habentes cor contritum & humiliatum; intelliguntur & afflicti & tribulati. Sic cæci spiritualiter & corporaliter: ita pariter & captiui: venit enim Christus totum hominem sanum facere; ut per eum sit redemptio animæ; & per eum finis expectantes redemptionem corporis nostri.
- Rom. 8. 23. Predicare annum Domini acceptum, & Isa 61. 1. & diem retributionis.* Annus iste est tempus *Luc 4. 18. illud, de quo dicit Apostolus: Ecce nunc 2. Cor. 6. 2. tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* *M. 1. 4. 17. Hunc prædicabat Christus dicens: Appropinquabit Regnum Dei. Hodie impleta est Luc 4. 21. hæc Prophetia in auribus vestris. Faciæ cæli Luc 19. 42. diuidi: are nostis, hoc autem tempus quare non probatis? Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, qua ad pacem tibi. Et totus in eo fuit, ut notum faceret, quod istud esset tempus, quo misit Deus Filium suum in mundum, ut omnis, qui credit in illum, non pereat. Prædicauit Iob. 3. 14. denique diem retributionis, ostendens se, Isa 61. 1. & qui nunc venit saluare, venturum tandem Iudicare viuos & mortuos; ut volentes exciperent Saluatorem, ne in fine nolentes accipere Iudicem cogerentur.*
- Exhortatio. Quæ omnia sint nobis documenta. Spiritus vixit eum, & misit, qui id eod dicitur*

Christus. Nos igitur, qui ab eo Christiani dicimur illum suscipiamus, qui vnctus venit ad nos; qui misericors est; qui Saluator est omnium hominum, & maxime fidelium; à quo potissimum expectemus, & expectamus salutem animarum nostrarum. Venit vnctus, quia faciliter, quia libenter, quia prompte venit. Vnctio agile reddit corpus; spiritus & dilectio promptum reddit animum. Sic Christus corpus exhibuit aptatum ad opus redemptionis, quod nihil egit aliud, quam portare peccata nostra. Animam pro nobis posuit, totus noster; totus datus nobis; prius & promptus ad saluandum; qui stetit super Ierusalem, nolentē ab eo saluari; & protestatur suum cibum esse, facere voluntatem Patris, quæ est bona, & plena misericordiz ad saluandas gentes, & ad trahendas illas ad Christum Saluatorem.

Ioseph singulariter fuit Deo dilectus propter castitatem & patientiam; hominibus, propter prouidentiam & mansuetudinem; & castus cum muliere; b patiens cum hero; e prouidus cum Ægypto; d mansuetus cum fratribus. His virtutibus resplendet Christianus; ut Deo placeat creatori; creaturæ non hæreat luxuriosè, libidinose, amore inordinato. Ut hominibus placeat, prouideat bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus; adiuuans in necessitatibus, sicut fecit Ioseph: mala quoque sustineat in mansuetudine & in patientia. Mulier Samaritana figura fuit nostri. Locus ubi Christus illam cõuertit, erat iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph, filio suo. Erat Ioseph singulariter dilectus à patre, cui propterea partem hanc contulit extra fratres suos: ergo partem significat & hereditatem, quæ Deus Pater donat electis & dilectis suis. Isti sunt Ioseph castus, patiens; prouidus, mansuetus. Sis Ioseph in virtutibus istis; b vt heres sis selectæ hereditatis. At si in-cestuosus fueris, vt a Ruben; si furiosus, vt Simeon & Leui; si fratri venditor, vt Iudas; si criminiosus, vt cæteri fratres, nõ eris nobili ista dignus hereditate. Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph. Sic benedixit Moyses

cit populum suū à pressura flammæ, vt in medio ignis non sit altuatus.

SECUNDA PARS.

Nunc volentes cōsiderare Christi Do-
mini nostri lenitatem, per quam salui
facti sumus; attendamus quod prædicatio
illa de qua dictum est supra. Prædicare ca-
ptiuus remissionem, & cæcis visum, prædi-
care annum Domini acceptum: non ver-
bis tantum facta est, sed factis. Quo modo
dicebat Christus Iudæis: *Mult. bona ope-* *Ioh. 10 32.*
ra ostendi vobis. x. Patre meo. Et Psalmus: *Psal. 84 8.*
Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
& salutare tuum da nobis. Ideo prædica-
tionem factio miscuit in Prophetia. *Euan-*
gelizare pauperibus misit me; sanare con-
tritos corde; prædicare captiuus remissionem,
& cæcis visum; dimittere contractos in re-
missionem. Vides quomodo, vbi dicit
prædicare, dicit & sanare & dimittere; vt
verba pro factis accipiamus. Vnde & in
Prophetia adiicit: *Vt consolaret omnes lu-* *Isa. 61. 2.*
gente, & darem eis coronam pro cinere, oleū
gaudij pro luctu. Spiritus ergo vngēs Chri-
stum, sic misit ad prædicandum, vt mitte-
retur ad saluandum, notamq; toti mundo
faceret suam salutem, omnibusq; illā of-
ferret. Vnde alibi in eodem Propheta hæc
duo simul coniungens, verba videlicet &
facta, ait: *Ego, qui loquor iustitiam, & pro-* *Isa. 63. 1.*
pugnator sum ad saluandum. Vt intelliga-
mus, quod loqui iustitiam, sit re ipsa iusti-
ficare, quæ tamen iustitia etiam verbo
prædicanda erat. Sed ibidem modū, quo
saluauit expressit, nam ad illam interroga-
tionem. *Quare ergo rubrum est vestimen-* *2.*
tum tuum, & vestimenta tua sicut calcian-
tium in torculari? Respondit. *Torcular 3.*
calciani solus, & de gentibus non est vir me-
cum: calciaui eos in furore meo, & concu-
caui eos in via mea; & aspersus est sanguis
eorum super vestimenta mea. Modus ergo
saluandi fuit per sanguinis effusionem, qui
dicitur sanguis hostium, quoniam peccata
nostra, cum adhuc inimici essemus, effu-
derunt sanguinem eius. Et sicut peccata
nostra ipse portauit, quasi sua; ita sanguinē
suum donauit nobis, quo quasi nostro la-
uamur

114. moriturus. Et antē. f. De benedictione
Exod. 3. 2. Domini terra eius, de pomis cæli. O be-
neditio Domini, o abundantia, o suauitas
huius terræ, & hæreditatis. Terra san-
cta erat, vbi Dominus apparuit in rubo, vt
dixit ipse Dominus. Terra sancta est, à
Domino benedicta, quæ data est Ioseph,
vbi sunt poma cæli, vbi sunt fructus So-
lis & Lunæ, cælestes (inquam) diuitiæ at-
que delitiæ. Heu ergo cur Ioseph non re-
ferimus moribus nostris? cur saltem illius
mansuetudinem non imitatur? propter
iustitiam passus est persecutiones: Virtutes
eius, quibus etiam a factus est dignus
coelesti reuelatione, præmonstrante illi fu-
turum illius principatum, patri singulariter
charū reddiderūt; b. patri erat dilectus
c. fratribus odiosus. Vnde venditus fuit;
calumniam passus est ab adultera propter
amorem castitatis. Omnia sustinuit pa-
tienter, & quamimter, perseverat, & po-
tens iam factus bona reddidit pro malis.
Dicit. 33. Hunc, hunc imitemur, vt bibamus de a-
qua viua Domini Iesu, vt non sitiamus in
æternum. Sic benedictio illius, qui appa-
ruit in rubo, venit super caput eius. Quo-
modo apparuit in rubo? Rubus ardebat,
& non comburebatur. Quæ esca apposita
magis igni, quam rubus? quid facilius ad
comburendum quam spinæ? flamma com-
burens montes rubum nō combussit: per-
secutores Ioseph contra eum exarserunt
Psa. 115. 12. sicut ignis in spinis. Expositus ipse, flam-
mæ ignis, non restitit, cessit, sustinuit pa-
tens, mansuetus, humilis, pius, & tamen
Exod. 3. 2. ardebat rubus, & non comburebatur; per-
stitit, duravit, regnavit. Est & tu rubus
facilis ad comburendum, ad patiendum,
ad sufferendum, & nulla tibi nocebit ad-
uersitas; & ambulabis super prunas, & nō
comburentur plantæ tuæ, & abscondes in-
gnem in sinu tuo. Et non ardebunt vesti-
menta tua. Et qui apparuit in rubo, bene-
dicit tibi, dicens. *Cum ipse sum in tribula-*
Psa. 90. 15. *tionem.* O visio magna, & admirationis ple-
na! Vadam, & videbo visionem hanc ma-
gnam: & audiam vocem Domini de rubo,
immo & videbo Dominum ipsum in flā-
ma ignis, & intelligam quomodo per aquā
salutarem & mollem lenitatem, saluū fe-

Mat. 26. & blasphemantibus, & Caipha insultante. Nihil respondes ad ea, quae illi aduersum te testificantur? Eandem fecit esse testam, quando post Pilato demonstratam Luc. 23. 9. Diuinam eloquentiam suam, contra calumnias sibi ab inimicis illatas, sic tacuit, vt miraretur Praeses vehementer. Herodi nihil respondit, vbi facillimè potuisset se à tanta eximere persecutione. Sententiam sustinuit Pilati iudicis iniquissimi, non resistens, non contradicens, quoniam clamauerat in Cantico. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperies os suum. Et ne elinguis, aut quasi extra se factus ex doloris vehementia putaretur; atque ideo ne obmutiret quidem, mox crucifixus clamauit, & spiritum emittens, vt non nisi patientiae, atque lenitati illius silentium tribueretur: sic verus esset Agnus Dei; & mansuetudo eius ac modestia nota esset omnibus hominibus. Hac lenitate semper vsus est in vita sua, Agnum se semper, & vbique demonstraui.

Hac eadem lenitate vnxit ipse spiritu suo discipulos suos, quibus dixit: *Ece ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Sed quomodo misit? *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* At quomodo te misit Pater? *Spiritus Domini super me, eo que vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me.* Ergo & ipse misit illos Euangelizare, Spiritu Sancto misso de caelo super eos, quo illos vnxit, fecitque Christos suos, atque Agnos vinctos oleo sancto suo, fortes in bello, mites in praelio, Angelos cum Michaelè contra Draconem & Angelos eius, agnos cum Christo, qui vicerunt Diabolum propter sanguinem Agni, & non dilexerunt Animas suas vsque ad mortem. Misit autem inter lupos, non dicens sicut olim. Nolite tangere Christos meos. Sed. *Ece ego mitto ad vos sapientes, & prudentes, sicut serpentes, & ex illis occideris; & crucifigeris, & flagellaberis: quia mitto sicut agnos inter lupos.* Qui Spiritu Sancto repleti, in carne ambulantes, non secundum carnem militabunt, sed secundum spiritum; quo vincti erunt, quasi Angeli sine carne, quasi spiritus sine corpore; verè induti virtute

ex alto, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii. Hoc est quod sub figura messis, dixit illis. *Ego misit vos metere, quod non seminastis. Alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Christus seminauit, Christus laborauit, Christus fecit redemptionem: de se dicit. *Alii laborauerunt.* Quia si vnus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. In Adamo non imple solus Adam, sed omnes peccauerunt. Ergo in Christo non solum ipse laborauit, *Fatigatus ex itinere, sed & alii laborauerunt,* quotquot in Christo sunt. Quia vnxit illi Deus oleo iustitiae prae confortibus suis. Tamè & in propria persona vniciuique laborandum est, vt in Christi labores possit introire. Neque enim fit messis sine labore. Misit autè Christus Apostolos suos metere nedum cum labore, sed & cum dolore. Vnde vnus ex illis pro se, & pro omnibus dicit. *Adimpleo ea, qua desunt passionum Christi in carne mea.* Dum videlicet metit, & congregat in horrea. Agnus ergo noster, agnos suos misit in mundum; Christus noster, Christos suos misit vngentes oleo infirmos; vt conualeant de infirmitate; fortes facti in bello, ad expugnandas aëreas potestates; ad castiganda corpora sua, & in feruitutem redigenda; ad calcandas terrenas vanitates; & arbitrandas, vt stercores; ad spernendas, & abiiciendas sensus animalis voluptates; vniuersaque bona mundi penitus contemnenda. Per istam sanctam Vnctionem, & Spiritus Sancti virtutem, & rationem Domini nostri Iesu Christi, qui vt *Messias vnus, qui dicitur Christus.*

Qui ergo Christi sumus, vnde Christiani dicimus, id est vncti, in palestram descendentes cum Diabolo luctemur, vngamus caput nostrum, id est mentem disponamus, vt promptum sit ad pugnam. Ornemus animam donis Spiritus Sancti; sit intellectus splendoribus sanctorum donorum illustratus sapientiae & intellectus, scientiae & consilii. Confirmatum sit cor nostrum spiritu fortitudinis, inclinatum ad faciendam misericordiam cum proximis nostris spiritu pietatis. Et vndique repleat nos spiritus timoris Domini. Christo canitur in Psalmo: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea.*

1. Cor. 5. 14

Rom. 5. 12

Col. 1. 24

to Exhortatio.

Psal. 44. 3

propere d' vixit te Deus, Deus tuus oleo letitia pra confortibus tuis Vbi est oleum Spiritus Sancti, ibi est dilectio iustitiae, odium iniquitatis; & vbi ista sunt, non deest oleum. Consequentia est iste non causa. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus. Quoniam Spiritus est, qui iustificat iustitiae dilectione; Spiritus est, qui rectificat odio iniquitatis. Ergo diligite iustitiam, qui habitatis terram. Odite iniquitatem, qui exoptatis caelum. Ita enim Spiritus Christi habitat in vobis.

Prou. 3. 3. Sic Salomonis documentum in vobis non est inane: Misericordia, & veritas non te deserant: circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, &

Eccl. 45. 1. hominibus. Moyses dilectus Deo, & hominibus in fide, & lenitate factus est sanctus. Ergo lenitas misericordiae, & fides veritatis non te deserant: vt inuenias gratiam coram Deo & hominibus. In fide & veritate crede Deo, atque illi coniungere, vt placeas in conspectu Principis, qui est ipse. In lenitate, & misericordia hominibus placeamus. Esau pilosus & hispidus

Gen. 25. 25. nec Deo dilectus, nec hominibus, benedictione caelesti priuatur, & persequitur fratrem suum. Iacob lenis, & parentibus gratus, missus est in Haram, & Deo charus vidit in itinere Deum patrum suorum. Lenis fuit, non hispidus pelle & moribus; lenitate cessit fratris indignationi; lenitate parentibus obediuit; lenitate auunculo suo Laban sedulo, diuque seruiuit; lenitate iniuriam tolerauit, qua in matrimonio deceptus fuit; lenitate sustinuit asperitatem Laban in mercede laborum suorum; lenitate leniuit furorem, & persequentis auunculi, & occurrentis fratris; postremo lenitate non exacerbauit habitatores terrae, in qua peregrinabatur, vt sine offensione omnibus eilet. O quanta vis lenitatis, quanta mansuetudinis potentia; quanta patientiae fortitudo. Ideo mansueti hereditabunt terram, & inhabitabunt in saeculum saeculi

Psal. 36. 11 super eam. Nonne scriptum est? Responso molli frangit iram. Nunquid non exprimit adhuc Salomon? Patientia lenietur

Princeps: & lingua molli confringet duritiam

etiam Mollities olei lenitas mansuetudinis, frangit & superat omnes contrarias potestates. Oles confortantur nerui a spugnam. Prou. 4. 11 Iacob lenis ita fortis fuit, vt diceretur illi: Gen. 32. 11 Si fortis fuisti contra Deum, quanto magis Gen. 47. 10 contra homines praeualebit? Ergo misericordia & veritas non te deserant. Cui quaso lenis, aliquando hispidus factus est? quia lenitas profert fortitudinem magnam; quia lenitas adiuuat a fortibus. Vicit Iacob lenis sua lenitate armatum fratrem, sibi cum quadringentis armatis obuiantem. Frater autem fortis, a leni superatus, obtulit se illi comitem & protectorem. Ecce lenem circumdatum, & protectum a forti. Sis tuleris, & Angelos prius, quam homines habebis obuia; quibus mandatum est, vt custodiant te in omnibus viis tuis; vt non praeualeat homo. Ergo misericordia, & veritas non te deserant. Habeas in corde, habeas in ore, habeas in opere, & veritate.

Etiam Diabolus nouit mollitie superare virtutem; muliere decicit virum; mollitie virilitatem. Hoc malum sustulit Dominus, muliere trahens ad se virorum multitudinem. Mulierem leniter aggreditur, veritate conuincit. Vnde illa clamat. Quia dixit mihi omnia, quaecunque feci. Ita mulierem fortem, potentem videlicet lenitatem misit ad ciuitatem Samaritanorum expugnandam, & in captiuitatem redigendam in obsequium Christi. Diabolus mulierem appetit: Christus quoque mulierem. Diabolus ligno, & cibo mortis; Christus aqua & potu vitae. Diabolus mendacio: Christus veritate: Diabolus illam deceptam mittit ad virum: Christus illam edoctam mittit ad homines. Per illam Diabolus, virum prostrauit: Per hanc Christus totam ciuitatem erexit. Ergo o viri ad vos clamito. Nolite molles esse cum Diabolo: sed resstite Diabolo, & fugiet a vobis. Molles estote cum Christo, in vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; mites estote, cedentes, credentes, obediētes. Cedens mollis aqua in mari rubro, illico obduruit, vt eilet illis pro muro. Cedens molliē, saluans duritie. Sed eadem teneritudine sua fluens obruit persequentibus, qui submersi sunt in aquis vehementibus.

Prov. 31. 10
Prov. 27. 15
Iudic. 16. 4
Gen. 3. 15.
Gen. 31. 6
Iudic. 9. 21
Prov. 1. 7
Gen. 3. 1
Iudic. 4. 1
Iudic. 9. 21
Iudic. 9. 21
Iudic. 9. 21

bus. O inæstimabilem fortitudinem lenitatis! Num veluti desperans clamat Salomon. *Mulierem fortem quis inveniet?* Inventa, inventa certe est. Nam lingua mollis confringit duritiem; & melior est patiens viro forti. Et vir fortissimus Sampson à mulieribus est deiectus. Et de muliere, ad potestatem tenebrarum dictum est. *Ipsa conteret caput tuum.* O Domine Iesu, tenerime sicut vermiculus, & tunc ut leo vicisti, quando ut agnus occisus es! Pondus, quod totus mundus sustinere non poterat, nempe iniquitates omnium nostrum, tu solus in corpore tuo portasti, in carne videlicet infirma, crucifixus videlicet ex infirmitate, ut in profundum maris proliceres omnia peccata nostra. Da nobis, ut infirmitate vincamus, ut cedendo fortiores enadamus, ut castra verentes exterorum, digni efficiamur gratia tua. Sit lenitas tua virtus nostra, sit Passio tua nostra fortitudo, Sanguis tuus faciat nos potentes ut leones. Dixit nobis Vicarius tuus. *Christo passo in carne, & vobis eadem cogitatione armamini.* Heu! per Passionem tuam armemur, ut te passum cogitantes non deficiamus in laboribus, & in adversitatibus non cedamus Diabolo, illi resistentes fortes in fide. Tu occisus ut agnus, vicisti ut leo: ergo & nos agni in medio luporum, vincamus in bono malum, in patientia potentiam, in mansuetudine ferocitatem, iracundiam in lenitate, furorem in humilitate, & in sufferentia quæcunque nobis adversantur. In manibus tuis est fortitudo, quia potentes manus Dei ad delendam omnem carnem, ad ligandum omnem spiritum, ad conculcandam omnem terram, ad concludendos omnes cælos: sed ibi abscondita est fortitudo, dum clavis confixa sunt in Cruce. Sed absconditio in causa, est in effectu aperta manifestatio, destruens mortem, & eum qui habebat mortis imperium. Itaque & nos, quæso, Domine, tibi confixi Crucis mortem superemus, & mortis auctorem, mundum, & omnia, quæ in mundo sunt, ut super excelsa tua deducas nos in

Tom. I. Bellintani.

Psalmis canentes. *Vbi est mors victoria tua? 1. Cor. 15. vbi est mors stimulus tuus? Quomodo ceci- disti de caelo Lucifer? Contrivit Dominus Isai. 14. 12. baculum impiorum, virgam dominantium. Dominus fortitudo mea, & salus mea. Amen.*

CONCIO SECUNDA.

ARGUMENTVM.

Consideratur qui sit Saluator & qualis. Quid egerit ut saluaremur. Quid à nobis agendum, ut hanc salutem consequamur. In Morali, Meditatio Passionis Christi suadetur.

RATIONABILE erat, ut qui veniret Saluator mundi, mundo ipsi toti esset manifestus. Propterea quo tempore immolabatur vacca, atque comburebatur, ut ex eius cineribus aqua lustrationis sanctificaretur, ad illos mundandos, qui fuissent polluti, iussit Deus, ut hoc fieret coram omnibus, cunctisque videtibus: Ita quod immolatio eius esset manifesta, itidemque combustio. De immolatione quippe sic iubetur: *Trodetis eam Eleazarus Sacerdos, que eductam extra castra immolabit in conspectu omnium. De combustione autem: Combure eam cum visceribus suis, & carnibus eius, quam sanguine & fimo flamma trahitis.* Cum itaque populus Samariae, qui nobis gentes mundi refert, Christum confiteatur, mundi Salvatorem, liberè dicens. *Nos audimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.* Congruum est, ut illius mors, qua operatus est salutem in medio terræ, cunctis appareat, euidenterque manifestetur. Nam cineres illius vacca erant multitudo filiorum Israël in custodiam. Propter hoc enim voluit Deus Filii sui Passionem etiam veteribus aliquo modo manifestam esse, nempe saltem in figuris. Et nos ergo debemus cineres istos custo-

Zz

dic.

dire, præ oculis tenentes mortem illam, quæ per aquam baptismi ad emundandam conscientiam nostram a peccatis, imponitur & imputatur.

Non abs te mulier illa Samaritana, cuius occasione & operâ Christus Dominus noster ostenditur, & prædicatur Saluator mundi, erat in ciuitate peccatrix, cuius etiam propterea peccatum & a Christo illi reuelatum est, & ab ipsa omnibus declaratum, vt notum esset omnibus, quod ille

1. Tim. 1.15 Saluator mundi venit in hunc mundum peccatores saluos facere a peccatis eorum. De quo, vt intelligamus quam ratione saluet, tria iuxta figuram propositam explicare nobis congruè esse videtur. Figura quippe tangit qualis esset victima illa. Et quid ex ea fieret, nempe quod immolaretur & combureretur. Ac deniq; quis illius esset vsus ad emundationem carnis. Videamus Saluatorem omnium, quis sit aut qualis; quid egerit vt saluemur; quid nobis vt eius salutem consequamur agendum sit. Et hæc omnia in ipsa illius figura speculemur.

Diuisio.

Victima ista præter ceteras, valde erat insignis. Propterea locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens. *Ista est religio victima, quam constituit Dominus.* Nunquid non aliæ omnes a Domino fuerant constitutæ? Ille loquendi modus notat hanc esse singularem, singulariq; Dei præcepto constitutam, quæ cum figura sit, vt ceteræ omnes, in figurando splendorem quandam præ ceteris emittit, & distinctius clariusque figurat veritatem. *Præcipe* (inquit) *filii Israel. vt adducant ad te vacca rufam, ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum.* Hæc est nostri Saluatoris figura. Ad filios Israël pertinebat illam adduci, atq; præsentari, *quia salus ex Iudæa est,* quorum patres sunt, ex quibus est Christus. Sed quare vacca potius quam vitulus, aut bos? si vitulus, iam non fuisset ætatis integræ, vt opus erat: si bos ætatis integræ, iam lasciuiret, quod vacca non euenit, ita mox vt ad ætatem peruenit integram. Hæc est nostri Saluatoris absoluta perfectio. Nam quod per ætatem plenam, perfectio intelligatur mentis, summaque

Num. 9.1.

virtutum, atq; omnis iustitia, testatur Paulus atq; demonstrat, dicens: *O curramus omnes in virum perfectum, in m. n. i. u. r. a. t. i. u. plenitudinē Christi.* Neq; enim intendit Apostolus, vt simus triginta trium annorum, vt erat Christus: alioqui quomodo simul omnes hac ætate simul conuenirent? Sed *occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Filii Dei;* vt iam non simus paruuli, fluctuantes omni vento doctrine. Paruuli ergo non ætate infirma, sed fidei debilitate ac modicitate. Ergo sic etiã viri perfecti sunt fide plena, & charitate perfecta. Subdit enim. *Veritatem autem faciemus in charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Vides augmentum charitatis, omniumq; virtutum? In charitate, per omnia. Si hæc ratione ad ætatis Christi mensuram crescere nos vult Apostolus. Ergo ætas integra victimæ notat Verbum caro factum, pleum esse gratiæ & veritatis, quando quidem in illo quoque *habitat plenitudo diuinitatis etiam corporaliter,* absq; vlla imperfectione, aut macula. Quæ omnis perfectio ad aliud nihil, quam ad saluandum impenderetur. Quod Dominus ipse Iesus quando recusaui in discordia fratrum propter temporalem substantiam se immiscere declarauit, dicens. *O homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos?* Inferens non quidem illi non esse facultatem illos iudicandi & diuidendi, sed ad negocia temporalia tractanda non esse missum. *Venit enim filius hominis saluum facere, quod perierat,* quia ad hoc missus fuit. Hoc est iugum non portalle, neque humanis visibus fuisse applicatum. At verò cur rufa? quoniam vacca rufa lacte sunt abundantiores, simulque vt ostenderetur, quod rubicundus futurus esset Dominus sanguinis proprii asperione. Ergo *hic est Filius Dei, super quem venit Spiritus Sanctus, vngens illum oleo sancto, & repleuit eum omnibus donis Spiritus, nempe scientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & Spiritus timoris Domini;* quapropter in eo sunt omnes thesauri scientiæ, & scientiæ Dei. *Col. 2.3.*

Vide ergo quem misit Deus Saluatorem.

tem.

rem. Nunquid erit quisquam, qui de illo, sicut de Saül, dicere possit. Nū saluare nos poterit iste? Nūquid, dico ego misit Deus aliquando saluatores ad populū, qui illum nō saluauerint? Erāt illi saluatores populi.

*1. Tim. 2.4. Hic autem est saluator mundi. Sicut illi populum saluauerunt, haud secus istius filius usque ad fines terræ pertinebit; quia vult omnes homines saluos fieri, non gentē solummodò Iudaeorum. An nō verius & excellentius de illo dicitur, quod se Saül dixerit Samuel. Certè videtur, quē elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Corpore ille omnēs antecedebat. Stetit in medio populi, & aliorum fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Quid in humero nisi fortitudo maxime ad portandum? In humero Altissimi Domini Iesu; Sint iniquitates nostræ sicut onus graue grauita super illum, portauit ipse tamen omnes illas infirmitates, dolores nostros. *Omnes, quod neque nos neque Patres nostri portare poterunt, portauit ipse solus; portauit nos vniuersos; neque audita est vox murmuris, qualis in Moysē audita est. Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi. Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iuravi patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tanta multitudinē? Fleat contra me dicentes. Da nobis carnes, vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populū, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Videte gratiam Domini nostri Iesu, videte potentiam, videte patientiam; vt cunctis patresceret quod non esset in alio salus. Et Moysen elegit ex omni carne, in fide & lenitate ipsius. Sanctum fecit illum, vt esset mitissimus omnium hominum, qui morabantur in terra. Ducens populi sui constituit per quadraginta annos; & in tanta tamen sua lenitate, & mansuetudine, indignatus detrectat ducatum populi, eligens potius mori quam illius duritiem sustinere. In quo autem grauis aded erat illi**

populus: quia carnes expetebat. Quid ergo Christus Saluator mundi, qui portat orbem totum, & omnia? Non carnes expetentem modò, sed qui in peccato natus sit totus? cuius repleta est terra iniquitate à facie omnium. Neque pondus hoc tantum detrectat, neque deponit, sed aded patienter agit, vt fiducialiter cum eo agat Pater, qui misit illum. Non possum (inquit Num. 11. 14 Moyses) solus sustinere omnem hunc populū. *Isa. 63. 3. Et CHRISTVS. Torcular calauit Num. 11. 13 solus, & de gentibus non est vir meum Ioan. 6. 54. Moyses queritur indignabundus. Vnde Nam. 11. 12 mihi carnes, vt dem tanta multitudinē? At CHRISTVS: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Negat, se Moyses illos genuisse: N inquit ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam?*

At de Christo, qui verè est Pater futuri sæculi, & multos filios adduxit in gloriam, dicit Isaias. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. Heb. 2. 10. Generationem eius quis enarrabit? & meri. Isa. 53. 10. ens genuit illos sicut filium Benjamin. Rache. Gen. 33. 18. genuit moribunda. Si posuerit pro peccato animam suam (dixit Prophecia) videbit semen longeuum. Nam semen eius in generatione, & generationem. Rogat Moyses. Sin Num. 11. 14 aliter tibi videtur, interfice me, ne tantis afficiar malis. At Christus libens tradidit dilectam animam suam in manibus inimicorum suorum. Et repleta est malis anima sua, quia ipse voluit. In sinu portare non vult Psal. 37. 4. Moyses sicut nutrix infantulum. At Christus tanquam onem insipientem imponit in humeros suos gaudens; & ita factus est principatus super humerum eius; super se suscipiens pondus belli, quo contra ostentiosos habuit semper eorum detere. Quapropter neque in terram illam derulit populū Moyses. Iesus autem Saluator, qui abiit in cælum parare nobis locum, promisit: *Si abiero, & prap ararero vobis locū, iterū veniam, & accipiam vobis ad me ipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis. Hic hic est verè Saluator mundi. Nū ergo nos saluare non poterit iste, qui est Saluator omnium hominum? Quantum gratiam fecit nobis**

bis Deus? quantas gratias agere debemus Deo Patri, qui talem ac tantum tribuit Redemptorem? qui tradidit Filium suum pro nobis.

4 Hic duo nobis ostendit, magnam necessitatem, magnam cupiditatem: necessitatem, quam habemus; cupiditatem, quam habere debemus. Si non inuissimus fuisset Moyses, non sustinisset utique. Quare tam minus? Quia populus erat duræ acruicis. Ex remedio cognosce infirmitatem: duris datus est vitis, perditis datus est Saluator; mortuis vita. Omnes peccauerunt.

Rom. 3. 23. Nemo mundus à forde, etiam infans & nitius diei, & immuadi omnes. At lex dicit:

Isai. 64. 6. Mundus lustrabit immundum. Quis gloria i poterit mundum se habere cor? Quid est homo, ut sit immaculatus? Ecce cali non sunt mundi in conspectu eius. Quamò magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit, quasi aquam, iniquitatem? Neque gloria hac est omnibus Sanctis eius. Ecce inter Sanctos nemo immutabilis. Et qui seruiunt ei, non sunt stabiles. Et in Angelis suis reperit prauitatem. Sic, cui dabitur palma cæteros emendandi? quis gloria ista poterit? certe neque in cælo, neque in terra, neque sub terra inueniri potest quisquam, qui sit Saluator mundi, qui velle ipsum saluare possit: quia Domini est salus. Si ergo omnes peccauerunt, & omnes egent gloria Dei, soli Deo honor & gloria. Salus enim eorum est. Ille solus saluabit nos, quia solus hic est verè Saluator mundi. Magna ergo necessitas nostra, cui solus, qui est omnipotens, potest prospicere, quia is solus, qui portat omnia, purgationem facit.

Heb. 1. 3.

I. u. 2. 6.

Ionam in ventre ceti sepultum quis poterat liberare? Circumdederunt me aqua vsque ad animam, cum angustaretur in me anima mea. Domini recordatus sum. O quanta necessitas mundi! o quales angustia hominis existentis in peccato! o si cognosceret homo suam istam necessitatem & calamitatem! Hinc cupiditas, desideriumque salutis. Ionas, qui fugere tentauit à facie Domini, illam abiectus cupit & petit. Audi illum: Et ego dixi. Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: uertit-

tamen uersus uideo Templum sanctum tuum. Videte uosmetipsos, o qui creditis in Deum! Videte infirmitates vestras, vanitates, iniquitates, & leuate capita uestra ad Dominum Deum uestrum, qui eruat uos de necessitatibus uestris, & de lacu miseriæ, & de luto faciès. Præcipe inquit Dominus filiis Israël, ut adducant ad te vaccam rufam. Quare sic præcipendum? quia urget necessitas. Omnis, qui tetigerit humana anima morticinum, & aspersus hac commixtione non fuerit, polluet Tabernaculum Domini, & peribit ex Israël. Quid est, polluet Tabernaculum Domini, nisi Deum offendet, & inhonorabit? Quid est peribit ex Israël, nisi filius erit perditionis, & reus mortis æternæ? Heu quanta necessitas! Cur tanta in tactu cadaveris hominis, non autem in tactu animalium mortuorum? Quia ubi excellentior vita, ibi detestabilior mors. Ergo horribilis animæ mors. Hæc est nostra necessitas quia gladius mortis vsque ad animam pertranxit. Cur ergo non maxime desideramus ab hac necessitate liberari? Cur non clamamus cum Iona. De ventre inferi clamauit & exaudisti uocem meam? Videte uos in ventre ceti, in ventre inferi, in domino mortis, in uinculis peccatorum, sub potestate Principis tenebrarum appropinquantes vsque ad portas mortis. Vide, uide humilitatem tuam. Et dic, & uere dic: Ego uir uidens paupertatem meam. Tunc clamabis ad Dominum. Recordare paupertatis & transfusionis meæ ab synchij & fellis. Recordare tu, & recordabitur Dominus. Sentis quod patris; intellige, quod expeuitis; cognosce, quæ te grauant, quæ te molestant, quæ te cruciant, & ora ad Deum, & curabit te. Quod non feceris, tum Deus saluabit inuicem? Volentes Deus saluauit Samaritas. Se salute indigere intelligentes, cognouerunt Saluatorem & tenuerunt, alioqui quomodo esset Saluator mundi, si non & ipsi, qui de mundo erant, ab eo saluarentur? neque suum Saluatorem conclamerent, nisi & nossent se salute uacuos; & cuperent salutem ueram: neque enim temporalem sperabant ab eo, nec sibi nec nullo. Et

do. Et nos ergo socij simus hominū isto-
rum, ut salutem consequamur.

SECVNDA PARS.

NOTAT historia Euaḡelica aliquid ex
nos, quod egit Saluator, ut saluaret
nos, dicens. *Iesus autem fatigatus ex itinere.*
Et haec est secunda res, quam proposui-
mus considerandam. Quam nobis figura
demonstrat in immolatione, & combu-
sione vacca. Fatigatio quippe Passionem
notat, qua redēpti sumus. Vita enim Chri-
sti, & mors iter fuit, quo exiens de hoc
mundo, perrexit ad Patrem, quā in via fa-
tigatus est: quia passus & neci datus fuit.
Id quod immolatio praefigurat. Combustio
autem mortem notat fuisse perfectā,
totumque habuisse, quod mortis est illius
quoque omnes habuisse conditiones, quae
summam redderent illam mortem, extre-
mamque omnium. Quo modo cinis, in
quem corpora mortuorum resoluuntur,
plenam ipsam ostendunt mortem, ut nihil
addi ulterius possit; tū quia collit omnem
hominis figuram, ut nihil iam hominis
discernatur; tum quia plenē ad id reuertitur,
ex quo factus est, nempe in pulverem,
iuxta quod sententiam audiuit. *In sudore*
unius tui vesceris pane tuo, donec reuertaris
in terrā, de qua sumptus es: Quia pulvis
es, & in pulverem reverteris. Tum quoque
ut ex cinere posset remedium constitui ad
emundationem immundorum. Duo quippe
spectabat Christi mors; Honorem Dei,
& hominum salutem, quae ad mortem va-
dens expressit Christus ipse dicens: *Pater*
venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius
tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem
omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis
vitam aeternam. In signum honoris Dei,
Sacerdos immolata vacca, tingens digi-
tum in sanguine eius, aspergebat contra
fores tabernaculi septem vicibus. Ad nos-
tram verō salutem seruabantur cineres
pro aqua lustrationis, & emundationis
hominum immundorum. Sanguis pro a-
nima computabatur, ut dicit Deus. Quod
ergo per asperionem contra fores taber-
naculi septem vicibus mittebatur, ad Deū

veluti transmittitur, figurans Christum
verē ituram ad Patrem, ubi sit semper vi-
uens ad interpellandum pro nobis. *Et ut Heb. 7. 35.*
saluare possit accedentes per semetipsum ad
Deum, morte sua quasi cinere, reuertit nos Tit. 2. 14.
ab omni iniquitate, & emundauit sibi popu-
lum acceptabilem.

Vide ergo quid pro te fecit, ut te salua-
ret tantus iste Saluator. Ideo enim vacca
immolabatur in conspectu omnium, idē
comburebatur, cunctis videntibus, ut il-
lius passio & mors ab omnibus semper prae-
oculis habeatur. Mirabilia quae fecit, ut
populum suum educeret de Aegypto, voluit
ab eo videri maximē, diligenterque
considerari: propter quod etiam extinctū
viderunt exercitum se persequentium Aeg-
yptiorum, opusque mirabile, quo Domi-
nus illos interemit, ut sic timerent Domi-
num. Ecce quod scriptum est: *Viderunt Aeg-*
gyptios mortuos super litus maris. & ma-
gnam magnam, quam exereuerat Dominus
contra eos timuitque populus Dominum, &
crediderunt Domino & Moysi seruo eius.
Non satis arbitratus est Dominus, ut se
liberatos viderent, voluit & modum videni,
voluit notum esse ex quanto periculo fu-
issent liberati; & quod perfecte aded es-
sent eruti de tanto malo, ut ulterius ne-
quaquam illis esset a Pharaone metuendū.
Vade & Moyses in periculo constitutus
dicebat: *Nolite timere, sta e, & videte,*
magnalia Domini, quae facturus est hodie
Aegyptios enim, quos nunc videtis, nequa-
quam ultra videbitis usque in sempiternū.
Non videbitis (inquam) vos persectores,
extinctos autem videbitis, ut prius vester
esset timor ab eis. Ita ergo magnalia,
quae Christus pro nobis mirabiliter est o-
peratus, vult ut vobis sint conspiciua, sem-
perque considerata, ut ita Dominum ti-
meamus & audiamus. Quid verō fecit &
operatus est? *Dominus pugnavit pro nobis*
(inquit Moyses) & vos tacebitis. Opus est
Dei nō hominum, tantum in silentio ipsi
considerent quid ille operetur. Vnde pu-
gnantem: *Et ecce equus albus. & qui sede-*
bat super eū, vestitus erat veste aspersa san-
guine, & vocabitur nomen eius: Verbum Dei.
Sanguine suo vicit, quia morte pugnabit, tulit
ipse.

13. *Num. 19. 13.* ture est ad expurgandam spurcitiam nostrā
 Nam qui aqua expiationis non est aspersus
 immundus erit. Et manet spurcitia eius
 14. *Num. 19. 14.* super eum. Immunditia quæ expiatione i-
 sta indigebat, contrahebatur per contactū
 hominis mortui, vbi cuncti ille esset, siue
 in tabernaculo, tentorio, ac domo, siue in
 agro, siue etiam per contactum sepulchri
 eius, & per ingressum in domum vbi iace-
 ret; adeo quod ex mortuo homine profi-
 ciscitur. Ex quo datur intelligi, peccatum,
 per quod mors in hunc mundum intravit,
 per eiusmodi immunditiā designari. Quā-
 doquidem Apostolus confert expiationē
 istā sanctificationi, quam in Christi san-
 guine fideles consequuntur. Si enim (in-
 quit) *Heb. 13.* Sanguis hircorum, & taurorum, &
 cinis vitula aspersus inquinatos sanctificat
 ad emundationē carnis: quanto magis san-
 guis Christi, qui per Spiritum Sanctum se-
 metipsum obtulit immaculatum Deo, emū-
 dabit conscientiam nostrā ab operibus mor-
 tua: Purgabant cineres aspersi, a contactu
 mortui hominis. Purgat sanguis Christi
 ab operib⁹ mortuis, quæ sunt peccata. Im-
 munditiam ex contactu aliorum cadaue-
 rum tollebat ablutio sui, & vestimento-
 rum cum aqua communi, facta ab ipso met
 immundo. Hæc verò immunditia lustra-
 tionem postulabat aquæ, si per cineres iu-
 stos sacros effusa, quæ lustratio fieret ab
 homine mundo. Illa immunditia durabat
 per diem vnum; ista diebus septem. An nō
 videtur ista collatione facta; distinctionē
 notari peccatorum, inter mortalia & ve-
 nialia; vel saltem maiora, & minora? Et
 nota quod Paulus æquē ac lex cineribus
 virtutem tribuit emundandi non aquæ.
Heb. 9. 17. Aut enim: Cinis vitula aspersus, inquina-
 tos sanctificat: Lex autem de cineribus:
Num. 19. 9. Sicut multitudini filiorum Israel in custodia,
 & in aquam asperisionis: quia pro peccato
 vacca combusta est. Ita quod aqua super
 infundebatur, vt cineres aspergi possent.
 Et propterea omnis aqua modò elicit vi-
 ua, tamen nullis ceremoniis confecerat,
 huic mysterio erat idonea. Vis ergo erat
 in cineribus. Ecce mysterium vobis dico.
 Iam patet his cineribus mortem Christi
 significari. Ipsa est, qui viuificat, quæ e-

mundat, quæ saluat. Quid aqua nisi aqua?
 sed his cineribus mixta mundat nos ab om-
 ni inquinamento, quia secum defert
 Christi mortem, in quo est salus, vita,
 & emundatio nostra. Propterea hoc voluit
 aquam, vacuum per se virtute, vt tamen
 signum esset, vitam fore. Et mittent a-
 quis viuas (inquit) super eos in vas. Et
 propterea etiam Christi gratiam; quam no-
 bis illius confert mors, aqua viua signifi-
 catur. En vox ipsiusmet ad mulierem. Si
 sciris quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibe-
 re; tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi
 aquam viuam. Vis verò scire quamnam sit
 aqua ista illius viua? Qui biberit ex aqua,
 quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed
 aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aqua
 salientis in vitam aeternam. Apostolus ve-
 rō scribit Gratia Dei vita aeterna. Ergo
 aqua viua vitam tribuit non fluentem, sed
 quæ in aeternum manet.
 Quoniam verò per Sacramenta Christi
 potissimum nobis illius gratia donatur,
 statuit propterea Dominus primum sacra-
 mentorum Baptisma, quod aliorum est ia-
 nuam in aqua celebrari, vt illa omnia per a-
 quam congruenter designarentur, per quæ
 beneficium mortis Christi hominibus app-
 licatur. Hæc vna est via salutis, non est in
 re aliqua alia salus. Si quis hoc ritu non
 fuerit expiatus, peribit anima illius de me-
 dio Ecclesiæ. Nisi quis renatus fuerit ex a-
 qua, & Spiritu Sancto, non potest in regnū
 Dei ingredi. Tantū donū custodit Ecclesiā,
 vt sit sancta, & immaculata, mundata
 lauacro aquæ. Propterea de cineribus il-
 lis veteribus lex, *Rom. 19. 9.* Vt sint multitudini filio-
 rum Israel in custodia. am.
 Heu quam facilis nobis via salutis aqua
 defert ad nos virtutem Christi, fructum
 Passionis eius, beneficia mortis illius.
 Quidquid facis, tamen arduum esse vi-
 deatur, aqua est, quid vile, quid commu-
 ne, quid abundans. Aquam adhibeas tu,
 Christus apponit cineres, dolores, mortē.
 Et hoc modicum tamē adiecit decreta-
 mus? respuimus, abhorremus? Quæ mun-
 di sunt, difficile acquiruntur: quoniam putus
 altus est. At quæ sunt Christi sola fidei pe-
 titione obtinentur. Petisses & dedisses, petere.
 Dominus

Num. 19. 7.

Rom. 6. 23.

Num. 19. 20.

Ioh. 3. 5.

Rom. 19. 9.

*10. Exhorta-
tio.*

Dominus da mihi hanc aquam; obtrinit. Reliquit ergo hyriam suam mulier; & venit in ciuitate prædicans Christum. Media fuit inter Christum, & homines illos: per mulierem Christus vocauit ciues illos ad se,

1. Reg. 1. 15. qui suppleuit postmodum sermones illius; sicut Nathan sermonem Bethsabeæ.

Liceat mihi hoc in loco linguam tertiam arguere, fallacem, susurrantem, illorum videlicet, qui seminant discordias: ubi mulier ista pacem conciliauit inter Salua-

Prou. 26. 12. *Verba susurronis, quasi simplia; & ipsa perueniunt ad intima ventris.* Transigunt, videlicet animam,

vulnerant cor, inflammant ad discordiam, in eo ignem accendunt iracundiæ, rixarum, & rinarum. De ventre bibentis aquas Christi fluunt aquæ viuæ, & fiet in

Job 7. 38. *eo fons aquæ salientis in vitam æternam: at de ventre eius, qui linguam susurronis audierit, exardescet ignis, & euabitur flamma, erumpet furor, discordiæ excitabuntur.* Cum defecerint ligna, exinguetur ignis:

Prou. 26. 30. *& susurrone subtrahit iurgia conquiescunt.*

Luc. 16. 24. Cur dicit ille epulo aquam petit ad linguam refrigerandam; quia lingua ignis est, ut ait Iacobus, quæ inflammata a gehenna. O susurrones, qui infernalē hunc ignem accenditis inter homines, vorabit vos flamma vestra, vos eritis ligna. Num

Iac. 3. 6. Salomonem non auditis. Cum defecerint ligna, & susurrone subtrahit? deiciunt ligna, si subtrahas susurronem. Ergo ligna sunt susurro. Et quid comburet ignis nisi ligna? vos ergo comburet ignis, quem accenditis.

Prou. 26. 20. Sed ad rem redeamus: compara opus tuum cum opere Christi, aqua eructuum, illius autem opus mors est, quæ in puluere mortis reduxit eum. Non tum enim vsq;

Jed. 14. 4. ad sanguinem restitisti aduersus peccatum repugnantes. Aqua est labor vester, aqua viuæ, aqua decurrens, per se fluens, ad ima descendens, quod si saliat, ideo ascendit, quia prius descendit; quæ descendit ipsa est, & quæ ascendit; non tuis viribus operaris; Dominus est qui dat virtutem, qui confortat, & omnia possit. Ne

neglectis opus ex viribus tuis, sed ex auxi-

lio Dei, & fiducialiter ages. Coniunge aquam tuam cum cineribus Christi. Vide quid fecerit ipse propter te: quomodo fatigatus ex cinere; quomodo fitiens ad fontes aquarum; quomodo extendens manus ad populum contradicentem sibi: quomodo obediens vsq; ad mortem Crucis;

quomodo derelictus non ab amicis modo, & notis in miseria sua, verum & à Patre suo; cum tamen quæ placita illi erant, fecisset semper. Et sic derelictus: ut verè ille dicat: *Omnes fluctus tuos induxisti super me: Et terrores tui conturbauerunt me.*

Et tu ergo ubi tantum laborauit anima eius, leuam tuam laborem euitabis? effugies? repelles? *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Qui alij? Christus vnus pro omnibus. Nam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, sed solus ipse laborẽ sensit, calcauit torcular.

Sic Propheta: *Pro eo quod laborauit anima eius, videbitur saturabitur.* Quid videbit?

Videte regiones, quia alba sunt iam ad messem. Quomodo saturabitur? *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me ut perficiam opus eius.* Perficit opus Dei Saluator mundi: quando saluat mundum, tunc saturatur. Heus tu, num panem subtrahas

Christo? Num negabis aquam sitienti? Num tardus ad vocem illam. *Da mihi biberet saturatur in salute omnium.* Porrige panem; aquam propinam; famem recrea, extingue sitim, & imple desideria eius, qui dicebat: *Desiderio desideravi, hoc Pascha manducare.*

Vobiscum. Eunt parate illi Pascha: presbiter sitis, ut illius facientes voluntatem, sitis hoc pacto introeuntes in labores eius, & inuenieris requiem animabus vestris æternam, sine fine. Amen.

MORALE.

Quanta ergo ingratitude nostra erga tam piū nostrum Saluatorem? quanta perfidia? ut neque memoria teneamus, magnalia sua, quæ fecit, ut fieret salua omnis caro? *Ferrum ferro acuitur; & homo exacuit faciem amici sui.* An non ferrum Christus patiens; qui sicut ferrum comminuit & domat omnia; & imple

Dan. 2. 40. omnia subiecit sub pedibus suis; & regit
 eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli
 confringit eos. An non ferrum homo, qui
 tam durus est, vt tanta visa bonitate Dei,
 tantam expertus charitatē, tantam veluti
 attrahens Christi patientiam, in sua du-
 rutie perdurat? Ferrum se cum ferro alio
 fricans, & se acuit & illud. Vnius duritas
 limat aliam; alternis se expoliunt eru-
 ditionibus; acuta fitacies vtriusque, dum
 se crassitie mutuo expoliant. Heu cur
 te cum Christo non coniungis? cur per
 suam fortitudinem atque patientiam non
 disceris, fortiterque moueris? Iam ipse
 accessit ad te; processit factus viator, &
 vagus; *fatigatus ex itinere*. Se tibi ob-
 iicit: Suam tibi constantissimam charita-
 tem ostendit; qua cum dilexisset suos,
 qui erant in mundo, in finem dilexit eos;
 mouetur hæc sua fortis vt mors dilectio
 ante oculos, non æquē modò atque præ-
 cepta illa, de quibus iustum est. *Erunt-
 que & mouebuntur inter oculos suos*, sed
 multò magis, si verba ista: *Diliges Do-
 minum Deum tuum ex toto corde tuo, &
 ex tota animata tua, & ex tota fortitudine
 tua*: præcipiuntur haberi in corde, in o-
 re, in manibus, ante oculos, in limine, &
 in ostiis domus; cur non magis opera Dei
 & virtutis Christi sic semper habeamus
 ante nos, & in nobis: vt id opere com-
 pleamus, quod verbis præcipitur, nempe
 vt Deum diligamus ex tota anima, & ex
 tota fortitudine? Num obtusam faciem
 habes? lyppos oculos? crassum obtutum,
 ac obscurum, ed quòd facies huius mun-
 di respiciat? leua oculos tuos, & vide
 lucem magnā, quæ apparuit nobis. Quan-
 do obscuratus est sol, & factæ sunt tene-
 bræ super vniuersam terram? tunc videli-
 cet, quando Christus illuminans mirabi-
 liter, multa bona opera ostendit nobis,
 multā patientiam in aduersariis, multā
 humilitatem in opprobriis, multam man-
 suetudinem in flagellis, multam sapientiā
 in calumniis, multam fortitudinē in vio-
 lentijs, in vinculis obedientiam, in dolori-
 bus charitatem, in clauis, in cruce, in mor-
 te, viscera misericordiae Dei nostri. Ad hos
 radios erige faciem, & Deus factus homo
 Tom. I. Bellintani.

acuet faciem amici sui; acutē videbis, sub-
 tiliter intueberis, profundē considerabis,
 & videbis quantum dilectus sis, quantū
 te diligentē esse oporteat, quantum ama-
 re illum, qui te etiam odientem amaui.
 Sic iste homo acuit faciem amici sui. Sic
 Christus acuet, si fueris amicus, faciem
 tuam. Populus duræ ceruicis, dura fa-
 cie, duro corde, verbo aspero, ferus ope-
 re acuit Christum, auferens ab eo vineā,
 turbas, exultationem, discipulos, cog-
 natos, & nos, libertatem, tunicam,
 pellem, sanguinem, sanitatem, & vitam,
 attenuauit eum, subtiliauit, acuit; vt fe-
 riat acutius. vt vulneret cor nostrum pla-
 ga insanabili; vt scindat corda; vt aperiat
 viscera nostra; vt penetret penetralia no-
 stra, & effundat sanguinem noxium, & in-
 fundat sanguinem innocentem: emittat
 spiritum nostrum immundum, vt immit-
 tat Spiritum Sanctum suum; auferat cor
 lapideum æneum, ferreum, & carneū det,
 molle, mite, tractabile, & cedens incifio-
 nibus suis. Cur ergò acutus factus Chri-
 stus ab inimicis suis, non acuat faciem a-
 mici sui? amemus, amicitiam ineamus,
 exerceamus, ostendamus, expoliantes ve-
 terem hominem, rudem conuersationem,
 opera superuacanea, negotia, & deside-
 ria secularia, sobriē viuentes, & absti-
 nentes à carnalibus desiderijs, & erit acuta
 acies nostra, superfluis præcisus, cordeque
 abstracto à terrenis omnibus. O vtinam
 mundo diceremus, quod dixit populus
 ad Edom. Obsecramus, vt nobis transire
 liceat per terram tuam. Non ibimus per
 agros, nec per vineas, non bibemus a-
 quas de puteis tuis: sed gradiemur via pu-
 blica, nec ad dexteram, nec ad sinistram
 declinabimus, tantum velociter transe-
 amus. O vtinam sic transiremus per orbem
 terrarum, per viam tritam; huc illucque
 non diuertentes, non tricantes, moraf-
 que trahentes, solum ad Christum spe-
 ctantes & aspirantes.

Dominus amicus noster, hominē ami- 19.
 cum suum constituit, & custodiuit eum Sap. 10. 12.
 ab inimicis, & à seductoribus tutauit illū,
 & dedit illi certamen forte, vt vinceret.
 Quis noster inimicus: De Idumæa dicitur
 Aaa à popu-

- Mich. 7.8.** à populo per Prophetam. Ne lateris inimica mea. Idumæa est Edom: Edom est Esau frater Iacob. Edom & Adam eisdem omnino literis Hebraicè scribuntur. Terra autem, ex qua formatus est Adam, Adama dicitur in Hebræo. Ad quod videtur
- 1. Cor. 15. 47.** Apostolus alluisse, cum dixit, *Primus homo de terra terrenus Secundus homo de celo celestis.* Quid verò nobis infestius, quid perniciosius terra ista, quam pedibus calcamus, & cui cordibus adheremus? Hæc est inimica nostra, quæ ut vtinam, sicut scabellum est pedum corporis nostri, esset & animi nostri, & sederemus cum Christo in throno eius, ponentes hos inimicos nostros scabellum pedum nostrorum spiritaliū. Quantumlibet ardeat aliquando, & blandiatur, inimicitias iugiter exercet tamen. Rogauit populus Idumæos semel & iterum, vt transire liceret, sed restiterunt illi. Vnde Scriptura dicit. Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti. Apertus fuit inimicus Edom, quia & verbis & factis veruit transitum. At mundus bona verba dat, sed re contrarius est. Hinc Salomon labijs suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. *Quando submisserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitia sunt in corde illius.* Certè
- Nū. 20. 20.** inimicus iste quamuis blandis verbis & promissionibus amicum se gerat, ipsi tamen etiam verbis suis intelligitur esse inimicus, cum promittat semper, & obseruet nunquam: quin & sic loquitur, vt dolus, & fictio sua deprehendatur. Submisce itaq; tametsi loquatur, blandè, per dulces sermones, ne credas ei, quoniam multa ac plurimæ malitiæ (quod per septem notatur) absconditæ sunt in corde eius: quæ ipsa experientia quotidie reuelantur. Quid fecit populus, cuius ductor errat Deus? Diuertit ab eo Israël. Recede, recede & tu à mundo. Et si omnino non potest ab eo elongari? vide quid fecerit populus. Profecti sunt, vt circumirent terram Edom. Ne te in ea, quæ sunt mundi immergas, ne mergaris; ne per medium transeas, fines satis est tangere, necessaria vix accipere.
- Psalm. 26.** *24.* *25.* *26.* *27.* *28.* *29.* *30.* *31.* *32.* *33.* *34.* *35.* *36.* *37.* *38.* *39.* *40.* *41.* *42.* *43.* *44.* *45.* *46.* *47.* *48.* *49.* *50.* *51.* *52.* *53.* *54.* *55.* *56.* *57.* *58.* *59.* *60.* *61.* *62.* *63.* *64.* *65.* *66.* *67.* *68.* *69.* *70.* *71.* *72.* *73.* *74.* *75.* *76.* *77.* *78.* *79.* *80.* *81.* *82.* *83.* *84.* *85.* *86.* *87.* *88.* *89.* *90.* *91.* *92.* *93.* *94.* *95.* *96.* *97.* *98.* *99.* *100.* *101.* *102.* *103.* *104.* *105.* *106.* *107.* *108.* *109.* *110.* *111.* *112.* *113.* *114.* *115.* *116.* *117.* *118.* *119.*

Hoc facerent fideles, si, quæ passus est Christus pro nobis, cogitarent. Si ex his, quæ passus est, arguentes cognoscerent culpam suam, atq; illius gratitatem; quæ tanta fuit, vt Filium Dei ad illam tollendam mori oportuerit. Necessè fuit, vt summa bonitas ac sanctitas se, quasi peccatricem in eorum manus traderet, qui de illo decernerent. Reus est mortis, summa sanctitas, necessaria erat ad tantam malitiam detergendam. Quam ob causam hoc sacrificium Eleazar fuit demandatum non Aaroni, qui vivebat, eratque ipse solus summus Pontifex. Peccauerat Aaron quando vitulum fecit, quem populus adorauit. Mundus, ac mundissimus, hoc opus fuerat perfecturus. Propterea Eleazar potius eligitur, quam Aaron. Et non inde quoque arguitur iniquitatis nostræ malitia, quod septem diebus durabat macula; & die tertio, & septimo expiandus erat immundus? Per septem, rei magnitudo, longaq; duratio designatur, per seipsam iniquitas perpetua est: duplex expiatio magnum hoc esse testatur negotium, opus immensum & operosum. Sed quid tertius dies ac septimus? An non per tertium satis exploratum est, Deum trinum significari? Et Gen. 1. si septima die requieuit Deus ab omni opere suo, quod patrarat, & si tempora omnia, quo temporalia percurrunt, per septem continuè repetitos dies circumuoluuntur, certè per septem creatura, sicut per tres Creator, demonstratur. Quid ergo? Vt munderis à peccato, quatenus contra Deum peccasti, primum expiandus es, ac denique quatenus etiam contra creaturam. Ledit enim iniquitas & Deum & homines, & si non alios, at temetipsum.

Hoc vide in Passione Domine, qui Patrem reconciliauit nobis, qui nobis attulit salutem: Tanta fuit offensa Dei, vt non alius, quàm Deus illam delere posset. Tantum fuit malum nostrum, vt non alius, quàm is, qui est omne bonum, restituere potis esset. At quam ratione horum præstitit vtrumque? Passione ac morte. Immolatus pro nobis, sic mortuus, vt quasi

quasi peccator in puluerem mortis redige-
retur. Vbi vide mylterium. Quia sanctus
non vidit corruptionem, quæ solius est
peccatoris. Vnde Psalmes: *Non dabis San-*
ctum tuum videre corruptionem. Quia ve-
nit in similitudinem carnis peccati. In ci-
neres, qui est puluis mortis, redactus est.
Non poterat verò vtrumque fieri, & vt in-
corruptus esset, & incineratus. O diuina
Sapientia! Vbi veritas est, incorruptio
est. Vbi similitudo, ibi cinis. Ideò ve-
rum Christi Corpus resurrexit tertia die;
sic subleuatum de corruptione, quòd Io-
nas confitetur, qui in hoc fuit illius figu-


ra, vt neque illam videret, tantum abest
vt reciperet. At vitula, quæ sua immola-
tione illum per similitudinem figurabat,
combusta est, & in cineres redacta. Qua
in re peccatoribus assimilatus est Christus.
Ita monstratum est quid culpa meruerit.
Eia ergo, hanc Domini Passionem con-
templemur, vbi culpæ malitiam depre-
hendentem, ab ea abstinemus, longè post
nos illam relinquamus. Rogantes om-
nium Saluatorem, vt sua morte redi-
mat nos à morte, vitamque con-
cedat æternam.
Amen.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



Aaa 2

DOMI-



1803